Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
118
NAPOLI

Digitized by Google

597604 118

DON NICOLAI
INTRIGLIOLI
PATRITII CATINENSIS
IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI.

OLIM IN ALMO PATRIÆ SVÆ GYMNASIO VESPERTINIS HORIS maximo omnium applauſu iura Ciuilia publicè interpretantis.

Et in Magna Reg. Cur. Aduocati, & Conſultoris oculatiſſimi, & veraciſſimi.

NVNC QVINTA VICE IVDICIS MAGNAE REGIAE CVRIAE, Regijquè optimè meriti Conſiliarij.

Ex Regni Siciliæ Conſtitutionibus, Capitulis, Pragmaticis Sanctionibus, & Conſuetudinibus.

SINGVLARIVM LIBER PRIMVS, ET SECVNDVS CVM ADDITT. Marcelli Conuerſani, & Tertius in hac poſtrema editione cum annotationibus Antonini Salonia, & Scipionis Sapientiæ I. C.

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET INDICE LOCVPLETISSIMO.



PANORMI, Ex Typographia Angeli Orlandi. M. DC. XXXII.

Imprimatur Vincent. Dominicus V. G. *Imprimatur de Blaſchis Praeſidens.*

D. FRANCISCO DE BOSCO DVCI MISILMERI

Angelus Orlandi S. P.

Nazionale V. E. III. NAPOLI

MVLTORVM præuiſę vtilitati conſulere coactus, & amicorum precibus editionem flagitantium fatigatus, vnum, atq; alterum librum Singularium peritiſſimi Doctoris Don Nicolai Intriglioli ſecundam in lucem promere, tertiumq; cum additionibus nuperis primis typis demandare conſtitui. Verum cum veluti ex alta ſpecula deſpicerem, cui potiſſimum culmini has celeberrimi I. C. lucubrationes in Themis lineamenta annecterem, tu vnus in hoc conſilio occurriſti, præſtantiſſime Domine, qui omne genus literarum obuijs vlnis amplecteris, ad gratiã exantlati laboris non exigua laudis, honoriſq; premia ex Patriæ labijs ac pectore ſuſcepturus. tu, inquam, Illuſtri Progenitorum ſerie ortus, quæ tota vrbe toga pariter ſagoq; primaria, clariſſimis geſtis, ditionibus decorata, priuilegijs, nobilitatis præconio inſignita efflores cit; tu tandem, qui alieno ſtipite priuatos ramos extendens, vberrimaq; generis propagine fructus gloriæ in adoleſcentiæ floribus egerminans, ſpe maior, fama melior occulto velut arbor æuo concreſcis. Eo igitur animo excitatus, quem tibi omni ex parte deuinctum profiteor, meiq; genitoris exemplo adductus, cùm præſtabilis familiæ de BOSCO ſemper ſe obſeruantiſſimum exhibuerit, curaui libenter, librum hunc in liminari pagina, ac titulo tum nomine tum patrocinio tuo excudi, & confoueri; quippequi ſi hæc Singularia dicta ea non

forent, quæ hominum oculos concitarent, legentiumq; animos ineſcarent, te tamen auſpice ab omnibus fore commendanda non ignoro. Mactè, Domine, meæ erga te obſeruantiæ pignus, ac monumentum verè deuotum recenſeas; nam ſi quid dignitatis ad merita grati animi obſtricto donatori defuerit, ornati tamen muneris gratiam affluenter adeſſe confido. Viue felix.

NICOLAI INTRIGLIOLI CATINENSIS.

DIVINI, ET HVMANI IVRIS Conſultiſſimi.

SINGVLARIVM.

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, Regnique Siciliæ Pragmaticis Sanctionibus,& Conſuetudinibus.

CVM ANNOTATIONIBVS MARCELLI CONVERSANI Leontini I. C.

LIBER PRIMVS.

SINGVLARE PRIMVM.

IN Conſtitutione Regni
Siciliæ inconſutilẽ rub.
de hæret. & pater. no-
ta ſingulariter quod in
hæreſim relaſſus etiam
1 * ſi velit penitere,& ad
fidem redire, erit nihi-
lominus pæna ordina-
ria hæreſis puniendus,
Iacob.Menochius de arb.iud.lib.2.cent.4.ca
ſu 374.nu.1.in fine. Boſſ. tit.de hæret. nu.19.
eſt tex.in cap.ſuper eo de hæret. lib.6. Abb.
communis patriæ decus,in cap.ad abolendã
num.12.in fine de hæret. Clar. in §. hæreſis,
verſ. ſed quæro circa finem. Carr. in pract.
crim.tit.de hæret. num.159. circa medium,
fol.174.Paul.Grilla. de hæret. quæſt.3. nu.3.
2 Iacob.Simanc.de hæret. tit. 60. niſi * ſponte
ſe relapſum confiteatur quia tunc extra or-
dinem punietur.Iacob.Menoch.concl.82.nu.
170.vol.1.& in tract.de arb.iud lib.2.cent.4.
caſu 374.nu.6.& 7. Iacob. Simanc. de hæret.
tit.60.in fine.

Annot. ad Singul. I.

Num. 1.] Adde.quod licet hæreticus relapſus non admittatur ad pœnitentiam in foro exteriori; ſecus tamen eſt in ſoro poli: nam Eccleſia nunquam claudit gremium redeuntibus. Ideo ſi verè oſtendat ſe pœnitentem, non ſunt illi deneganda ſacramenta Pœnitentiæ,vel Euchariſtiæ,cap.ſuper eo de hæret. *D* Thom.2.2.q.11.art.4.

Relapſi autem,qui dicantur,vide latè Decian.tract.crim.lib.5.cap,56.Siman.de cath. inſt.tit.57.Royas Sing.172. Maſc. concl.863. Card. Tuſc. concluſ.103. hæreticus relapſus tom. 4.

*Num.*2.] Intellige id verum, quando relapſus adhuc non erat accuſatus, nec aderat in Ciuitate rumor, quod aliquis intendebat illam accuſare, tunc enim ſi ſponte venit ad Inquiſitores flendo, & lacrymando, & ſuum errorem fatetur, videtur aliqua dignus miſericordia, ne tanquam relapſus puniatur; ſed alia mitiori pœna, vt poſt Alphon. de Caſt.declarat Decian.d.c.56. num. 12.

SINGVLARE II.

IN eadem conſt. Regni in Conſutilem no-
1 ta ſingulariter, quod * hæreticus non re-
lapſus ſi etiam ante ſententiæ exequutionẽ.
paratus eſt pænitere, & hæreſim abiurare,
ſatisfacere, non ſolum euitabit pænam mor
tis(ſi Reuerendiſſimis Inquiſitoribus pro fa
cti qualitate, alijſvè circumſtantijs puta ti-
mor pœnæ, amor veritatis,& huiuſmodi,vi-
ſum fuerit) ſed etiam confiſcationem bono-
2 rum, etſi ipſo * iure commiſſo delicto fue-
rint impoſita. Riminald. Iun. concil. 395.
nu.54.& 56.volum.4.cap. ad abolendam ex-
tra de hæret.Iacob. Menoch.lib.2.de arbitr.
iud.lib.2.cent.4.caſu 372.nu.9. & 10. & caſu
373.nu 5.Paul.Grill.in tract.de hæret. quæſt.
5.num.4. Carrer.in pract.crimin. tit.de hæ-
ret.num.159.circa medium fol.174. Clar. in
§.hæreſis verſic. ſed vſque vbi teſtatur hanc
opinionem eſſe communem, & mitiorem
Boer.deciſ.343. num 3. & 4.

Digitized by Google

Annot. ad Singul. II.

Num. 2.] An, & quando hæreticus pœnitens recuperet bona, vide latè Menoch de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 47. & plura circa hæreticos pœnitentes, vide apud Decian. d. tract. de crim. lib. 5. cap. 54.

SINGVLARE III.

IN eadem conſt. Regni inconſutilem. nota ſingulariter, quod ſi coniunctus de hæreſi ſit paratus abiurare hæreſim, & fateri illam opinionem eſſe hæreticam, & erroneam, nolit tamen confiteri, quod ita dixerit, ſed dicat ſe ſemper credidiſſe, & credere illud, quod credit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, non admittitur ad abiurationem, niſi fateatur ſe ita dixiſſe, & perſeuerans in negando tanquam impœnitens, erit pœna hæreſis ordinaria feriendus, Iul. Clar. in §. hæreſis, verſic. & nota, quamuis putet hanc ſententiam nimis rigoroſam, Rotam deciſ. 875. Rebuff. in pract. beneſic. part. 3. tit. de modo ammittit beneſic. num. 20. 21. 22. & 23. Simanc. de hæret. cap. 47. num. 20.

Annot. ad Singul. III.

Adde Decian. d. cap. 54. de hæreſ. par. 1. nu. 69. & par. 2. nu. 268. Et quid ſi falſo fuerit condemnatus, num in foro conſcientiæ debeat fateri ſe ita dixiſſe ad euitandam pœnā hæreſis, vel potius negare ne ſe ipſum infamet, vide eundē Intrigl de caſ. conſc. cēt. 1. caſ. 87.

SINGVLARE IV.

IN eadem Conſt. Regni inconſutilem, nota ſingulariter, quod ſi hæreticus admiſſus ad abiurationem ſæpius hortatus, & monitus nollet facere emendam ad quam eſſet condemnatus, puta, vt publicè incederet cū aliquo ſigno pœnitentiæ, vti impœnitens pœna ordinaria hæreſis erit plectendus. Clar. in §. hæreſi. verſ. idem etiam, & verſ. vnum tamen poſt mille, in pract. criminal. fol. 10. num. 112. & Simanc. de hæret. capit. 47. nu. 23. & 24.

Annot. ad Singul. IV.

Adde id omnino verum, in eo, qui à principio non vult acceptare pœnitentiam ſibi iniunctam, hunc enim clariſſimum eſt, vt in pœnitentem pœna ordinaria hæreſis puniendum, c. ad abolendam, § præſenti de hæret. Cæterum ſiquis pœnitentiam ſemel acceptā non adimpleat, quomodo puniri debeat non leuis eſt difficultas, quidā enim cenſent hūc licet male faciat, non tamen vt hæreticum puniri, immo nec ab Inquiſitoribus ea de re cognoſci poſſe, niſi illos neget eam habuiſſe poteſtatem indicendi pœnitentiam. Dec. conſ. 137. num. 6. Calder. conſ. 2. de hæret. Decian lib. 5. cap. 54. nu. 40. Card. Tuſc. concl. 103. litera H. num. 12. vol. 4. Contrarium, quod ipſo, vt relapſus puniri debeat ſcribunt Feder. de Sen. conſ. 157. Alexander Epiſcopus Imol. in Clem. 1. de hæret. Iohan. Nicol Arel. de hæret. not. 34 Squillac. de fid. Cath. cap. 19 Bernat. Comen. Lucet inquiſ. ver. pœna, § 3. Royas Singul. 171 num. 3 Pro reſolutione, vide omnino Fran. Pegn. in comm. ad Direct. Inquiſit. com. 146. verſ. ſed veniamus iam ad 3 difficultatem.

SINGVLARE V.

IN Conſtit. Regni apoſtatantes rubr. de apoſtatantibus, nota ſingulariter, quod quamuis apoſtata ſit peior hæretico, quia
1 * hæreticus in aliquo deuiat à fide, * & apo-
2 ſtata verò ab ea in totum recedit, attamen
3 * recipitur ad pœnitentiā, ſicut recipitur ipſe hæreticus, Iul. Clar. in §. fin. quaſt. 78. verſ. apoſtata, circa med. Siman de hær. in c. 7. n. 2.

Annot. ad Singul. V.

Num. 3.] Adde Villad. de hæret. quæſt. 20. num. 2. Royas in ſimili tract. par. 1. num. 492. licet contrarium ſcripſerint Iohan. Nicol. Arel. de hæret. not. 44. Afflict. in conſt. Regni lib. 1. Rub. 3. num. 1.

SINGVLARE VI.

IN conſtitut. Regni intentionis, rubr. de illicita portat. armor. nota ſingulariter, quod prohibitus deferre arma defenſiua, & offenſiua, etiam prohibetur deferre pilam, ſcuballottam plumbeam, Iohan. Arnon. epitom 46. fol. 45 Felin in ea p. ita quorundam, column. 2. verſ. item dicas extra de Iudeis, & Sarac.

SINGVLARE VII.

IN eadem Conſtit. Regni intentionis nota ſingulariter, quod vbi quis prohibetur deferre arma, non cenſetur prohibitus deferre ferramenta eius artis, Afflictus in conſtitut. Regni ſi quis aliquem ſub nu. 7. rubr. de percuſſ. illic. cum armis.

SINGVLARE VIII.

IN conſtitut. Regni ſi quis aliquem rub. de percuſſ. illic. cum armis: nota ſingulari-
1 ter, quia iſtud ſtatutum * loquitur in perſonam (dum dicit, ſi quis aliquem cum armis prohibitis ſupradictis percuſſerit) com-
2 prehendit *, dumtaxat percutientem, non autem mandantem. Iul. Clar in §. fin. quæſt. 89. verſ. ſed quæro, vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, à qua in iudicando, aut conſulendo non putat recedendum, Dec. in l. ſi quis id quod num. 39. in fin. ff. de iur. omn. iud. Bartolus in l. aut qui aliter, §. fin.

§ fin.num.3.ff.quod vi, aut clam. Alex.in l.1. in princ.nu.23. ff.de verb.obligat. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem. Boſſ.tit.de pænis num.14. Dec.in l.is damnũ dat nu.6.ff.de regul.iuris, Alex.concl.65.col. 2. verſ.ſecundo probatur vol.4.pract. Carter.in §.homicidium num. 74.

Annot. ad Singul. VIII.

Adde in terminis Conſt.Regni ſi quis aliquem, quod locum non habeat in mandante Afflict.ibi nu.17. Gram.deciſ.28. nu.28. Menoch.de arb.iudic.lib.2.caſ.353.nu.16. Et generaliter an ſtatutũ pænale loquens in faciẽte ſe extẽdat ad mandantẽ, vide latè Alber. de ſtatut.q 44.lib.3. Gandin. de maleſ.tit.de tranſ.& pact.nu.26.Rom.Iaſon.Alciat.Bolognet. & alios recentiores in l. ſi is qui pro emptore ff.de vſucap. Laur. de Rodul. deciſ. 114. Decian.tract. crimin. lib.9. c.32.& 36. Menoch. d.caſ.353. Ceual com.con.cõm.q. 360.Gailin.de ver.lign.lib.7.c.17.Farin.conſ. 30.nu.75.Anton.de Ball.lib.4 q.7. fol.171.

SINGVLARE IX.

IN Conſtit. Regni terminum vitæ rubr.de homic.punien.nota ſingulariter, quod pæna dicti ſtatuti habet locum in homicidio doloſo commiſſo, non autem culpa.etiam ſi fuiſſet lata. Iul.Clar.in § homicidium. verſ.culpa dicitur, circa medium, & in §. fin. quæſt. 84.in princ.Viuius lib 1 comm.opin. in verbo ſtatutum diſponens pænam corporalem fol. 346. vbi teſtantur communem opinionẽ Decian l.in actionibus nu. 20. ff. de in litem iur.Bald.in l.data opera nu.11.c.qui accuſare non poſſunt. Alciat.in l. magna negligentia num.8 ff.de verb.ſignificat.Viuius lib.1. comm. opin.in ver.ſtatutum diſponens,quòd bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem circa fin. fol.291. Bart. in l.1. §. non autem ſub num.2 ff.ſi quis teſtamen liber.eſſe iuſſ. fuer. Ang.in l.1.num.5.ff de legib. Paul de Caſtro in l.etſi ſeuerior ſub num.5. c.ex quib. cauſ. infam.irroga.Dec.conſ.9. num.2. Salyc.col. 3.verſ.cum ergo vol.2 Raphae.Cuma concl. 134.in fine Angel.in l.is qui cum telo, circa finem c ad l.Iul.de Sicarijs Cepol.cõcil.crim. 30.nu.8 & concil 31.num.13. Paul.de Caſtro in l.1.num.3.c.vbi Senator vel clariſſ & concil.277. num. 1. vol.2. Arno.epit.64.55. & 65. Iaſ.in l.non dubium num 37 c.de legib.

Annot. ad Singul. IX.

Adde Caroc. Sing.707.

SINGVLARE X.

IN eadem Conſtit. Regni terminum vitæ
nota ſingulariter quòd pena dicti ſtatuti
1 *non habet locum in eo,qui volens occidere
Titium, occiſit Sempronium, ex quo reſpectu Sempronij non habuit animum deliberatum occidendi. Iul. Clar. in §. homicidium, verſ.dicunt etiam, Bonif.vit.tit.de inſul.per cuſſ.defenſ.num.35.fol.17. Iaſ.in l.lex eſt nu. 18 ff de leg. Alber. in l. ſcientiam §.qui cum aliter ſub num.4. ff.ad l.aqu. Cepoll. concil.
2 crim.33.num.16. Quicquid * dixerit Bart. in
l.reſpiciendũ §.delinquunt nu.7.ff.de pænis.

SINGVLARE XI.

IN eadem Conſtit. Regni terminum vitæ
nota ſingulariter, quod homicida teneatur
1 * etiam ad intereſſe animæ occiſi, ſcili-
cet ad damnum, vt pro ea fiant orationes,
Ieiunia, elemoſinæ, & huiuſmodi, ſecundum
2 facultas ipſius homicidæ; ac etiam * ad mer
cedes,& expenſas factas in medicis, medici-
nis, & alijs ad eius curationem pertinenti-
3 bus & * ad æſtimationem operarum quas in-
terfectus exercere potuiſſet; ſi vixiſſet eo tẽ
4 pore, quo naturaliter viuere poterat,& * ad
debita quæ eius exercitio creditoribus ſol-
5 uebat, & * denique ad intereſſe illorũ quos
occiſus ſuſtentabat.Iul.Clar.in §.homicidiũ verſ.tenetur etiam. Rol.à Vall. conc 39. nu. 5.8.& 10 vol.2.Plot in l.ſi quando §.40.nu.2. 7.& 8. cap. vnde vi. fol.199. Scotus in 4.ſentent.diſtint.15. Manſuet. in ſua pract. iudit. rub.de expenſis intereſſe, & damnis num.16. Abbas in cap.1.num.6 extrà de iniur.& damno dato. Specul. tit.de iniur. §.ſequitur col. 1.verſ.ſed nunquid pro libero.Crauet. conc. 119.nu.6.Ang.in §.itẽ is nu.15. inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic.naſcit.Mar.in ſpe.p.4.diſtit.1.nu 4.fo.39.Hippolit.ſing.575.incip.proximis ſuperioribus diebus.& conc.115. num. 19. & conc.131 num.44 pract Carrer §.circa itaque vltimam partem num.37. fol.145. Lauren.Chircou.in tract commun.opin.cẽt. 5.quæſt.50.fol.8. vbi teſtatur communem opinionem. Cæſar. Vrſill. ad Afflict. deciſ.34. num.5.6 7 8.9.10.& 12. Boer.deciſ.232.

SINGVLARE XII.

IN eadem Conſtitut. Regni terminum vi-
tæ, rubr.de homicid.puniend.nota ſingu-
1 lariter, quod * accuſatus, ſeu inquiſitus de
homicidio debet puniri pæna dicti ſtatuti,
etiam quod nomen occiſi ignoretur; dum-
2 modò quod de corpore conſtet, & * eodem
modo ſi ignoretur nomen occiſoris,Iul Clarus in §.fin.quæſt 4. verſ. quando verò circa medium, & in quæſt. 52. in fine gloſſ. in ver. Caio Seio cap proſcripta §.libellorum 2. q. 8.Marſil.in pract.crimin. in princ. ſub num. 17. Bald. in l.quoties § ſi quis nomen, ff. de hæred.inſt.Boſſ.tit. de delicto nu.33. vbi dicit quod hoc omnes ſciunt. Ang. in l.1. §. interdum num.2. ff.ſi pars hæred.peta. & in l.ſi cum exceptione §.in hac nu.3. ff. quod met.

cauſa Bal.in l. ſolam num. 9. in fine c. de teſtib. Ang.& Augu.ad eum de maleſic. tit hæc eſt quædam inquiſitio ſub num.90.fol.19 Foller.in pract.crimi 1.par 3.par.ub.etſi cõtite-
3 buntur num. 105. fol. 210 Imò plus quod ſi quis fuerit confeſſus occidiſſe certum hominem, licet eius cadauer non reperiretur, & appareret per informationes, quòd non reperitur, ac etiã apparerent aliqua veſtigia ipſius puta ſanguis in loco deſignato à confeſſo veſtis occiſi, huiuſmodi poſſet ex dicta confeſſione ſequi condemnatio. Iul. Clar. in §.fin.quæſt.55.verſ.quomodo ante finem.

SINGVLARE XIII.

IN Conſtit. Regni ſi damna Clandeſtina §, quæ poſt rub.de homicid. & damnis clandeſt.quo.autho.inuen.non poſſ, nota ſingulariter quod ſtante iſto ſtatuto, quod poſſeſſores locorum teneantur de damnis Clandeſtinis datis in territorio eorum quorum authores ignorantur facta debita inquiſitione non poterit damnum probari per iuramentum ipſius damnum paſſi. Iul. Clar. in §. fin. quæſt.82. in primo ſtatuto verſ. quæro nunquid *Dec.* conc. 410. ſub nu. 13. verſ quarto principaliter. Iaſ.in l.ſi quando num. 37. 38. vbi teſtatur communem opinionem C.vnde vi Hyppo.ſingul.338 Plot.de in litem iura. §. 48.num.3.fol.222. Bart.in l. Diuus Traianus num.3 ff.de milit.teſtam.quem ſequitur *Dec.* concil.83. col.2. verſ. & hoc modo etiam.

Annot. ad Singul. XIII.

Adde Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. conſ. 208. nu.9. Maſcard. concl. 471. nu.21. Farin. quæſt. 24. nu.215. qui pluresque alios recenſent, & magis communem dicunt, licet contrarium ſcripſerit Bero. conſ.214.nu.7.lib.3.

SINGVLARE XIV.

IN Conſtit. Regni ſtatuimus rub. de offit. Magiſtri iuſt. & iud. Magnæ Curiæ, nota ſingulariter, quod perſonæ, quæ ex priuilegio miſerabili non poſſunt extrahi extra prouinciam, ſeu ciuitatem, non poterunt renunciare tali priuilegio gl.in ver.excedere, vbi Salycet.in l.vnica c quando imper.inter pupil. & viduam, Cæſar Vrſill. ad Afflict. deciſ. 357. ſub num.2.

Annot. ad Singul. XIV.

Adde Felin. in c. ſi diligenti nu.16. de foro compet. Natt.conſ.590.nu.15 Vinc.de Frãch. deciſ 100.nu.21. & deciſ.192. nu.7. Neuiz. in Sil.nup.lib 6.num.37. Theſſ.deciſ.177.num 5. Burg.de laudem. par.3. inſp.4. nu.10. Catoc. Singul.98.

SINGVLARE XV.

IN eadem Conſt.Regni ſtatuimus, nota ſingulariter quod priuilegium declinandi forum conceſſum viduæ, aliiſvè miſerabilibus perſonis prodeſt conſortibus litis in cauſis indiuiduis, vel connexis Ioan Maur. Dolan. in tract de reſtit. in integr. cap. 185. ſub nu. 4 verſ ex his fol 231. vbi teſtatur communẽ opinionem, quem ſequitur Didac. Couarr. lib.practicar.quæſt,cap.7. in fine. Cagnol. in l.1 num.44.ff de iuriſd.omn.iud. Alex. conc. 122. col. 3. verſ. & iuditio meo vol.4.

Annot. ad Singul. XV.

Adde Natt.conſ.590.num.16 Theſſ. deciſ. 177.num 4. Menoch lib.2.de arb.iud.,caſ.66. num.29. Cum. in cap. Rit. 82. num 15. Burg. de laudem.par.3.inſpect.4 nu.5.

SINGVLARE XVI.

IN eadem conſt.Regni ſtatuimus, ibi nec non,& miſerabilium perſonarum, &c. nota ſingulariter, quod miſerabilis perſona, quæ dicatur arbitrio iudicantis remittitur. Couarr.lib.pract.quæſt.cap 6. num.3. in fine fol 37. vbi teſtatur communem opinionem, Alber.in 1 par.ſtat.quæſt.112.Couarr.lib.vbi ſupra cap.7 col.6.verſ.cæterum fol.42. Bart. in l.vnica in fine C. quando imper. inter pupil.& vid Cæſar Vrſill. ad Afflict. deciſ. 257, ſub num.2 Silua nuptial.tit quomo.in dub.ſit iud.num.34 lib.6. fol.243. Iacob. Menoch. de arbitr.iud lib.2.cent.1.caſu 66 num.1.vbi teſtatur hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, Dec. in auth præterea num.16.c.vnde vir. & vxor, Marſil.in l quæſtionis nu.12.ff de quæſt. Ioſeph. Maſcard. lib. 2. de probat. concl.161. num, 1.

Annot. ad Singul. XVI.

Adde, quod licet regulariter iudicis arbitrio relinquatur, quæ perſonæ cenſeri debeant miſerabiles, multæ tamen ſunt in quibus id expreſsè diffinitum eſt, ita vt nullus locus ſit iudicis arbitrio, quas late recenſent Rebuff. de ſent. prouiſ. art. 3. gloſſ. vlt. num.2. Menoch.lib.2.de arb.iud.caſ.66.num.3.Card. Tuſc. concl.273. Miſerabiles perſonæ, quæ dicantur tom. 5.

SINGVLARE XVII.

IN eadem conſt.Regni ſtatuimus, nota ſingulariter quod iſtis perſonis, quæ poſſunt eligere, & declinare forum licita erit variatio pluries. Afflic.hic nu.36 Ioſeph Cumia in cap. Ritus 38. nu.461. Vrſill.ad Afflict.deciſ. 257. ſub num.2.

Annot. ad Singul. XVII.

Adde quod variari poteſt non ſolum à Cu
ria

Digitized by Google

ria inferioris ad Curiam Principis: ſed etiã à Curia Principis ad Curiã inferioris, Vinc. de Franc.deciſ. 100.num.20. verſ.item aduertendum, & ita practicari teſtatur Carauit. Rit.233.nu.10 licet ipſe in puncto iuris contrarium ſubſtineat. & variari poteſt, etiam ſi cauſa ſit ad ius appuntuata, vt inquit Neuiz.in *Sylu*.Nup.lib.6. nu 38.

SINGVLARE XVIII.

IN eadem conſt.Regni ſtatuimus, nota ſingulariter, quod Eccleſia (ſicut vidua, pupillus, & virgo) habet ius declinandi, & eligendi forum Principis, quandocunquè ante ſententiam in principalibus cauſis. Capic. deciſ.160. Andr.Iſern.hic col.3. verſ. de Eccleſia vidi dubitari. & verſ. Eccleſia etiam ex interpretatione *A*fflic.in conſtit.iuſti cultoris ſub nu.4.verſ.& licet ibi Andreas,rub. 32.lib.1. Hallus de Tuſcia hic nu.7 fol. mihi 19. *Cæſar* Vrſill.ad *A*fflict. deciſ.257 ſub nu. 1. verum, quod allegati Partenopei firmant hanc concluſionem propter capitulũ Regni Neapolis Regis Roberti incip.Robertus primogenitus rubr. quod iuſtitiarius poſſ. cognoſc.de ciuil cauſ. Eccleſ. quæ tamen (maximè hac in clariſſima ciuitate) vſu forenſis eſt receptiſſima, vnde ſtante communi interpretatione, generali conſuetudine,& obſeruantia contrarium in controuerſiam deducens minimè obtinebit. Couarr. lib. practicar. q. c.7 col 9. verſ. habuit verò quælibet Eccleſia,Cum. in c.Ritus 38. nu 474.in fine, diximus in 1. lib. ſuper Bulla q 62 nu 3. fol. 286.& in noſtris ad eundem locupletiſſimis additionibus,vbi magis communem noſtrarum ſententiã retulimus, & ſequuti fuimus.

Annot. ad Singul. XVIII.

Vide Carauit.Rit.233.num.2. Menoch.de arbitr.iud. lib.2. caſ.66. nu.19.

SINGVLARE XIX.

IN conſt.Regni Iuſtitiarij per prouincias, rubr.de iuſt.aſſeſ.& actor.notar ord.nota ſingulariter quod Magiſter notarius actuarius, ſeu commiſſarius cauſæ poteſt vti ſuſpectus recuſari per ſolum iuramentum partis, Ioan.Arno commem.13. *A*fflict. hic ſub nu.5.Alexan. concil.104. ſub num. 19. vol.5. Cagnol.in l.ſi librarius num.50.ff.de reg.iur. Anchar.conſ.263.Tiraq. in tract.de iudit.in reb.exig.verſ.quid cum tractatur ſol. 29. in fine, Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 28 verſ.4. declaratio extra de conſtitut. Bal. in cap.ſuper quæſtionum colum.2. verſ.pone quod notarius extrà de offic. delegati.

Annot. Ad Singul. XIX.

Adde Gail. pract.obſer lib.1.obſer.33. nu. 17.latiſsime Iac Lauren.de iud. ſuſp.cap.6.

SINGVLARE XX.

IN conſt.Regni citationis rubr. de aſſignatione literarum citatorialium §. quod ſi vbi ſit, nota ſingulariter quod de conſuetudine generali ſufficit quod nuntius de directo vadat ad domum citandi, nulla prius facta perquiſitione per ciuitatem, ſeu per loca ſolita, Iul.Clar in §.fin.quæſt.31.verſ. ſed nunquid, Bald.in l. conſentaneum ſub nu.44. C.quomodo,& quãdo iudex Foller.in pract. crim.1.par.2.par.rubr. vel eos verbaliter citari faciat num.28. circa finem fol.30.

Annot. ad Singul. XX.

Vide in materia Farin. quæſt.11. num. 41. Scacc.de iudic.lib.1.cap.45.nu.5. Ant.Scapp. de iur.non ſcrip.lib.3.cap.39 Et quid ſi in domo ſolitæ habitationis nullus inhabitet, vbi ſit facienda citatio, vide Afflict. in Conſtit. Regn. citationis literæ nu.9.Foller.in pract. crim.verſ.vel eos citari faciat num.29 Et an valeat citatio facta ad *A*pothecã, vide Aſiq. in pract. §.6.cap.5.nu.5.

SINGVLARE XXI.

IN conſt.Regni grandis vtilitas, rubrica de pœna contuma.in crimina. cauſis nota
1 ſingulariter quod ſolum bannum facit * legitimum inditium ad torturã, ſiuè ſpontè bannitus ſe præſentauerit, ſiuè in banno fuerit 2
2 captus,eo maximè * quia ad ſententiam bãni non proceditur ſine aliquibus inditijs, Iul. Clar in § fin. quæſt.64. verſ ſed nunquid vbi teſtatur communem opinionem, Bal. in l. 1. num.13.in fine C.de hæred.inſtit.pract.Carr. fol.13.num 70.Ioan.Arnon.epit.91 & cõment. 111. Hyppol.ſingul.117.& in pract crimin. §. diligenter nu.136. Gram.conc.32.nu.8.Blãc. in l.fin.num.293.ff. de quæſt. Aleiat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 22. in fine Hyppol.in l.1.num,3.ff.de quæſt. quem refert Foller.in pract.crimin.1.par.2.part.rubr.verum ſi citati comparent num.11.fol.87.& in verſ. etſi confitebuntur nu. 8. vbi teſtatur cõmunem opinionem Boer. deciſ. 163. nu.5. part. 1. Iacob.Menoch.lib.1. de arbitr.iud. quæſt. 84.num.7.fol 64.

Annot. ad Singul. XXI.

Num. 1.] an ſolum Bannum faciat in dictum ad torturam, vide late Farinac. quæſt. 11.num,70. eundem Intrigl.ſingul. 179. nu.7. lib.2.

Num. 2.] Adde quod ad hoc vt quis banniri poſſit non ſolum requiruntur inditia ſed etiam plenæ probationes,ſicuti affirmãt Spec.& ibi Ioan.Andr.in addit. in tit. de accuſat.par.4.§.fin,in 9.col.verſ.ſed pone quod A, Hippol. in l. 1. C. de rap. virgi in prouiſ. poſtquam num.48.conſ.[illegible]
117 nu.

117.nu.31.Arnon.Soliloq 14.Clar.§.fin.queſt. 44.verſ,quæro nunquid, Cartar.qui hanc dicit magis communem de exequut. ſent. cap. fin num.137.& alij, quos refert, ac ſequitur Farinac.quæſt.11.nu.16. Aut ſaltem requiruntur inditia, quæ aliàs ſufficerẽt ad torturam Natt.conſ.594.num.14. Bec.conſ.11 num.7. & 8 & quamuis non deſinit, qui dicant ſufficere inditia ad inquirendum Plot. conſ. 72. n.16. inter cõſ.crim.diuer.lib.2. Facchi.li 9. contr.iur.c.40.Sed quidquid ſit de iure communi, ex generali conſuetudine ſufficiunt indicia, quæ alias ſufficerent ad trauſmittendam inquiſitionem, ſicuti teſtatur Clar. d. 44.de quibus fortaſſe ſenſit Pragmat.7 tit.de ſent. Bann. qua cautum eſt non poſſe quem banniri, niſi de delicto conſtet iudicialiter, quem intellectum expreſsim firmat Anton. de Ball.lib.5.in ann.ad d. Prag.fol.219.

SINGVLARE XXII.

IN eadem Conſtit. Regni grandis vtilitas, nota ſingulariter quod non debeat accu-
1 ſatio, vel inquiſitio reo tranſmitti * ſeu (clarius loquendo) non debet reus citari ſuper delicto non præcedente aliqua vehementer ſuſpitione, ſeu aliquibus inditijs iudici arbitrarijs Iul.Clar.in §.fin.quæſt.20.verſ.ad formandum vbi teſtatur hanc eſſe generalem
2 conſuetudinem, quamuis * iudices huius Ciuitatis eam malè ſeruent.

Annot. ad Singul. XXII.

Adde, quod licet ad formandam inquiſitionem requirantur etiam indicia iudici arbitraria. Tamen ad inquiſitionem reo tranſmittendam requiruntur inditia longè grauiora, Vt poſt Clar.ſcribit Farinac.quæſt.1. num.48.

SINGVLARE XXIII.

IN conſt. Regni pœnam eorum, §. quoad omnia ferè pro mortuo habeatur in text. ibi vt ab omnibus offendatur impunè, rub.de Forbann.& for.iudic.nota ſingulariter quod licitum erit tales Forbãnitos occidere, etiã in foro conſcientiæ.Iul Clar.in §.homicidiũ, verſ. ſed nunquid, vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem. Alex.in l.ſi Plagij nu.2. ff. de verb. obligat. vbi etiam teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, Alber.in vlt.parte ſtatutorum quæſt.19. vbi dicit quod ita firmãt Sacri Theologi, Iacob. Menoch.lib.1.de arb.iud.quæſt.90 num.5. & 6. fol.69.

Annot.ad Singul XXIII.

Limita, niſi bannitum quis occideret nõ zelo Reipublicæ, ſed odio priuato, tunc enim peccaret, Bald.in l.vt vim ante num. 4 ff. de iuſt & iur. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum num.56.& ibidem Felin. num. 14 de conſtit. Gomeſ.in §.1.num.54. inſt.de act. Clar §.homicidium, verſ.ſed nunquid ſtante hoc ſtatuto, Menoch.lib.1.de arb.iud.quæſt.90.num.6. Nauarr. Madual.cap.15 nu.2. verſ.omnes autem hi caſus, Iacob de Gaffr. deciſ. aur. p.1. lib 2 cap 41 num 49. Farin.quæſt.103.nu.348. Immo ex plurium ſententia, in hoc caſu nec etiam in foro exteriori excuſaretur, qui bãnitum occideret, Bart.in l.nulla, C.de delat. lib.10. Hipp.conſ.9. num.28. Petraſ. ſing. 14. Placa epit.delict.cap 36.num.21. Duenn. regul.68. 9.lim. Caroc. ſingul. 268. Licet contrarium ſeruari poſt Boſſ.teſtetur Clar.dicto verſ. ſed nunquid. Et an in alijs caſibus, in quibus à iure permittitur homicidium, licitum illud ſit etiam in foro conſcientiæ, vide gloſſ.in cap. inter hæc 33. quæſt.2. quæ dicit permiſsionem iuris ciuilis non excuſare à peccato, niſi ſit etiam iure Canonico confirmata, quam poſt alios ſequitur Iaſ. in d.l.vt vim.nu 22.& in l.ſi plagij, num. 4 ff.de verb. oblig. Contrarium tamen ſcribit idem Iaſ. in l. vbi pactum num.16. C. de tranſ. Clar.§. homicidium verſ. ſed hæc quidem. pro concordia diſtingue, aut enim lex homicidium deſiderat, vt quia publicè intereſt illud perpetrari, & tunc occidens, modo non moueatur odio priuato non peccat; facit enim tanquam legis miniſter: Ideo, qui reum criminis læſæ Maieſtatis, pacis violatorem, militiæ deſertorem, Bannitum ſtãte ſtatuto, aut ſimilem occiderit, non peccat. Aut vero lex homicidium non deſiderat, ſed aliqua ex cauſa impunitum relinquit, & tunc occidẽs peccat, quæ enim permittimus non approbamus, cap.nerui in fin. 14.diſt. cap.hac ratione 31.quæſt.1. vnde fit, vt maritus in foro conſcientiæ minime poſſit adulteram vxorẽ occidere, d. c.inter hæc, ita diſtingunt Syu. in ſumm.ver.homicidium.1.num.6 Iacob.de Graff.d.cap.41.num.52.Iohan.Azor.inſt.moral.lib.5.cap.10.

SINGVLARE XXIV.

IN conſt. Regni contumatiæ rub. de redimen.capt. in tex.ibi qui eum banniuerat,
1 nota ſingulariter, quod licèt aliàs * bannitos non admittatur ad purgationem banni, niſi coram iudice banniente, vt per Afflict. hic num. 7. tamen virtute Pragmaticæ Viceregiæ incip. Perche alcune volti ſi trouano bã-
2 duti, ſi * bannitus ſe præſentauerit corã iudice competente habente merum, & mixtũ imperium, de qua preſentatione iudici bannienti cõſtiterit, habebit is neceſſe bannum delere incontinenti, niſi fuerit bannitus à M.
3 R.C. vt per eã. *Et dicetur Princeps omnium iudex cõpetens, Boſſ.tit.de foro cõpet. n.76.

Annot.

Annot. ad Singul. XXIV.

Num. 1.] Amplia, vt nec etiam co-
ram ſuperiore poſſit bannum purgari, vt
poſt Afflict. not. Cum in cap. Rit. 64. nu. 45. &
cap. 63. num. 6.

SINGVLARE XXV.

IN conſt. Regni foriudicatorum, rubr. de
fiſco ſuccedendo foriudicatis, nota ſingu
lariter, quod ſententia publicationis bono-
rum trahitur ad bona ſita extra territoriũ
iudicis cõfiſcantis in quo etiam vigeret ſta-
tutum, cuius vigore proceſſum fuerit ad ſen
tentiam illam publicationis. Iul. Clar. in §.
fin. quæſt. 78. verſ. ſed hic quæro, vbi teſtatur
hanc eſſe communem opinionem, Roman.
ſingular. 572. Auguſt. ad Angel. de maleſic. in
ver. & eius bona publicamus ſub nu. 7. circa
finem, fol. 302. Ioan. Arno. epit. 75. fol. 52. vbi
teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

Annotat. ad Singul. XXV.

An & quando confiſcatio trahatur ad bo-
na ſita extra territorium, vide latiſsimè Fa-
rin. quæſt. 25. num. 94.

SINGVLARE XXVI.

IN eadem conſtit. Regni foriudicatorum,
1 nota ſingulariter, quod quamuis * ſenten
tia publicationis bonorum trahatur ad bo-
2 na ſita extra territorium, attamen ſi * fue-
rint immobilia, applicantur fiſco, ſeu domi
no ipſius territorij in quo poſita ſunt, ſi etiã
ipſe habeat ius confiſcationis, & fuerit pro-
ceſſum virtute conſtitutionis, ſeu ſtatuti in
3 vtroq; loco vires habentis, ſi verò * fuerint
mobilia, applicantur ærario, ſeu domino iu
dicis confiſcantis, Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 78.
verſ. ſed hic quæro, Afflict. deciſ. 282. num. 16.
vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionẽ,
Bal. in l. mercatores num. 1. C. de commer. &
mercat. Bar. in l. cultos populos num. 51. verſ.
aut publicatio fit ſecundum conſtitutiones,
C. de ſumma Trin.

Annot. ad Singul. XXVI.

Quid ſi bona confiſcata eſſent ſita in ter-
ritorio Baronis, an pertineant ad Baronem,
vel ad dominum directum, vide Guid. Pap.
quæſt. 76. Crauett. conſ. 128. Theſaur. deciſ.
266. Rolan. conſ. 79. vol. 2. Farin. quæſt. 25. nu.
102. Et quid ſi publicetur nomen debitoris,
an ſpectet ad fiſcum iudicis condemnantis,
licet debitor ſit in alio loco, vide Bald. Ang.
& alios in l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. Alex.
conſ. 31. nu. 1. lib. 1. Socin. conſ. 101. nu. 1. lib. 1.
Aret. conſ. 10 num. 2. Tiraq. de retract. § 35.
gloſſ. 3. nu. 35 & de iur. primog. quæſt. 39. nu. 7.
Et quid in annuo reddit, vide Aret. d. conſ.
10. Caſſ. in conſ. Burg. Rubr. de confiſcatio-
nis, §. 1. in ver. appartient la confiſcation,
num. 19. verſ. ſed iuxta prædicta.

SINGVLARE XXVII.

IN eadem conſtit. Regni foriudicatorum,
ibi electione noſtræ Curiæ reſeruata, no-
1 ta ſingulariter, quod * fiſcus habens rem cõ-
munem cum priuatio ratione partis, quam-
uis minimè, eo inuito poterit totam rem vẽ
dere ſibi reſtituto pretio eſt tex. in l. 1. C. de
vend. rer. fiſcal. comm. cum priuato lib. 10.
vbi Lucas de Penna, Boſſ. tit. de fiſco, num. 39
fol 380. Bal. conc. 336. num. 1 lib 5. & conc. 171
circa medium vol. 1. Dec. concil. 235. num. 1.
eſt tex. in l. 2. C. de comm. rer. aliena. & mul
2 to fortius * priuato inuito poterit totam re
locare Bal conc. 336. ſub num. 2. lib 5. Boſſ. tit.
3 de fiſco ſub num. 30. Quicquid * perperam di-
4 xerit Afflict. hic ſub nu. 22. & ratione * par-
tis totam rem pignorare, ſeu obligare, gloſ.
fin. in l. vnica, C. ſi communis res pigno-da-
ta ſit. Neguſ. in tract. de pignor. 2 par. 3. mem.
ſub num 36. fol. 17.

Annot. ad Singul. XXVII.

Adde, quod licet fiſcus poſſit rem commu
nem alienare, æquum tamen eſt, vt hoc fa-
ciat requiſito conſorte: nam ſi is velit tantũ
dare, quantum alius, debet præferri, Bal. in
l. 2. C. de commem. rer. alien. Felin. in cap. quæ
in Eccleſiarum nu. 71. de conſt. Tiraq. de re-
tract §. 1. gloſ. 18. num. 7. Boſſ. de fiſc. num. 49.
Peregr. de iure fiſc. lib. 6 tit. 4. num 23. Gabr.
Quemad. quæſt. 5 num. 4. Item adde, quod ſi
res eſſet diuidua, & fiſcus æque bene repe-
riet emptorem partis pro eo pretio, quem
proportionabiliter eſſet habiturus ſi totam
rem venderet, non debet, niſi partem ſuam
alienare, Salic. in d. l. 2. Gabr. Quemad. dicta
quæſt. 5. num. 6.
Et an poſſit fiſcus rem communẽ concedere
in feudum, vel emphiteuſim, vide Peregr.
d. tit. 4.

SINGVLARE XXVIII.

IN conſtit. Regni humanitate nobis ſug-
gerente rub. de his qui fideiuſſ. dare poſſ.
ne in carcerẽtur, inter alia d. §. ponitur quod
1 * incertis caſibus de quibus ibi reus debet
carcerari, non autem dimitti ſub fideiuſſio-
2 ne nota ſingulariter quod ſi * perſona nobi-
3 lis (pro * qua lex valde præſumit) in caſibus
in dicto ſtatuto expreſsis ſub fideiuſsione
per iudicem dimittatur per Ciuitatem, quã-
uis poſtea aufugerit, non tenebitur iudex,
quia videtur ſatisfactum ſtatuto mentiona-
to Petr. Gerardus ſingul. 39. Ioan. Arno. pro-
bl. 33. Angel. in l. qui in carcerem nu. 2. ff. quod
met. cauſa.

Digitized by Google

Annot. ad Singul. XXVIII.

Num. 3.] Adde Iaſon. in l. admonendi num. 17. ff. de iureiur. & in l. ſi pecuniam, §. vltnum. 5. ff. de cond. ob cauſ. Cott. mem. iur. in verb. nobilitas, Tiraq. qui pleroſque alios refert de nobil cap. 20. num. 28 & de pœn. legi cauſ. 31. num. 12. Gramm. deciſ. 14. nu. 5. Rolan conſ. 11 num. 29. lib 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 59. num. 3. Intellige tamen, quando cauſa erat leuis, vt declarat Farin. quæſt. 31. num. 146.

SINGVLARE XXIX.

IN conſt. Regni in cauſa depoſiti rubr. de cauſa depoſiti, in qua diſponitur, quod * depoſitum vltra libram auri, debet probari per publicum inſtrumentum ſollemnitate vallatum, de qua ibi nota ſingulariter, quod
2 * clericus poterit probare per teſtes depoſitum vltra auri libram pænes laicum, etiam in Curia ſæculari, non obſtante dicta conſtitutione, Ioan. Arno. probl. 69. Marſil. ſingul. 29. Alexan. conc. 210. vol. 2.

Annot. ad Singul. XXIX.

Num. 2.] Adde non poſſe ſtatuto laicorũ coarctari modum probationis reſpectu clerici agentis in foro ſuo, Alciat. in cap. cum contingant num. 246. de iureiur. Ceuall. qui de communi teſtatur comm. cont. com quæſt 142. num. 1.

SINGVLARE XXX.

IN conſt. Regni minorum iura §. minores autem rubr. de reſtit. minorum, nota ſingulariter, quod in odioſis hæc ætas annorum decem, & octo tam in maſculis, quam in fœminis currit de momento ad momentum à puncto natiuitatis, in tantum quod ſi deceſſet ad perficiendum annum decimumoctauũ aliquod momentum temporis minor quiſq; reputaretur Ioſeph Maſcard. concl. 159. num. 6. & 7. vol. 2. gloſ. in ver. momentum in fine, §. minorem, vbi Bar. num. 2. & addit. ad eum l. denique, ff. de minor xxv. ann. gloſ. in ver. conſumationem in fine, cap. ad noſtram extra de regul. & tranſ. ad religio Ang. in §. præterea ſub num. 2. verſ. aliquando apponitur ad excluſionẽ inſtit. quibus nõ eſt permiſſum facere teſtam. gloſſ. in cap. non ſolum in ver. intra decẽnium in fine de appell. lib. 6. Tiraq. de retract. ſangu. gloſ. ij. §. 1. num 6. fol 261.

SINGVLARE XXXI.

IN conſtit. Regni appellationum rub. de
1 appellat. nota ſingulariter, quod ſi * iudex decretauerit appellatoriam ſupplicationem admittatur, vel non, ſi & inquantum de iure debeat, vel non debeat admitti, cenſetur detuliſſe, vel non appellationi, ſicut de iure erat, vel non erat deferendum Franc. Peruſ. in cap. ſæpè nu. 4. de appellat. Mara. in Spec. par. 6. in 2. actu nu. 100. fol. 297. vbi dicit quod iſta eſt veritas Viuius lib. 1. comm. opinionẽ in ver. iudex à quo circa mediũ fol. 172. Soc. Iun. cõcil. 18. ſub nu. 14. verſ. vel 2. vol. 1. Bald. in l. edita C. de eden. Pedam. deciſ. 131. nu. 1. & 2. Ruin. conc. 61. num. 27. vol. 5. Felin. in cap. cum contingat num 13. de offit delegat. Corrad. in pract. cauſ. ciuil. § num. 6. de appell. Iacob. Menoch. concil. 103. num. 59. vol. 1. Grat. concl. 26. nu. 21 lib. 2. Alcia. reſponſo 406. nu.
2 3. & per admiſſionem appellationis * cum dicta clauſula ſi, & in quantum, &c. videtur iudex à quo abdicaſſe iuriſdictionem à ſe, vt ad vlteriora procedere non poſſit, Viuius in d. verſic. iudex à quo in fine vbi teſtatur communem opinionem, Roman. conc. 501. nu. 4. 5. 6. & 7. vbi etiam teſtatur communem opinionem, Pedam. deciſ. 131. num. 10.

Annot. Ad Singul. XXXI.

Num. 1.] Adde Contar. in l. 1 lim. 13. nu. 17. C. ſi de moment. poſſ. Surd. deciſ. 264. num. 18. Chartar. deciſ. 130. num. 16. Caualc. deciſ. 7. num. 2. par. 4.

Num. 2.] Adde Plot. de in lit. iuran. §. 4. num 45. Chartar. deciſ. 111. num 11.

SINGVLARE XXXII.

IN eadem conſt. Regni appellationum, nota ſingulariter, quod iudex à quo poteſt
1 * procedere ad vlteriora non obſtante interiecta appellatione ab interloquutoria, per quam non ligantur manus ipſius Iudicis, niſi fuerit inhibitum per iudicem ad quem cauſa cognita, & parte citata, Ang conc 217. ſub num. 4. circa finem, Dec. conc. 28. ſub num 1. verſ. & in appellatione, Mara. in Spec. par. 6. in 2. actu nu. 161. & 196. ſol. 296. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Alex in l. 4 §. condemnatum nu. 19. in fine ff. de re iud. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, eſt text. apertus in cap. non ſolum circa finem de appell. lib. 6. Bart. in l. eius qui ſub num. 5. circa ff de appellat. recip. Soccin. Sen. concil 38 num. 11. vol. 1. Bal. in l. arbitrio nu 6. ff. qui ſatiſd coga eſt tex. in c. eum qui in fine de dolo, & contum lib. 6. verum quod
2 ſi * iudex à quo detulerit appellationi ab interloquutoria coram eo interiectæ, non poterit vlterius in cauſa procedere, quia deferendo appellationi, ſeu eam admittendo, ſibimet ipſi inhibet, manus ſibi ligat, & quantum in ſe eſt iuriſdictionem à ſe abdicat, eſt text. apertus in c. cum appellationibus, verſ. ſi verò de appellat. lib. 6. Bar. in d. l. eius qui ſub num. 5. ff. de appell. recip. & in l. intra veile in princ. ſub num. 2. verſ. ſi ergo, ff de minor xxv. ann. Mara. in Speculo par. 6. actu 2. nu. 198.

num.198.fol.297.Socc.concil.38.nu.11. lib.1.
3 * & per proceſſum ad vlteriora poſt interie-
ctam appellationem videtur iudex eam re-
ieciſſe Ang.concil.217.ſub num.4.verſ.quin-
to probatur Foller.ſuper bulla de cenſ.verſ.
quæ quidem exequutio num. 21. & 22. folio
258.Peruſ.in cap.ex parte el 2.num.5.in fine
extra de appell. Bar. in l.à procedente num.
4.C.de dilat Rota deciſ.595. Alexan.concil.
37. colum.5. verſic.4. confirmatur volum.2.
Angel.in l.2.§ ſed ſi dubitetur ſub num. 2. ff.
de iudic.Vantic.de nullit.quib.mod.ſen nulla
reparare.num 9. fol.245. Dec.concil.107. in
princ.Ang in l.2.in princ.nu.10 ff. ſi quis in
ius voca.non ier.Alex.conc 100. nu.2.verſic.
nec videtur obſtare voln 5. Menocch. conc.
24. num.9. vol.1. Ane. Gabriel. lib.2. concl.
tit. de action. concluſ. 6. numer. 1 & quia
proceſsit ad vlteriora tacitè pronuntiando,
cum non debuiſſe procedere, forſan quia eſ-
ſet legitimè propoſita appellatio poterit
4 * ex hoc appellari Bart. in d.l.à procedente
ſub num.5.in fine, Franc. Peruſ. in d.cap.ex
parte per illum tex.nu 5.& nu.8.gloſ in ver.
ex præmiſsis cauſis cap. accedēs el 2. extrà
vt lite non conteſt.Alexan.in l.ille à quo §. ſi
de teſtamento numer.5.ff ad Trebell. Iacob.
Menocch.concl.2.num.350 vol 1. & pari mo
5 do poterit * appellari ſi iudex ſemel moni-
tus propoſita exceptione ſuper ea, nec pro-
nūtiauerit,nec ad vlteriora proceſſerit Frāc
Peruſ.in d.c.ex parte el 2 num 6.gloſ. fin. in
fine cap.2.de appell.lib.6.Bar in l.Titia Seio
§.vſuras num.3.ff.de legat.2.

Annot. ad ſingul. XXXII.

Num. 1.] An,& quando appellatio ab in-
terloquutoria liget manus iudicis, vide Lan
cell.de attent.p.2 c.10. de atten. appell.pen-
dent.limit.1.Farinae.quæſt.38.nu.11. Scacc.
de iudic.lib.1.c 97.nu.57. Chartar.deciſ.111.
Et an,& quando licitum ſit appellare ab in-
terloquutoria , vide Guid. Pap. q.75. Duen.
reg.52.Menoc.lib 2.de arb.iud.caſ.490 Gail.
obſ.cam.imp.lib.1.obſer.129.& 130 Et an iu
dex teneatur admittere huiuſmodi appella-
tionē,vide Facch.cont.iur.lib.1. cap.80.

SINGVLARE, XXXIII.

IN eadem conſt Regni appellationum, no
ta ſingulariter , quod ſi fuerit interiecta
appellatio,& veretur vtrum admitti debeat
vel ne, huius cognitio, & pronunciatio ſpe-
ctabit ad iudicem , ad quem, cum ſit iuriſ-
dictionis, non autē ad iudicem, à quo Fran.
in capit.conſtitutus el 2. ſub num.21. de ap-
pellat.

Annot ad Singul. XXXIII.

Adde Iſern qui de comm.teſtatur in §.vlt.
num.8.quo temp mill.inueſt.pet.deb. Cōtar.
in l.1.q.1.nu.16. C.ſi de mo.poſſ. vbi hoc li-
mitat. niſi notorium ſit appellationem non
tenere, Farin .quæſt.38. num.19.

SINGVLARE, XXXIV.

IN eadem conſt.Regni appellationum no-
ta ſingulariter , quod decennium ad ap-
pellandum currit à die notificationis ſenten
tiæ factæ per officialem publicum , nec alia
ſcientia obeſſet,Bal.in l 1.ſub num 6.vbi Sa-
lyc.in fine, C.de tempo.appell. Io.de Plat.in
l.2.per illum tex.col.3. in 3.notab. C. de de-
cur.lib.10.

SINGVLARE, XXXV.

IN eadem conſt.Regni appellationum,no
ta ſingulariter, quod ſi propoſita excep-
tione iudex pronuntiauerit non admitten-
1 dam * cum reſeruatione iurium in fine cau-
ſæ nō poterit ex hoc appellari, Alex.in l.ille
à quo §.ſi de teſtamento nu. 5. ff. ad Trebell.
Fælin.in cap. cum contingat nu.18.extra de
2 off.deleg.niſi * fuiſſet exceptio præiuditialis
ordinem iuditij peruertens , puta incompe-
tentia iudicis, vel huiuſmodi, quia tunc non
obſtante reſeruatione iurium prædicta iure
optimo poterit appellari Alexa. in d.§.ſi de
teſtamento ſub num 5.

Annot. ad Singul. XXXV.

Adde, idem è conuerſo ſi iudex admittat
exceptionē cum reſeruatione iurium in fine
cauſæ; vt not.idem Intrigl.ſing.161.lib.2. Et
an, & quando poſſit iudex reijcere exceptio-
nes ad merita, vide latè Card. Tuſch.concl.
379.exceptiones quando poſſint reſeruari ,
comm.3.

SINGVLARE, XXXVI.

IN eadem conſt.Regni appellationum , no-
ta ſingulariter , quod à iudicis præcepto
refractionis à domo non admittitur appel-
latio. Petr.Rizai, in quadā eius paraphraſi.
Gramma.deciſ.58. num.15.

Annot. ad Singul. XXXVI.

Adde Cōtar.in l.1.quæſt.20. C.ſi de mom.
poſſ.Mangr.ad Bart. in rub. ff.de appell. Ca-
roc.deciſ.19.nu.34 & in tract de locat.part.
6.tit.de appell.

SINGVLARE, XXXVII.

IN eadem Conſtitut. Regni appellationū,
nota ſingulariter, quod ſi iudex denegat
deferre iuramentum ſuppletorium actori
illud petenti, poterit ex hoc appellari,Pau-
lus de Caſtro in l. admonendi , num. 17. vbi
teſtatur communem opinionem, ff. de iure-
iurando, eſt textus in l. in bonæ fidei in fine
ibi oportet. C. de reb. cred. Ioan. Cœphal
concil.127. num.33.vol.2.vbi etiam teſtatur
communem opinionem .

Digitized by Google

Annot. ad Singul. XXXVII.

Adde Maſcar.concl.957. num.2. Manc. de
iuram.par.2. art.6. nnm.4.

SINGVLARE XXXVIII.

IN cadem cõſtit.Regni appellationũ, nota
ſingulariter, quod quando interloquuto-
ria eſt exequutioni mandata, quamuis fu-
iſſet talis à qua potuiſſet appellari non ad-
mittitur amplius appellatio, Ioan.de amicis
conc.128. numer.5. vbi teſtatur communem
opinionem.

SINGVLARE XXXIX.

IN eadem Conſt.Regni appellationum, no
ta ſingulariter, quod appellatio admitti
1 * non debet ab interloquutoria ſtent, vel
n'on ſtent capitula, ſeu teſtes eſſe admitten-
dos, vel non eſſe Ioan.de Amic.conc.128.nu.
4. vbi teſtatur communem opinionem, Bal.
conc.332.vol.4.Iaſ.in l.arbitrio, in princ. ff.
2 qui ſatiſdar cogan. Quicquid dixerit * Spe-
culat.tit.de teſte col.12.verſicul.recepta au-
3 tem probatione, quem ſequitur * Bald. ſibi
contrarius iu d.arbitrio, in additionibus, ff.
qui ſatiſdare cogan.

SINGVLARE XL.

IN eandem Conſt.Regni appellationũ, no-
1 ta ſingulariter quod * appellatio à ſenten
tia conditionali (quæ vulgu obſcura dici-
tur) debet interponi ſtatim infra decem
dies, non autem verificata conditione, eſt
tex.in l.1.§ biduum ff.quando appell.ſit, Ro-
ma.conc.45. Calcan.conc.16.Tiraq. de retr.
lign.§.1 gloſ.10.nu.42. & 48. cap. biduum in
princ.2.quæſt.6. Guido. Papa, deciſ.257.ſub
num.2.verſ.ſed ſic eſt Iaſ. in l. ſi cui legetur,
nu.19.ff.de leg.1. Bart.in d.§.biduum nnm.3.
in fine Socc.de reg.& Fall.reg.397.num.3.in
fine gl.ſolennis in verbo impedire circa me-
dium cap. præterea el 2.extra de appell. vbi
Fran.Peruſ.nu.8.in fin. teſtatur cõmun opin.
Peda.deciſ.146.nu.17. fol.589 Quicquid di-
2 xerit * Paul. de Caſtro in d. §. biduum num.
6 verſ.ſed quæro.

Annot. ad Singul. X L.

Adde late Anton.de Ball.lib.5.fol.335.

SINGVLARE XLI.

IN eadem conſt. Regni appellationũ nota
1 ſingulariter, quod * appellatio admitti
tur ab interloqnutoria, qua Iudex pronun-
tiat deferendnm eſſe, vel non eſſe appella-
tioni propoſitæ, Socc.de reg.& Fall. reg.26.
2 Fall.4. (licet re vera ille tractatus * regula-
rum, & fallentiarum falſo tribuatur Soccino
vt ex ipſius ore habuiſſe teſtatur Socc. Iun.
conc.24.ſub nu.4.vol.3.quem refert Inl.Clar
in §.teſtamentum q.5.verſ.2. infertur, quod
licet regulariter) & communiter noſtra-
tes in appoſt.ad dictam conſtit.

SINGVLARE XLII.

IN Conſtit.Regni minorum iura §. mino-
res autem rub.de reſt.minor. nota ſingu-
1 lariter quod * minor.18. ann. non poteſt eſſe
procurator in iuditijs ex parte actoris, nec
rei, nec cum mandato, nec ſine, ſiue ipſe ſa-
tiſdederit, ſiue dominus pro eo, l.minor,
vbi glo.in ver.non eſt, & Paul.dc Caſtro ſnb
num. 3. ff. de procurat. l. exigendi verſ.ſanè
iunta gloſ.in ver.legitimam C.de procurat.
vbi Iaſ. num. 19. teſtatur hanc eſſe commu-
nem opinionem, Iaſ.in rnb.C.de procur. nu.
5.eſt apertus in cap. qui generaliter in fine
2 de procnr.lib.6. nec etiam * ex conſenſn par
tium, add.ad Paul.de Caſtro in d.l.minor ſub
num.3.Bal.in addit.ad Specn. tit.de procur.
in princ.verſ.item qnod eſt minor. Gemini.
in d. cap.qui generaliter in fine verſego cre
3 derem Quicquid * dixerint Ioannes And.ad
Specul.in dicto verſ.item quod eſt minor ſu
4 per ver. in iuditijs in litera f.* quem ſequi-
tur Bertrach.in reper.in ver.minor.non po-
5 teſt eſſe procurator in principio Quæ * ex-
ceptio nõ videtur reiecta, ſtante ſtatuto re-
ijciente exceptiones contra inſtrumentum,
Bar.in l 1 §.& parui nnm.6. vbi Viper. col.3.
ff. quod vi, aut clam. Ant.Maſſa in tract. ad
form.cam obl.in 4.partic.vel clauſu.obl. Ca
mer.quæſt.1.ſub.nu.3.fol.65.Anton. de Cana.
de exequut.inſtrum. quæſt.15.

Annot. ad Singul. XLII.

Num.5.] Intrigl. hic refert, & ſequitur
Graſſ.de excep.excep.4.num.8 1.

SINGVLARE LXIII.

IN Conſtit. Regni qui doloſè rub. & in-
cend.in qua diſponitur quod qui doloſè
1 domum incenderit, punitur * pæna capitis
2 nota ſingulariter vt * pœna dicti ſtatuti non
habeat locum contra incedentem domuncu
lam Barb in tract.de præſt. Card 8. queſtio,
col.vlt.par. 1.quem refert Tiraquel.in tract.
de iudit in reb.exig fol.31.Iaſ.in l.ſciendum
col.5.verſ.duodecimo in fine, ff. qui ſatiſda.
coga. Alexan.in l.Senatus §. Marcellus num.
2.ff.de legat.2.Afflict.hic ſub nu.1.poſt. And.
de Iſern.circa med.comenti. Quicquid dixe
3 rit * Bal. in l.1. §. de exercitoribus, ff. naut.
4 caup. ſtabula * Iaſon. ſibi contrarius in cap.
1.num.25 qui feudum dare poſſ.

Anno: ad Singul. XLIII.

Adde Iannin de citat.real.lib.2.c.1.nu 252.

SINGVLARE XLIV.

IN eadẽ conſt.Regni qui doloſè nota ſingu
lariter, quod quamuis in extraordinarijs
criminibus certæ pœnæ ſtatuantur attamen
erit in iudicis arbitrio inſpecta qualitate
perſonæ, & delicti, quàm ſtatuat eſt tex. in
l.fin.in fine ff de incend.Ruin & Naufr. Iſer.
& Affl.hic, ille poſt med.comẽti, iſte ſub n.1.

SIN-

SINGVLARE XXXXV.

IN conſt. Regni pacis cultum rubr. de cultu pacis, nota ſingulariter, quod Capitanei poſſunt cogere partes ad pacem, & treguam componendam, et ſi expedire cognouerint cogere inimicum, ne ad contratã accederet ſui inimici, vel ad cauendum de nõ offendendo etiã per decem annos gl. in ver. compeſcere l. a quiſsimum ff de vſufruct. tit. generali. Angel. in l. Valerianus num. 4. ff. de prætor. ſtipulat. Iaſ. in l fin. in 3 not. ff. de off. procur. Cæſar. Iacob. Menoch. concil. 100. num. 211. vol. 1.

Annot. ad Singul. XLV.

An quis inuitus poſſit ad pacem ineundã, vide late Vulp. de pac. quæſt. 3. Farin. quæſt. 107. par. 1. ...

SINGVLARE XXXXVI.

IN conſtit. Regni pœnam eorum in terra
ibi hoſtis publicus reputetur ſic vt ab
omnibus offendatur impunè rub. de Forba.
& feriud. nota ſingulariter, quod ſi mulier
1 bannita fuiſſet * pregnans non poterit impunè
offendi, etiam quod partes non fuerit
animatus, Marſil. in l. adiectam num. 21.
& in l. 1. num. 22. & 23. ff. de quæſt. Bald. in l.
Imperator in 2. lect. ſub num. 4. ff. de ſtatu
homin. Iacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud.
2 quæſt. 90. num. 55. Quicquid dixerit * Bal.
ſibi contrarius in d. l. Imperatorem, in 2.
lect. num. 4. ff. de ſtatu hom.

Annot. ad Singul. XLVI.

Adde Neſt. de bann. 2. p. atemp. nu 45. Carrer. in pract. § circa num. 223. Duen. reg. 68. 7 lim. Farin. q. 103. num. 68.

SINGVLARE XXXXVII.

IN conſt. Regni in aliquibus rubr. de ſucceſſ. filior. com. & bar. nota ſingulariter quod mortuo ſecundo genito vita, & militia ſibi debita non accreſcet alijs fratribus, ſed reuertitur ad fratrem primogenitum, Petr. de Gregor. in tract. de vit. & milit. quæſt 2. circa medium, quem habemus manuſcriptum, Afflict. in conſt. Regni comitibus num. 17. in fin. rubr. 18. lib. 3.

Annot. ad Singul. XLVII.

Vide Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 1. nu. 33.

SINGVLARE XXXXVIII.

IN conſtit. Regni comitibus rubr. de adiutor. pro milit. fratris nota ſingulariter, quod ſecundogenitus habebit vitam, & militiam à primogenito ſuper alijs feudis etiã quod pater eiſdem ſecundogenito relinquiſſe ſimpliciter aliquod feudum, niſi expreſſe ſubdiderit quod relinquit in recompenſationem vitæ & militiæ, Petr. de Greg. in tract. de vita, & milit quæſt. 5. in fine, Afflict. decis. 138. in fine Franc. Prouinz. in quodam conc. incip. licet prærogatiua manuſcripto.

Annot. ad Singul. XLVIII.

Vide Tiraquell. de iur. primog. quæſt. 75. Surd conſ. 7. num. 16 & conſ. 132. nu. 41.

SINGVLARE XXXXIX.

IN eadem conſtit. Regni comitibus nota ſingulariter quod ſecundogenitus tranſmittit ad hæredes vitam, & militiam pro tempore, quo non fuerit à primogenito cõſecutus Petr. de Greg. in tract. de vita, & militia quæſt. 9. circa medium, Afflict. hic nu. 15 poſt Andream de Iſern. legum (vt aiunt) Euangeliſtam Iaſ. in l. de alimentis num. 6. C. de tranſact quem ſequitur Franciſc. Prouinz. in quodam ſuo conc incip. licet prærogatiua circa princ. manuſcripto, facit, l. 1. C. de hæredit. action.

Annot. ad Singul. XLIX.

Adde Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 1. nu. 99. Adden. ad conſuet. Neapol. fol. 218. lit. F.

SINGVLARE L.

IN conſtit. Regni citationis literæ, rubr. de aſſign. literarum nota ſingulariter, quod in cauſa capitali ſerui alicuius debebit dominus propter eius intereſſe citari Salyc. col. 3. in l. 2. verſ. quapropter dico, C. de accuſ. quem ſequitur hic Auus meus.

SINGVLARE LI.

IN eadem conſt Regni citationis literæ
verſ. verò nota ſingulariter, quod citationes,
quæ fiunt in hoſpitio contra forenſes
delinquentes in loco iudicis citantis nõ
1 valent * ſtante hac cõſtitutione, cum debuiſſent
citari ad literas in domo manſionis, &
non in domo illa peregrinationis, Bal. in l.
ea quæ num. 17. C. quomod. & quando iud.
And. Tiraq. de retr. lign. § 9. gloſ. 2. num. 92.
Bart. in l. 1. § promittit n. 6. ff. de lib. agnoſc.
Alber. in l. prætor ait § habitare in fine, ff. de
his qui deiecerunt vel effuder. Angel. in l. 1.
§ capuo autem ſub num. 1. ff. furt. aduer. nau.
Dec. in l. de domo ſub nu. 2 ff. de reg. iur. Ant.
Gab. lib. 7. de crimin concl. 10. num. 21. Quic-
2 quid perperam * vſus Curienſis obſeruet.

Annot. ad Singul. LI.

Adde, ſi citandus ſit forenſis cautelam eſſe vt fiant literæ iudici loci, in quo reus cõmoratur, illum rogando vt eundem reum citari faciat ad comparendum coram ipſo; vt poſt alios concludit Clar. § fin. quæſt. 31. verſ ſed hæc quidem, Farin. quæſt. 11. nu. 43. qui tamen poſt Decian. conſ. 18. nu. 94. lib. 1. affirmat non ſolum in Curia Romana, ſed in tota Italia ex communi conſuetudine obſeruari vt ſufficiat citationem affigi in valuis Curiæ.

SINGVLARE LII.

IN conſtit. Regni exceptiones rub. de ex-
ceptio, & dilat. nota ſingulariter, quod
1 *exceptio incompetentiæ iudicis videtur re
iecta per proceſsũ ipſius ad vlteriora, *Dec.*
concil. 107. circa princ. vol. 1 Ruin. conc. 117.
num. 18. vol. 5. vbi teſtatur communem opi-
nionem, Franc. in cap. ſi duobus nu. 20. ex-
tra de appellat. Ang in l. 2, num, 10. ff. ſi quis
2 in ius voc. non ier. Secùs verò quando * iu-
3 dex fuiſſet prorſus incompetens, quis * fun-
ditus, & omnino iuriſdictione caret, nam-
què tunc non videtur reiecta per proceſſum
ad vlteriora, ſed eſt neceſſe, vt expreſsè ſu-
per ea pronuntietur, quamuis regulariter
4 * iudex procedendo ad vlteriora exceptio-
nem propoſitam iuditij impeditiuam reijce
re videatur. Vant. quib. mod. ſent null. repa
ret num. 8. & 9. Innoc. in cap. 2. de dilation.
Marſil. in l. ſi quis ne, num. 100. ff. de quæſt.
Riminal. Iun. conc. 74. nu. 46. & 50. vol. 1. quē
5 ſequitur Ant. Gabr. (qui Calepinus * iuris
dici poteſt) lib. 2. concl. tit. de except. concl.
1, num. 3. vbi teſtatur communem opinio-
nem.

Annot. ad Singul. LII.

Adde, quod in caſibus, in quibus exceptio videtur reiecta per proceſſum ad vlteriora, id intelligendum eſt modo de ea fuerit plenè cognitum, & diſcuſſum, alias ſecus Paul. de Caſtr. in l. fin. num. 7. ff. ſi cert per Iaſ. in l. ex quacunque num. 46 ff. ſi quis in ius vocat, non ier.

SINGVLARE LIII.

In eadem conſt. Regni, exceptiones, nota ſingulariter, quòd exceptio de iure tertij opponi poteſt quando eſt ipſo iure exclu ſiua intentionis aduerſarij, vel quando opponenti prodeſſe poterit. Iacobus Menoch. conc. 1. num. 320. & 324. vol. 1. Soccin. in l. 2. num. 356. C. de reuoc. donat. Socc. Iun. conc. 201, num 29. lib. 2. Bal. in l. cum mulier, col. 10. verſ. de tertio dubio, ff. ſol matrim. Ang. in l. loci, §. competit, col. 1. ff. ſi ſeruit. vend. Paul. de Caſtr. cõc. 367. nu. 2. lib 1. Alex. conc. 137. col. penult. verſ. præterea prohibitio, volum. 3. Iacobus Menoch. concil. 80. num. 8. volum. 1.

Annot ad Singul. LIII.

Adde Crauett. reſp. pro Gener. num. 400. Rolan. conſ. 57. num. 10. lib. 3. Milan. deciſ. 8. num. 331. lib. 1. Surd. deciſ. 198. num. 15. & deciſ. 144. num. 20.

SINGVLARE LIV.

In conſtit. Regni, peruenit rub. de furtis, nota ſingulariter, quod ſtantibus literis monitorijs à iudice Eccleſiaſtico conceſſis, non obligaretur quis ad propalandum furtũ quod tantum ſciret ex reuelatione ipſius furis. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 27. verſ. ſed quæro in fine, Succin concil. 102. lib. 4.

Annot. ad Singul. LIV.

Contrarium probant Neuiz in Silu Nup. lib. 3. num. 45 Menoch. lib. 2. de arb. iud. caſ. 355. num. 5. Farin. quæſt. 51. num. 22. Caroc. de reuel. conſ. quæſt. 21.

SINGVLARE LV.

IN eadem conſt. Regni, peruenit rub. de
1 furt. nota ſingulariter, quod res * furata
inuenta pœnes aliquem malæ famæ in eodē
genere mali, & non docentem de authore
facit inditium ad torturam ſufficiens, Boſ-
ſius tit. de indit. ſub nu. 55. Iul. Clar. in §. fin.
quæſt. 21. verſ. ſi res furata vbi teſtatur com
munem opinionem, conc 52 num. 33 & 40.
& concil. 72 num. 21. & 22. & in ſing 391 & in
l. qui falſam num. 125. ff. ad l. Corn. de falſ. Ro-
lan. à Valle conc. 45, num. 39. & 41. vol. 2. vbi
teſtatur communem opinionem, Grammat.
conc. 11. num. 1. Blanc. in l. fin. nu. 416. & 417.
ff. de quæſt. vbi Bar. ſub num 5. verſ. itē quod
res furtiua Auguſt. ad Angel. de maleſit. in
ver. etiam veſtem cæleſtem ſub num. 19 vbi
teſtatur hanc eſſe communem opinionem,
Alex. conc. 5 col. 2. verſ. hoc præſuppoſito, in
fine vol. 1. Ioſeph. Maſcard. lib. 2. de probac.
concl 833. num. 2. & 4. vbi teſtatur hanc eſſe
2 communem opinionem, niſi * fuerit ſolitus
emere, vel vendere res ſimiles, quia tunc
etiam quod authorem non demonſtrauerit,
cum ab ignotis, plerumque eas accipiat, nõ
erit inditium ad torturam. Clar. ind quæſt.
21. in fine. Angel. de maleſit. in ver, & veſtem
cæleſtem num. 19. Rolan à Vall. conc. 45. ſub
3 num. 41. vol 2. & illa pœnes * quem furtiua
res fuerit reperta, etiam quod ignorauerit
fuiſſe furto ſubtractam cogitur reſtituere
domino ſine pretij reſtitutione, eſt tex. ex-
preſſus in l. 2. C. de fur. Angel. de maleſit. in
ver. & veſtem cæleſtem num. 19. in fine. Alci.
in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. nu. 2.

Annot. ad Singul. LV.

Num. 1.] Adde eundem Intrigl. ſing. 176. num. 102. lib. 2. Caroc. de re furr. penes ter. reper. quæſt 9.

Num 3. ibi ſine pretij reſtitutione.] Adde id locum non habere in homine probatæ fidei, qui recuperat pretium, vt ſingulariter voluit Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 29. num. 30. quod tamen mihi ſemper viſum eſt contra mentem omnium DD. qui ſimpliciter dicunt emptorē rei furtiuæ licet ignorans emerit, teneri, etiā in foro cõſcientiæ, ſine pretio rē reſtituere; vt poſt alios cõcludit Couar. reg peccatũ p. 3. in init. nu. 3. Quã obrē cõtrariũ puto verius, quã opinionē nouiſsime defendit Ludou. Ridolf. quæſt. 27.

SINGVLARE LVI.

IN conſt. Regni pecuniarijs verſ. in crimi-
nalibus rubr. in cauſis quibus aud. teſt. cō-
mitti nota ſingulariter quod examinatio te-
ſtium extra territorium in cauſis criminalib.
eſt arbitrią iudicis remiſſa Menocch. de arb.
iud. lib. 2. cent. 3. caſu 150. & ſentit clar. in §.
fin. quæſt. 26. verſ. ſed quæro in fine.

Annot. ad Singul. LVI.

In Materia vide late Farinac. quæſt. 77.
Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 611.

SINGVLARE LVII.

IN conſt. Regni inconſutilem in tex. ibi
pro talibus nullus interuenire præſumat.
rubr. de hæret. & patere. Nota ſingulariter
quod aduocatus & procurator poteſt præ-
ſtare patrocinium pro inquiſito de hæreſi
quando vellet demoſtrare ex proceſſu non
apparere illum eſſe hæreticum, tutius tamen
erit ſi impetretur venia patrocinandi à Re-
uerendiſſimis Inquiſitoribus Clar. in § hære-
ſis verſic. vlterius pro hæreticis, & ante eum
Aff. ſect. hic ſub num. 47.

Annotat. ad Singul. LVII.

Adde Decian. tract. crim. lib. 5. c. 37. nu. 51.
Item Adde, quod quando agitur de dam-
nanda memoria defuncti rectè poteſt inter-
uenire aduocatus, Gig. de crim. læſ. maieſt.
lib. 3. rub. de var. & diuerſ. qq. q 9. nu. 7.

SINGVLARE LVIII.

IN eadem conſt. Regni inconſutilem nota
ſingulariter quod licet hæretico pœniten
1 ti parcatur vt ordinarie * non puniatur, ſi
2 quis tamen * falſo accuſauerit alium de hæ-
reſi non admittitur ad pœnitentiam ad hoc
vt euitet pœnam, ſed omnino puniendus eſt
pœna hæreſis ordinaria Iul. Clar. in §. fi. q. 60.
verſ. ſui quandoque circa medium Ang. in l.
fin. nu. 3. c. de accuſat. Anan. in c. 2. ſub nu 18.
de calumniat. Iul. Clar. in §. hæreſis verſ. ſcias
tamen, circa medium.

Annot. ad Singul. LVIII.

Adde Hippol. in l qui falſam §. 1. in fin. ff.
de falſ. Card. Tuſc. concl. 103. hæreticus quan-
do venia dignus nu. 34. tom. 4.

Item Adde idem in teſte; nam ſi falſum de-
ponat in crimine hæreſis omnino punitur
pœna talionis, nec admittitur ad pœniten-
tiam: Siman. de cath. inſt. tit. 64 num. 24. late
Royas de hæret. p. 2. nu. 161 Franc. Pegna in
comm. ad Direct. Inquiſ. par. 3. comm. 122.
verſ. quæſitum eſt an teſtis.

SINGVLARE LIX.

IN conſt. Regni eorum. fraudibus rub. de
alie rer. in iud. dedu. nota ſingulariter
quod exequutio ſententiæ de re litigioſa po
teſt fieri contra tertium ſaltim citatum ab-
ſque alia tela iuditij Capic. deciſ. 138. num 6.
quem refert Rimin. iun. conc. 100. nu. 4 vol. 1.
Affl. hic ſub nu. 11. & in fortioribus terminis
tenet Paul de Caſt. in l. certa poſt medium c.
vt in poſſ leg. Cæſar Vrſill. ad Affl. deciſ. 331.
nu. 2. Fran. in c. ex ratione, num. 85. extra de
appellatio.

Annot. ad Singul. LIX.

Vide Couarr. pract. qq. c. 15 num. 6 Oſaſc.
deciſ. 65. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſer. 98.
Lancell. de attent. p. 2. c. 4. in præl num. 531.
Chartar. deciſ 55.

SINGVLARE LX.

IN conſt. Regni pœnam eorum rub. de For-
ban. & foriud. nota ſingulariter quod mi-
nor foriudicari non poteſt Bald. in l. clarum
ſub nu. c. 2. de auth. præſt Marſil. in l. de mino-
re in princ. nu. 63 ff. de q. Affl. in conſt. mi-
norum iura nume. 8. in fine Foll. in Practica
crim. 1 par. 2. par. rub. forindicentur num. 33.
fol. 84.

Annot. ad Singul. LX.

Vide late Ceph. l. conſ. 304. num. 126. De-
cian. conſ 18. nu. 176. lib. 1. Menoc. conſ. 100.
nu. 120. Farinac. q. 11. nu. 26. Caroc. de min. in
delic. exc. q. 44. Facchin. lib. 9. contr. iur. c. 41.

SINGVLARE LXI.

IN cap. Regni Regis Ferdin. 61. tit. de don.
1 regiſtra. nota ſingulariter quod * donatio
facta matrimonij cauſa debebit regiſtrari
vt valeat, cum ſit ſimplex & cauſa matrimo-
nij ſit impulſiua non finalis Old. conc. 5. quem
refert, & ſequitur Socc. conc. 53 nu. 1. in fine
& n. 2. vol. 1. Dec. conc 239. nu 2. lib. 2. Alex.
conc. 14. col. 1. verſ. & primo propter illa ver
ba vol. 1. Craue. conc. 114. nu. 17. vol. 1. Boer.
deciſ. 353. nu. 10. Iaſ. conc. 171. vol. 4. Quicquid
2 * dicat Dec. ſibi contrarius conc. 414. nu. 15.
volum 3.

SINGVLARE LXII.

IN cap. Regni Regis Caroli 72. incip. item
imperoche in queſto Regno rub. de non
contrahendis matrimonijs cum minoribus
nota ſingulariter quod valet pactum in ma-
trimonio initum quod vir teneatur commo-
rare perpetuo in domo ſeu domicilio vxo-
ris, niſi ex cauſa excuſaretur puta inimici-
tia, aeris intemperie vel huiuſmodi, Ioan.
Arno. epit. 32. Cappella tholoſ deciſ 87. Hoſt.
in ſumma de coniug ſeruo, §. 4. circa finem
verſ. habes argumentum. Capic. deciſ. 155
num. 1. vbi teſtatur communem opinionem
Abb. in c. 1. nu. 5. extra qui matrimonium ac-
cuſ. poſſ vbi teſtatur communem opinionē. 1

Annot. ad Singul. LXII.

De efficacia huius pacti, quod maritus te-
neatur habitare in domicilio vxoris, vide
omnino

omnino Sanc.de matrim.lib.1.diſp.40.Ameſ-
ſe.de pot.in ſeip.lib.2.c.18.nu.11.

SINGVLARE LXIII.

IN cap. Regni Regis Caroli 85. rub. de
quæſt. ciuil. verten. inter coniun. perſon.
comprom.nota ſingulariter quod ſi fuerit fa
ctum compromiſſum tamquam in arbitros,
& arbitratores,ipſis diſcordantibus non ha-
bebit locum electio tertij per ipſos, ſed be-
ne per partes Franc. Peruſ. in cap. ſpeciali
ſub nu.11.extrà de appell. quod putat ſingu-
lare & quotidianum Bal.in c.1.num.10.de in-
ueſt.in marit.facta. Abb. in cap. ſuſpitionis
num.6. extra de offi. deleg. quod ait ſemper
eſſe notandum,& in c. quintauallis num.46.
extra dc iure iura.Bald.in l.hac edictali §.his
illud nu.2.in fine c.de ſecund.nupt. Alex. in
l.inter pares nu.7.ff.de re iud.

Annot. ad Singul. LXIII.

Adde Dec. in c.cum ſpeciali nu.27.de ap-
pel.qui teſtatur dc communi, & latius Ca-
roc.deciſ.50. nu. 2.

SINGVLARE LXIV.

IN cap. Regni Ritus Regis Alphon. 96. in
cip.trattaturi.in tex. ibi infra terminum
40.dierum.nota ſingulariter quod dies datæ
literarum citatorialium computatur in ter
mino prædicto quadraginta dierum, cum
etiam in eo poterit litteras prædictas obti-
nens citari facere citandos ſecundum Petr.
Rizz. Aloyſ..de Sept. & magis communiter
ſcrib.hic & ita fuit aliàs deciſum nobis pa-
trocinantibus per tres peritiſſimos iudican-
tes huius ciuitatis ordinarios.

Annotat. ad Singul. LXIV.

Adde D.Ottau.Cortett.q.foren. 1. lib. 1.
Burg de Laudim.p.3.inſp.22. nu. 10. Mut. in
eo.c.Rit.96 nu 36.vbi poſt Authorem hic te-
ſtatur de magis communi.

SINGVLARE LXV.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph. 119 in
text.ibi intereſſe autem. nota ſingulariter
quod intereſſe extrinſecum & ſingulare de-
bet verificari parte citata antè quam pro-
cedat exequutio.non autem intereſſe intrin
ſecum & commune vt in eodem tex. Ritus
ibi & in defectu ad pretium.ſecundum Aloy-
ſium dc Septimo hic & alios ſcrib.

SINGVLARE LXVI.

IN cap, Regni Ritus Regis Alphon. 122.
incip.item ſi hæredes,in text. ibi vel poſt
benefitio reſtitutionis in integrum,nota ſin
2 gulariter quod * hæres (contra quem exe-
quutio proceſſit) elapſo termino ad exiben-
dum inuentarium præfixo, de nouo poterit
inuentarium conficere infra tempus iudici
arbitrarium, & moram purgare ſecundum
dom.Petr.Rizz.hic qui refert ita pratticaſſe,
& allegat Beroi quæſt.57.ſub num.4. fol. 60.
2 quod * nos minimè admittimus per eundem
Beroi deciſ 64.nu.2.& deciſ 62.per totum,ſe
3 quentes tamen dom. Petr. Rizz. primum *
4 meum præceptorem in caſu quo * hæres cō-
feciſſet inuentarium, & infra terminum da-
tum à iudicante non exibuiſſet,vt quam pri
mum illud exhibeat,debeat relaxari, in his
5 terminis intelligendo * allegatum Beroij q.
57.ſub num.4.

SINGVLARE LXVII.

IN cap.Regni Ritus Regis Alph. 122. nota
ſingulariter,quod hæres etiam ſi non con-
ficiat inuentarium dando bona ſufficientia
creditori non poterit carcerari ſecundum
ſcrib.hic qui alle.Iacob.de Belu.in c.1.§.con
trahentes nu.87.de foro comp. libr. 6. quod
nos ſatis putamus rationabile.

SINGVLARE LXVIII.

IN cap Regni Ritus Regis Alph. 127. in
text.ibi ſi verò creditor primo elegerit
bona.nota ſingulariter quod creditor virtu-
te clauſula hodie indifferenter adiecta per
Tabelliones in inſtrumentis cum poteſtate
variandi,&c.toties quoties &c. poterit infi-
nito variare de perſona ad bona & è con-
1 uerſo Itaquel.in §.hoc ſermone l. boues li-
mit.26.nu.2.ff.de verb ſignific.& in tract. de
rétra conu.glo.2.§.1.nume.18. Alex. in l. qui
bona §.fin.num 3.ff.de damno infe. & in l. 2.
§ fin.nu.4 circa finem ff.qui ſatiſd. cogan. &
conc.145 colum.1.verſ.ſed hoc non obſtante
vol 2.Iaco.Menocch conc.143.num.9. vol. 2.
Ant Gabr lib.7 de crim concl.15 num.4. &
ita in puris terminis concludit Petr.Rizz.&
magis communiter ſcrib.hic.

SINGVLARE LXIX.

IN cap.Regni Ritus Regis Alph 135.incip.
1 in caſu autem ſpolij in tex. ibi * quod bi-
meſtre tempus curreie intelligatur à dic
ſcientiæ ſpolij,nota ſingulariter quod dies il
2 la ſcientiæ ſpolij * excluditur á termino duo
3 rum menſium per dictionem A. quæ * ſuaptè
natura eſt excluſiua & ſeparatiua. Tiraq. de
retr.lign.§.1 glo.11.nu.51.& 52.glo. aurea in
ver. numerandum ibi tertium capit. ſtatu-
tum de præb.lib 6.eſt etiam glo.in ver. à dic
in princ.clem ſient vbi Doct de appell.Alex.
conc.114.col.1 in fine ver.& ſic propter illam
vol.5. Alber.in l fin §. Senatores nu. 3. ff. de
Senato glo.eſt not.in ver. A Brunduſio l.da-
tio § ſi per venditorem ff. de act. emptio. &
vendit & nuncupatim hoc idem firmat Pe-
trus de Gregório hic.

Annot.

Annot. ad Singul. LXX.

Num. 2.] Adde Petr. de Greg. de iudic. caut Feud. q. 17. nu. 22. Cum. in c. 40. Rit. nume. 259.

SINGVLARE, LXX.

IN cap Regni Ritus Regis Alphon. 149. in tex. ibi & ſi officialis ſit talis quod non poſſit de huiuſmodi delictis propoſita accuſatione cognoſcere nota ſingulariter quod ordinarius loci ex cauſa infirmitatis habita medicorum relatione poterit cognoſcere de accuſato & carcerato loco principis & M. R. C. propter periculum vitæ, niſi princeps de facili (vt quia parum remotus eſſet) conſuli potuiſſet Cagno. in rubr. ff. de off. eius nu. 59. Alex. concil. 106. col. 4. verſ. tamen fallit vol. 2. Abb. in c. dilecti el 2. ſub nu 4. extra de offic delegat. & ita praticaſſe refert Domin. Petr. Rizz. hic.

Annot. ad Singul. LXX.

Adde, quod Authorem hic refert. & ſequitur Ant. de Ball. lib. 4. q. 2. nu. 33. fol. 147.

SINGVLARE, LXXI.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph. 159. in text. ibi purgato banno. nota ſingulariter quod bannitus ſeu foriudicatus qui a principe meruerit delicti gratiam ſeu indultum poterit per procuratorem petere exequutoriam obtentæ gratiæ, & banni cancellationem Bal. in l. reos nu. 46 c. de accuſat.

Annot. ad Singul. LXXI.

Vide D. Maſtrill. ad Indult. gener. cap. 23. num. 32.

SINGVLARE, LXXII.

IN cap. Regni Ritus Regis Alphon. 183. in tex. ibi alias appellatio habeatur deſerta rub. vt infra quinquaginta dies. nota ſingu-
1 lariter quod * exequutio ſententiæ à qua fuerit appellatum & appellatio fuiſſet deſerta, ita demum fieri poterit ſi pars aduerſa citetur quare ſententia lata exequi non debeat Alexan. in l. à Diuo Pio §. in venditione nu. 32. ff de re iud. eſt communis opinio quàm teſtatur Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 6. nume. 4. par. 1. eamque in prattica ſeruari teſtatur appoſt. ad Alex. conc. 72. lib. 7. Bar. in l. 1. in fine ſub nu. 9. ff. nil noui appella. penden. Dec. conc. 97. col. 2. ſub num. 2. Mara. in Spec. par. 6. actu 3. num. 16. fol. 324. vbi teſtatur communem opinionem Bal. in l. ſi contra nu. 2. c. de appella. videtur tex. in cap. ex ratione vbi Doct. extrà de appell. & in l. fin. in fine c. de tempor. appella. hancque dicit bonam pratticam Mara. in Spec. part. 6. actu 2. num. 189. & 190. fol. 295. Ant. Gab. lib. 2. de citatio. concl. 1. nu. 214. Franc. in c. ex ratione nu. 4. de ap
2 pell. ne ſi iudex * pronuntiaret eſſe appellationem deſertam per nouam appellationem ab hac ſententia interiectam, exequutio ipſius ſententiæ ſuſpenderetur.

Annot. ad Singul. LXXII.

Adde Rebuff. de ſent exec. nu. 10. quem refert Card. Tuſc concl. 484. executio ſententiæ requirit citationem tom. 3.

SINGVLARE, LXXIII.

IN cap. Regni Regis Carol. 58. rubr. de modo procedendi ex arrupto ad torturam. nota ſingulariter quod iudex non debet reū ponere ad torturam niſi petatur per eum cuius intereſt. Bald. in capit. 1. §. iudices num 6. in fine de pace iuram. firma. Folleri. in pract. crimin. 1. par. 3 par. in verbo etſi confitebuntur num. 72. fol. 230.

Annot. ad ſingul. LXXIII.

Adde Hippol. in l. 1. nu. 8. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. nunc videndum nu. 27. D. Muſ. in conſ Panor. c. 10. nu. 57. Contrarium tamē ſcribit Gomeſ. lib. 3. var. reſol. c. 13. nu. 22. cuius opinio videtur conſuetudine magis recepta. ex his quæ ſcribit Clar. §. fin. q. 64. ver. vbi nihil obſtet.

SINGVLARE, LXXIV.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph 192. rubr. de manus iniectio. nota ſingulariter quod pactum manus iniectionis reijcit omne ius tertij opponentis, eo enim ipſo quod creditor agit virtute pacti prædicti ipſo iure reſoluitur præcedens contractus, & dominium ſeique poſſeſſio in dominum transfertur. Ang. in l. 2. in fine c. de pigno. gl. in verſ. non nudis l. traditionibus c. de pact.

Annot. ad Singul. LXXIV.

Sequitur D. Muta in eod. c. Rit. 192. nu. 4.

SINGVLARE, LXXV.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph. 193. rubr. de rato promitt. nota ſingulariter quod ſi quis promiſerit de rato pro aliquo, intelligitur facta promiſſio ita & taliter quod de iure valeat ratificatio, & ideo ſi ex forma ſtatuti ille eſſet talis vt non poſſet ratificare ſine voluntate conſanguineorum, mariti, iudicis vel curatoris, non ſufficeret quod faciat illum conſentire non ſeruata forma dicti ſtatuti. Paul. de Caſt. in l. inuitum n. 4. ff. de ſeru. vrb. præd. quod dicit ſingulare, & perpetuo menti tenendum.

SINGVLARE, LXXVI.

IN cap. Regni Ritus Regis Alphon. 135. incip in caſu autem ſpolij in text. ibi quod
1 bimeſtre tempus nota ſingulariter * quod ſpolij inſtantia hæc ſtatutaria bimeſtris temporis ita priuilegiata per litis conteſtationem perpetuatur ad aliud bimeſtre tantum.

Tiraq.

Tiraquell.de retract.lignag.§.1. gloſ.10. nu. 76.& num.81. Bal.in cap.cum nō liceat, col. 2.verſ.quæro pone quod ſtatutum extra de præſcript quem ſequitur Alex.cōc.227. col. 2.num.4.vol.6.& in conc.249.col.fin. num.7. vol.6.Balb.in fine tract præſcript.in 4.part. 6.par.prin. quæſtio.vlt. Quicquid ſcripſerit
2 * Alex.ſibi contrarius in l. ſi quis priore, nu. 6.ff.ad Trebell.

Annot. ad Singul. LXXVI.

Adde quod Authorem hic refert, & ſequitur D.Muta in eo cap.Rit.135.num.109.

SINGVLARE, LXXVII.

IN cap.Regni Ritus Regis Alph.158.nota
1 ſingulariter quod * iuramentum iuditiale non, poterit refutari per reum, etiam ſi actor nihil probauerit, Iaſon in l.manifeſtæ ſub num.3.vbi Alexander num.5. & Paul. de Caſtro circa princ & Purpur.num.11.in fine dicit hanc opinionem æquiorem, & veriorem, ff. de iureiur. Paul de Caſtro in l.iuſiurandum la 4.§.ait prætor, num.3.ff.de iureiuran. Iaſ.in rep. l.admonendi,nu.71.in fine, ff de iureiuran.vbi teſtatur communem opinionem, Boer.deciſ.95.num.5.vbi etiam teſtatur communem opinionem.Pedam.deciſ. 97.num.10. Natta conc 35.nu.3. lib.1 quem ſequitur nouiſsime Ioſeph. Maſcard. vol. 2. de probat.conclu.955.num.9. quam nos ſæpius practicauimus,quicquid dixerint con-
2 trarij * videlicet quod poſſet refutari per reum ſi non erunt ſaltim aliquæ præſumptiones pro defenſiones Hyppol. ſing 83. Specul. tit.de iuram.delat.§.1.verſ.ſin autem actor, nihil omnino probat.Abb.in c. fin. in princ. num 6.de iureiuran.& in cap.2.num.1.extrà
3 de probat.Paul.de Caſtr. * ſibi contrarius in l.fin.num.2.in fine,cap.de fideicomm. Alex. ſtrat.in pract.Iud.cap 20.num.57.qui ita in-
4 telligunt, & malè. * text.d.l. manifeſtè, cum verius intelligatur ſecundum primam noſtram, & magis communem opinionem.

Annot. ad Singul. LXXVII.

Vide late Granut. theor. 10. Ceuall.com. cont. com.quæſt 305.

SINGVLARE, LXXVIII.

IN cap.Regn. Ritus Regis Alph.111. nota
1 ſingulariter, quod * clericus pro debito deſcendente ex contractu carcerari non poterit.gl in ver.cruciatus c.ſi res xiiij. quæſt. 6.gloſ.in ver & propter debitum ca.non ſatis 86.diſtinct.Abb. in cap. Oddoardus num. num.3 extrà de ſolut. Lallus in conſt. ſi quis clericus num.4.rub. de cler.conuen. &c Ve-
2 rum quod * creditores cōſequi poterunt redditus beneficiorum in ſubſidium aliorum bonorum deducto ne clericus ægeat abſque eo quod bonis cædat. cap. Odoardus vbi Abb. in fine Secundæ Summæ, & in nu.8.& 10.extrà de ſolut.cap.peruenit vbi Abb. num.3.ff. de re iud.gloſ.in cap.ſtudeat, diſt. 50. gl.fin. in fine in d.conſt Regni ſi quis clericus Emanuel Soarez.Theſaur.recep.ſen.in verbo clericus nu.111.vbi teſtatur eſſe cōmune Axioma. Cæſar.Vrſill.ad Affl. deciſ.240.num.26.
3 & 27. attamen ſi * clericus fuerit obnoxius iuxta formam Cameralis obliuiationis poterit per iudicem competentem etiam abſens, nec aliter citatus excommunicari, & deinde carcerari vſque ad integram debiti ſatisfactionem. Ant.Maſſa in tract.ad form. Cam.obl.part.1 quæſt.2.num.8. & 10. fol.25.

Annot. ad Singul. LXXVIII.

Num.3] Adde Farin. quæſt.27. num.70. qui hoc dicit veriſsimum, & quotidie in practica ſeruari, Burg.de Laudim. part.3. inſp. 19. num.34.

SINGVLARE LXXIX.

IN cap.Regni Regis Alphon.81.rubr.quod nemo moleſtetur, niſi fund.pr inten fiſci. nota ſingulariter quod ſi prohibetur inferri moleſtia alicui,intelligitur prohibita moleſtia iuris,& facti iuditialis,& extra iuditialis, ſiue per modum agendi, ſiue excipiendi inferatur, Couarr lib.4. decret.cap. Raynaldos, § 1.ſub num.8 Alex.conc.177.nu.2.& 3. vol.5.Iacob.Menoch.in tract de recup poſſ. remed.1.num.255 Corſett.ſing in verbo moleſtia in fine.

Anno: ad Singul. LXXIX.

Adde id omnino verum eſſe, quando moleſtia eſt prohibita per verba vniuerſalia, Abb.conſ.43. p.1. Felin. in cap. cauſam quæ num.24.de reſcrip.Dec.conſ.613.nu.1. Socc. Iun.conſ 113.num.29.lib. 1. Surd.de alim.tit. 9.quæſt.26 num.27 & deciſ.294.num.113.nu. 29.lib.1.Surd.de alim.tit 9.quæſt.26.num.27. & deciſ.294.num.12.Caroc.deciſ.36. num.2. Cæterum ſi ſimpliciter ſit prohibita, non cēſetur prohibita, niſi tantum facti moleſtia, Gloſſ.in cap 1. in verſ.inferatis de ſtat. Monac.Bal.in l.1 nu.27.C. de his quæ pæn.nom. Alex.in l.quod de bonis, §.frater num.27.ff. ad l.falc.Corſet.not.iur.in ver.moleſtia, Felin.in d.cap.cauſam quæ, & in cap.in præſentia num.3.de probat.Alciat. conſ.38. num.9. lib.9. Gail.pract.obſ.lib.1.obſ.22.num.7. Magon.deciſ.Flor 20 nu.2.Peregr. de fideicom. art. 35. num 7. Niſi ratio ſubiectæ materiæ aliud ſuadeat, vt cum veniētes ad nundinas lege moleſtari prohibentur, etenim intelligendum eſt de omni iuris, vel facti moleſtia vt omnino liber ſit ad illas acceſſus, Bald.in l.1.num 4.C.de nundin.Corſet.in d.ver.moleſtia, Menocch de præſ. lib 4. præſump.98. num.10. Caroc.deciſ. 36. num.7.

Annot.

SINGVLARE LXXX.

IN cap. Regni Regis Ioannis 97 rub. capitula Buxuli &c. nota ſingulariter quod ſi quis tempore quo imbuſſulatur ad offitium eſt inhabilis, & tempore quo publicatur, & extrahitur à Buſſulo reperiretur habilis erit iure optimo admittendus. *Alex* in add. ad Bar. in l. denique §. 1. ſub litera b. ff. de minor. *xxv*. ann. allegat Bal. in rub c. de cōdit. ob turpem cauſam. quem ego in libro meo inueni.

Annot. ad Singul. LXXX.

Adde Ang. conſ. 33. ante nu. 7. *Aret.* & Ioan. à Plat. in §. furioſus inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. *Dec.* in c. poſt ceſsionem nu. 17. de probat. & conſ. 40. num. 2 Franc. Pauin. de off & pot. cap. Sed. vacan. prælud. 2. num. 3. tract. tom. 13. p. 2. Contrarium tamen, quod immo requiratur habilitas non ſolum tempore adminiſtrationis ſed etiam electionis affirmant Bart. in l. vſusfructus in fin. ff. de ſerp. ſeru. Bald in rub. *C.* de cond. ob turp cauſ. quem ſi in libro ſuo inueniſſet Intrigl. pro ſua opinione non allegaſſet: puto autem eum non inueniſſe, eo quod in aliquibus codicibus lectura Bald. ſuper d. Rub. eſt coniuncta cum lect. l. fin. tit. præcedent. Idem ſcribunt *Alex.* ad Bart. in l. fratres ff. de pœn. Felin. in d c poſt ceſsionem nu. 2. & in c. cum dilectus nu. 3. de accuſ. Caſſan. in conſ. Burg. Rub. 10. §. 1. in verſ. l'homme ou femme nu. 9. & ſecundum hanc opinionem interdū fuiſſe practicatum teſtatur Anna Sing. 232.

SINGVLARE LXXXI.

IN cap. Regni Regis Caroli 78. rubr. de contrac. non celebrand. cum minor. 18. annis etiam cum iuramen. ſine authoritat curatoris vel iudicis, nota ſingulariter quod hoc ſtatutum procedit quando minor contraheret nomine proprio. non autem nomine alieno, quia tunc valeret contractus in præiuditium conſtituentis non ſeruata forma dicti ſtatuti, & imputetur ei qui minorem conſtituit ad contrahendum. Iaſ. in l. exigendi nu. 21. c. de procur. Angel. in l. quāuis in prin. ff. de acq poſs. *Alex.* in l. quæſitum nu. 3. ff. de in ius voc. Pau. de Caſt. in l. quicunque § ſi ab alio nu. 5. ff. de inſt. actio.

Annot. ad Singul. LXXXI.

*A*dde Roder. Suar. ad l. 13. For. tit de las deudas num. 15. Tiraq. ad ll cona gl. 7. nu. 172. *D.* Mut. in conſ. Panor. c. 31. nu. 16.

SINGVLARE, LXXXII.

IN cap. Regni Regis Caroli 79 rubrica de
pœna vtent. falſis teſtib nota ſingulariter
1 quod * clericus qui depoſuit falſum coram
iudice ſeculari non poterit aliquo modo
ab eo puniri, ſed erit ad eccleſiaſticum re-
mittendus. Rola. à Valle concil. 12. num. 48.
vol. 2. Ang. in tract. maleſit. in ver. falſario
ſub nu. 24. Alex. in add. ad Bar. ſub littera *D.*
in l. nullum c. de teſtib. Tiraquel. de retr.
conuent glo. 7. §. 4. ſub nu. 10. Afflic. deciſ.
230. videtur tex. in authent. ſtatuimus c. de
epiſc. & cler. Bart. in l. diuus la 2. nu. 4. ff. de
falſ Mara. in ſpec. par. 6. actu 12. nu. 4. fol. 242
vbi teſtatur communem opinionem Iul.
clar. in §. fin. quæſt. 38. ver. ſed hic quæro. vbi
teſtatur magis communem opinionem. Capic deciſ 5. num. 13. Diaz. in pract. crimin.
cano. cap. 87. in fine vbi teſtatur hanc eſſe
veriorem, & communem opinionem Boſſ. in
tit. de falſ. nume. 110. vbi teſtatur commu-
nem opinionem. Michael. Craſſ. lib 1. com.
op. cap. 18. in ver. clericus quæſt. 6. vbi teſta-
tur communem opinionem, Laur. Chirco in
tract. recept. ſent. centur. 1. concl. 39. vbi
etiam teſtatur communem opinionem. Cæ-
ſar. Vrſill. ad *Afflict* deciſ. 230 in prin. Benè
2 vetum quod ipſe * iudex laicus cognoſcet
ſuper falſitate ad effectum expediendi cau-
ſam ipſam ciuilem coram eo vertentem, nō
quidem ad effectum puniendi ipſum cleri-
cum. Couarru. lib. pract. quæſt cap. 18. in fine
Iul. clar. in §. fin. quæſt. 38. verſ. ſed hic quæ-
ro. in fine, vbi dicit quod hoc omnes faten-
3 tur, * clericus quippè ante humanam legem
à iuriditione ſeculari iure diuino eſt exem-
prus. Viuius lib. 1. com. op. in ver. clerici à
poteſtate in princ. vbi teſtatur communem
opinionem. Illuſtris *D*om. meus & prote-
4 ctor Don Nicolaus Stizzia * vir maximo-
rum meritorum, ſummique ingenij virtu-
tis, & doctrinæ, in tract ſuo perutili, & ele-
ganti de immun eccleſia quē vidimus ma-
nu ſcriptum. glo in ver. & diſcuti cap. ſi im-
perator diſt. 46. gl. in ver. diuino cap. quam-
quam de cenſib. lib. 6. Abb in cap. at ſi cle-
rici nu. 23. in fine de iudit. Rota deciſ. 840.
col 2. verſ. item quia talis conſuetudo eſt
contra exemptionem. Couarr. lib. pract. q.
c. 31. nu. 1. vbi teſtatur communem opinio-
nem. Caualc. deciſ. 37 nu. 31. in fine p. 1. Bat-
tiſta à Villalob. commu. opin. in ver. clerici
nu. 69 vbi teſtatur communem opinionem.

Annot. ad Singul. LXXXII.

Num. 1] Adde Farin. qui pleroſque alios citat. q. 8 nu. 26. Ann. Sing. 135. Facch. cont. iur. lib. 9. c. 27.

SINGVLARE, LXXXIII.

IN cap. Regni Regis Caroli 85. rubr. de quæſtro. ciuil. vertent. inter coniunct. perſonas compromitt. in text. ibi infra meſi ſci, nota ſingulariter quod ſi fuerit factum compromiſſum ex neceſsitate dicti ſtatuti inter affines, vel conſanguineos, quod lapſu tempori s expirauerit, cogitur actor iterum compromittere cauſam, totiēs quotiēs

Digitized by Google

opus fuerit, donec cauſa fuerit deciſa, & expedita. Hippol. ſingul. 172. Bald. in l. fideicommiſſa § ſi quis decem ff. de leg. 3. & in l. veluti §. hæc vox ff. de edendo. Roma. conc. 504. nu. 1. & 4. Tiraq. in l. bones §. hoc ſermo ne limit. 9. nu. 3. Alexan. concil. 70. col. 2. verſ ſed poſito quod illud vol. 2. Socc. conc. 117. nu. 3. vol. 1. Iaſ. in l. duobus §. 1. nu. 20. ff. de iuretur. Bald. in l. qui per ſalutem circa finem ff. de iuretur. quem ſequitur Alex. in l. ſi cum dotem § 1. nu. 8. ff. ſol matrim. Iaſo. in l. diuortio §. quod in anno ſub num. 25. ff. ſol. matr. & in l. prætor ait §. deinde nu. 11. ff. ſol. matr. Riminal. iun. conc. 21. nu. 39. vol. 1 Dec. conc. 22. ſub num. 1.

SINGVLARE LXXXIV.

IN cap. Regni Regis Alph. 423. rub. quod res de dema non poſſ. alie. nota ſingulari-
1 ter quod * pactum de non alienando maximè iuramento vallatum ſtante hypotheca etiam generali in contractu adiecta impedit dominii tranſlationem. Rolan. à Valle conc. 62. num. 34 & 36. vol. 2. ita ſentit Alex. in l. qui abſenti §. 1. nu. 6. in fine ff. de acq. poſſ. & clarius in conc. 59. num. 16. verſ contrarium vol 5. Socc. iun. conc. 129. nu. 2. & 3. volum. 2. Paul. de Caſt in l. ſi ita quis §. ea lege ſub num. 3. verſ. ex ſolutione ſecundi contrarij ff de verb. oblig. quem refert Anton. G ib. lib 3 de pigno. concl. 1. num. 4 & ita in-
2 telligo * tex. in l. ſi creditor §. fi. ff de diſtrac. pignor. qui loquitur indiſtinctè. & generali ter, non faciens mentionem de ſpeciali hy-
3 poteca & ſi pactum ſolum etiam iuratū de non alienando non impediat dominij tranſlationem. quamuis alienans incidat in periurium Alex. conc. 59 nu. 16 verſ. item ſimiliter vol. 5 l. ea lege vbi glo. in ver. alienaret c. de cond. ob cauſam l. ſi ita quis §. ea lege, vbi glo in ver. intereſt in fine ff. de verb. obl. Iaſ in rep. §. diui l. filiusfamilias n. 115. ff. de leg 1. Neguſ. in tract. de pign. par. 2. memb. 1 nu. 5. Crauet conc. 191 num 6. vol. 1. Dec. conc 305. nu 5. vol 2. Paul. de Montepic. con-
4 cil. 3. nu. 12. niſi fuiſſet * reſolutiuum ipſo iure, vt in caſu alienationis res reuerteretur ad paciſcentem Crau. conc. 201. nu 3. vol. 2. vbi teſtatur magis communem opin. Bald. conc. 482 num. 3. lib. 1. Alex. in l. qui abſenti §. 1. nu 7. & 8 ff. de acq poſſeſs.

SINGVLARE LXXXV.

IN cap. Regni Regis Ferd. 39. rub. quod ſindicat. non ſe intrōm nota ſingulariter
1 quod ſi officialis * inuenerit ſubditos in ali qua rixa ſeu tumultu, eoſque non deſiſtentes verberauerit ad ſe diudum rixam, vel tumultum minimè puniendus erit. Pariſ. de Put. in tract. ſind. in ver. ſindicantur etiam officiales qui violentas manus ſol. 35. nu. 3.
2 nec etiam * erit puniendus ſi ſubditum verberauerit inuentum in rixa, vel cum armis, vel in delicto, reſiſtentem contra ipſum officialem. Pariſ de Put. in tract. ſind. in ver. ſindicantur etiam officiales qui violentas manus nume. 7. fol. 35. Angel in l. item apud Labeonem §. adijcitur num. 2. ff. de iniurijs.

SINGVLARE LXXXVI.

IN cap. Regni Regis Ferdin. 61. nota ſin-
1 gulariter quod * donatio irreuocabiliter facta abſenti notario pro eo ſtipulante, ante ratificationem ſeu acceptationem, poterit indirectè reuocari, ſcilicet ſi fuerint eædem res donatæ alicui præſenti, & accep-
2 tanti, quia per * ſtipulationem notarij nulla actio, nulla poſſeſsio, nullumque dominium fuit abſenti acquiſitum ante acceptationē, niſi tantum ius acceptandi donata etiam quod in inſtrumento donationis fuerit adiectum iuramentum, & clauſula conſtituti, ſeu precarij Iul. Clar. in §. donatio. q. 13. ſub ver. ego verò Dec. conc. 226. nu. 5. & 6. vol. 2. Pau. de Caſt. conc. 195. ſub nu. 2. vol. 2. Alex. in l. quod meo in prin. nu. 4. in fine ff. de acq. poſ. Pariſ. conc. 77. num. 31. & 32. 33. & ſeq vol. 1, Andr ad ex ea de pact. num. 210. verſ. ex quib. Tiraq. de conſti par. 3. limit. 30. num. 1. 5 7. 8. 10. 58. & 59. Cag. in l. fin. ſub nu. 273. c. de pact. & in l. quo tutela §. nec paciſcendo nu. 2. vbi teſtatur communem opi, ff. de reg. iur Dec. in l. contractus num. 16. ff. de regul. iur. & concil. 247 ſub nu. 5. verſ. 5. idem ſuadetur vol. 2. & conc. 464, num. 3. vol. 4. Curt. Iun. conci. 55. nu. 9. vol. 1. Ruin. conc. 121. nu. 3 vol. 1. Socc. iun. conc. 67. num. 2. vol. 3. Rol, à Valle conc. 4. nu. 27. vol. 2. Caſſan. conc. 7. num. 38. in fine Rube. conc. 132. Iac. Menoch. conc. 178. num. 4 & 5. volum. 2. Riminal. iun. concil. 37. num. 45. vol. 1. vbi etiam teſtatur communem opinionem, & conc. 253. num. 20. & 21. vol. 3. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 29. num. 3. par. 1. Simon de præt. conc. 150. nu. 42. Pau de Monte Pico conc. 86 nu. 27 Riminal. iun. conc. 524. nu. 72. vbi teſtatur hanc eſſe crebiorem ſententiam vol. 5. Quicquic
3 tenuerit * Riminal. iun. ſibi contrarius cōc. 234. num. 307. vol 3. Ratificatio verò ſeu ac-
4 ceptatio donationis * per abſentem ſufficeret etiam tacita, puta ſi donatarius ſciuerit donationem factam, & non contradixerit, vel res donatas poſſederit, vel fructus earum perceperit, vel egerit ex ea, vel res donatas in ſuo codice ſcripſerit, vel rerum donatarum reſpectu collectas ſoluerit.

Iul.

Iul. Clar. in §. donatio, quæſt. 13. verſ. ego ve-
rò in hoc ſecundo, Tiraquell. de Conſtit. par.
3. limit. 30. nu. 11. Socc. Iun. concl. 67. nu. 11.
& 15. & col. 3. Dec. in l. traditionibus cap. de
pact. num. 15. & concil 58. num. 2. vol. 1. Bar.
in l. quo enim §. rem haberi ſub num. 1. in 1.
memb. diſtin. ff. rem ratam hab. Rolan. à Val
le concil. 6. num. 41. vol. 2. & conc. 4. num. 28.
vol. 2. & conc. 19. num. 34 vol. 1. Dec. in l. ſem-
per qui non prohibet ſub nu. 2. ff. de reg. iur.
Caualc. deciſ. 42. num. 25 par. 1. Ceſal. concl.
33. num. 19. vol. 1. Iacob. Menoch. concl. 92.
num. 65. & 66. vol. 1. Afflict. deciſ. 275. num. 8.
Iacob. Menoch conc. 79. num. 14. volum. 1. &
conc. 178. num 20 vol. 22 Aijmo. conc. 11. nu.
4 Riminal. Iun. conc. 15. num. 10. vol. 1. & côc.
108. num. 13. & 14. vol. 1. & conc. 37 num 61.
vol. 1. Dec. conc. 586. num. 13. vol. 4. Alexan.
conc. 88 col penul. verſ. præterea ipſa ratifi-
catio, vol. 5. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 29.
num. 19. par. 1. Simon de Præt. conc. 95. num.
7. Tobia Non. conc. 17. num. 2 & 3. Ioan Ant.
Cannet. in c. ſi aliquem §. quærit enim num.
5 23. fol. 322, verùm quod ſi fuiſſet * donatio fa
cta infâti cum reperiatur in ea ætate in qua
ratificare non poterit per ſtipulationẽ no
tarij cum clauſula conſtituti acquiritur ei-
dem abſque ratificatione inreuocabiliter,
etiam indirectè per ſecundam videlicet do-
nationem omne dominium, & poſſeſſio, Ti-
raquell. in tract. conſt. par 3. lim. 30. num, 13.
vbi dicit hoc eſſe multum notandum, Bal. in
l. ſi quis in emancipatum ſub nu. 2. C. de do-
nat. Dec. conc 245. ſub num. 3. vol. 2. Afflict.
in conſt. Baiulos omnes num. 42. circa finem
lib. 1. rubr. 73. Riminal. iun. conc. 242. num. 87
6 vol 3. Quicquid dixerit * Ab ex. in rubr. de
pact. num. 199. verſ. nec obſtat primum, fol.
89.

Annot. ad Singul. LXXXVI.

In materia an, & quando valeat donatio facta abſenti Notario pro eo ſtipulante, vide late Alb. conſ. 36. Theſſ. deciſ. 70. Surd. deciſ. 111. Iannin. de cit. real. lib. 2. cap. 6. num. 4. & ſeqq.

SINGVLARE LXXXVII.

IN cap. Regni Regis Ferd. 43. rubr. quod poſſeſsio defuncti transfeat ad hæredes ſicut & dominiũ, nota ſingulariter quod per conſtitutum factum abſenti notario pro eo ſtipulante, non fit præiuditium hæredi conſtituentis defuncti, antequam abſens ille ratificaſſet quin hæres ipſe præferatur ex hoc ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem, Tiraq. de conſt. par. 3. lib. 30. ſub num. 10. vbi teſtatur hãc eſſe crebiorem ſententiam, Caſſan. concl. 7 num 24.

Annot. ad Singul. LXXXVII.

Vide Milan. deciſ. 1. nu. 6. & ſeqq. lib. 1. Et an per conſtitutum factum abſenti. notario pro eo ſtipulante, transferatur poſſeſſio, vide plenè Caroc. deciſ. 93.

SINGVLARE LXXXVIII.

IN cap. Regni Regis Ferd. 61. nota ſingu
lariter, quod ſi contigerit fieri donatio-
1 nem * omnium bonorum præſentium, & fu-
turorum cum reſeruatione vſusfructus quo-
uſque donator vixſirit, fructus quæſiti in vi
ta, non veniunt appellatione futurorum, ſed
cædũt hæredi vſufructuarij donãtis eo mor
tuo, Alex. in l ſtipulatio hoc modo concepta
nu. 18. in fine, ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod
ita conſulere, & iudicare, quem ſequuntur
2 ibi moderniores. Quicquid dixerit * Dec. in
l. fin. num. 32. C. de pact.

Annot. ad Singul. LXXXVIII.

Adde Aret. conſ. 54. num. 2. verſ. & etiam apparet, Couarr. lib 3. var. reſolut. cap. 12. num. 1. Rolan. conſ. 65. nu. 6. lib. 1. Fachin. lib. 6. contrar. iur. cap. 89. qui propterea inferũt valere donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum reſeruato vſufructu, quia non videtur per illam adempta facultas teſtandi, cum fructus percepti ex tali vſufructu non veniant in donatione. Quod tamen intelligendum eſt, niſi hi fructus ſint valde tenues, vt nec ſufficiant ad alimenta: tunc enim vſufructus reſeruatio non validaret huiuſmodi donationem, vt declarat idẽ Intrigl. ſingul. 112. num. 17. lib. 2. Iannnin. de cit. real. lib. 2. cap. 6. num. 20. Vinc. de Franc. deciſ. 594. num. 2.

SINGVLARE LXXXIX.

IN cap. Regni Regis Ferdin. 43. tit. quod poſſeſſio defuncti continuatur in hæredẽ ſciptum in teſtamento, etiam euidenter nullo, ſiue ex vitio viſibili, puta ſi careat numero teſtium à iure diſpoſito, ſiue ex vitio inuiſibili, puta ſi conficiatur ab vſurario manifeſto, non autem continuatur in eum, qui ab inteſtato ſuccedere prætendat ſtante hoc ſtatuto continuante poſſeſsionem defuncti tam in hærede ſcriptum, quàm ab inteſtato venientem, Bald. concil. 454. verſ. in contrarium, ibi item ſicut ex ſcriptis, & per totũ vol. 1. Franc. Prouinz. concl. incip. in cauſa ſpolij manuſcripto vbi teſtatur ita fuiſſe ſæpius deciſum in Magna Curia.

Annot. ad Singul. LXXXIX.

Contrarium, quod immo poſſeſsio defuncti, vigore ſtatuti continuantis poſſeſſionẽ in hæredem ex teſtamento, non continuetur in hæredem inſtitutum in teſtamento nullo ſentire videtur Bal. conſ. 141. nu. 4. vol. 1. Petr de Greg. de iud. cauſ. feud. quæſt 18. nu 14. Cumia. in cap. Rit. 38. nu 131. Caualc. deciſ. 21. nu. 80. par. 3. Quam opinionem pu-

to veriorem, vbi teſtamentum eſſet nullum vitio viſibili. Primo, quia ſtatutum hoc cũ ſit contra ius commune, eſt ſtrictè, ac propriè intelligendum. Ideo intelligitur de verò, ac proprio hærede, non de eo, qui abuſiue eſſet hæres, & prima facie tantum, vt tradunt Bald.d.conſ.141.conſ.181.prope fin, & conſ.330.nu.4.lib.1.& in Rubr. de decauſ. poſſ.& propr.in fin.Alex cõſ.82.lib.2.Tiraq. in tract. le mort. Saiſit le viſ. part.2.decl.2. Contar in l.1.lim.2.§.1.nu.11. C.ſi de mom. poſſ.Seb.Medic. de acq. poſſ. gloſſ.3. in ver. imminuendo num.227. Milan.deciſ.3. num. 222. lib.1. Et pari ratione cum faciat mentionem teſtamenti,intelligendum eſt de eo, quod vere,ac propriè dicitur teſtamentum. At non dicitur propriè hæres,qui inutiliter eſt inſtitutus, l hi demum, ff.de bon.poſſ. ſecun.tabul. & teſtamentum nullum non dicitur propriè teſtamentum,ſed abuſiue,l.3.ff. de teſt.tut.l.2.§.teſtamentũ, ff quemad.teſt. aper.l.Paulus, ff.de verb.ſign id enim, quod eſt nullum actus nomen propriè non meretur, l.4.§ condemnatum ff.de re iudicat.l.nõ dubium cum ſimil.C.de legib.Secundò, quia hoc ſtatutum continuans poſſeſsionem in hæredem ſcriptum in teſtamento æquiparari ſolet remedio, l.fin.C.de edict. diu.Adria. tollen.Bald d.conſ.141.num.3. & in d. rubr. de cauſ. poſſ. & propr. num.13 Contar.d. lim.2.§ 2.num.9 At conſtat remedio d.l fin. locum non eſſe,quando teſtamentum eſt nullum vitio viſibili, vt not.Bart.Bald.& alij in ead.l.fin.Menoch.de adipiſc. poſſ. remed. 4. num 699 Peregr.de fideicom. art.48 nu.28. Tertio non ſatis iniquum videtur poſſeſsionem continuari in eum, quem apertè conſtat nullum ius habere in bonis defuncti, & ſtatutum hoc debet reſtringi, ne quis indebitè damnum patiatur, vt in terminis tradunt Imm.conſ.16.viſo caſu trãſmiſſo,Ioan. Bapt.de Calleg.impreſsis inter ſing. Franc. Crem.col 9.verſ.primo, quod non potuerũt & col.11. verſ. item iſta fictio. Nec his obſtat Cal. conſ.354. allegatus hic per Intrigl. is enim non loquitur quando teſtamentum eſt nullum vitio viſibili,ſed quando nullitas prouenit ex vitio inuiſibili, vt, quia fuit factum teſtamentum ab vſurario manifeſto, non ſeruata forma,cap.quamquam de vſur. lib.6. quo caſu fatemur eſſe locum ſtatuto, prout etiam eſt locus remedio d.l. fin.ſicuti poſt alios concludit Menoc. d.remed.4. nu. 727. Peregr.d.art.48. num.29. & in terminis teſtamenti conditi ab vſurario voluit idem Bal.conſ.311. quidam Thomas num 6. lib.2.

SINGVLARE XC.

IN cap.Regni Regis Alphon.114. nota ſingulariter quod maritus omni iure poterit gaudere beneficio deductionis ne egear, etiam quod in contractu fuerit renuntiatũ cum iuramento,& pacto de non opponendo, obtenta tamen prius abſolutione ab ordinario, l.alia.§.eleganter vbi gloſ in fine. ff. ſoluu.matrim.& Bar num.9.cap.non eſt obligatorium, de reg.iur.lib.6.Iaſ.in l.quod nomine in 2 notab.ff.de cond.indeb.Feder.Cãpeg. in quodam concil.incip. dubiũ de quo quæritur manuſcripto vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum.

Annot. ad Singul. XC.

Vide Ameſc.de pot. in ſeip.lib.2. cap.34. nu.1.& 2.D.Maſtrill. deciſ.93.

SINGVLARE XCI.

IN cap.Regni Regis Carol.58.rubr.de modo proced.ex abrupto ad torturam, nota ſingulariter, quod confeſsio facta in tortura inditijs legitimis non præcedentibus, eſt nulla, & ex ea non poterit ſequi condemnatio, etiam quod per reum fuerit cum iuramento ratificata ad bancum iuris, & poſtea ſuperuenerint legitima inditia, Marſilius in l.quæſtionis per illum tex.num.12.ff. de quæſtionibus,Riminal.Iun.conc.88.num. 54.& 55.vol.1. ubi teſtatur communem opinionem, Marſill in l.1.in princ.num.24.& in pract.§.ſecunda num.2.& 3. Alex. conc.5.in princ.uol.1. Grãm.conc 37.nu.5.& 6 pract. Carar. ſuper l.obſeruare curabis ſub nu. 181. Capic.deciſ.145.num.3 Alex.conc 52.col.2. verſ.vnde cum his vol.3.Alciat.in c.1.nu 52. extra de offic. ordin. Matth. lib.com.op.in verbo confeſsio, num. 2. vbi teſtatur communem opinionem. Foller.in pract.crimin. 3.par. 3.part. rub. etſi confitebuntur nu.35. Simon.de præt.conc 191 num 9.vbi etiam teſtatur communem opinionem Ioſeph.Maſcard.vol.1.de probat. concl.353. nu.3.

Annot.ad Singul. XCI.

Adde Roland conſ 12 num 90.& ſeqq.lib. 3.latè Farin.quæſt.37.num.110. & quæſt.83. cap. 1.

SINGVLARE XCII.

IN cap.Regni Regis Ferdin 61.rub de donatio.omn.regiſt.nota ſingulariter,quod
1 * donatio quæ fit in contractu venditionis per venditorem de eo plus, quod res valeret, cuiuſcumq; fuerit quantitatis non comprehenditur ſub dicto ſtatuto,& conſequenter regiſtratione non indiget. Couar. lib.2. reſolut.cap.4.ſub num.8,verſ.contrarium ſane. Calder.conc.2.tit.de empt. & vendit.ita videtur ſentire Tiraq.in tract.de retr. ſang,
2 §.30.gloſ.1.num.3.Quicquid dixerint * Anchar.in cap.penult.ſub num.4.verſ.ſeptimo
3 oppono extra de empt. & vend. * Alciat. in
4 l.2.in princ.ſub nu.17.ff. de verb.oblig. * Tiraquel,

raquel. ſibi contrarius in l. ſi vnquam in ver. donatione largitus num. 13. in fine, C. de re-
5 uoc. donat. * Socc. concil. 215. num. 1. vol. 2. quem refert Tiraq. de retract. ſang. §. 1. gloſ. 18. num. 15.

Annotat. ad Singul. XCII.

Vide late Fachin. lib. 2. controuer. iur. c. 19. Iann. in. de cit. real. lib. 2. cap. 6. nu. 55.

SINGVLARE XCIII.

IN cap. Regni Regis Carol. 58. rubr. de modo proced. ex arrupto ad torturam, nota ſingulariter quod ſi vulneratus in extremis humanæ vitæ conſtitutus, maximè cum
1 iuramento confiteatur ſe non * fuiſſe vulneratum à titio, talis exculpatio proderit ipſi titio vt etiam ſtantibus inditijs aliàs ſufficientibus non torqueatur, niſi fuerint inditia valde vrgentia, & delicto proxima, circa quam exculpationem neceſſario verſabitur iudicantis arbitrium qui inſpecta qualitate facti conſiderabit an talis exculpatio veriſimilis videatur vel ne. Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 52. verſ. poteſt etiam, vbi teſtatur communem opinionem Bald. in l. 1. nu. 33. c. com. de legat. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 13. ſub num. 7. verſ. eſt & aliud in fine. Alciat. de præſum. reg. 3. præſumptione 4. nu. 10. Marſil. ſing. 22. circa finem. Petr. Gerar. ſing. 55. Alex. conc. 14 col. 1. verſ. pro quo etiam facit vol. 3. & conc. 30. col. vlt. nu. 13. vol. 7. Iaſ. in l. 1. col. 2. verſic. econtra autem ff. de eo per quem factum erit. Alex. conc. 134. col. vlt. nu. 12. vol. 6. Carr. in l. obſeruare nu. 159. Alex. conc. 24. col. 4. verſ. fortifico ex ſingulari vol. 2. Gram. conc. 65. nu. 1. Ioan. Arno.
2 comm. 20. & cautel. 3. quicquid dixerit * Vinius lib. 1. com. op. in ver. teſtis illud quod depoſuit in iuditio in fine.

Annot. ad Singul. XCIII.

Adde late Menoc. de præſ. lib. 1. præſ. 90. Et an, & quando pro ſit offenſi exculpatio, vide plenè Maſcar. de probat. concl. 1130.

SINGVLARE XCIV.

IN cap. Regni Regis Ferd. 53. tit. de falſ. te ſtib. punien. nota ſingulariter quod ſi teſtis vnum depoſuit in iuditio, & aliud poſtea dixerit extra iuditium vel e conuerſo torturæ eſt ſubijciendus, vt ea præualeat depoſitio quæ tortura fuerit confirmata. Alex. conc. 63. vol. 1. repetito in conc. 251 lib. 6. quem ſequitur Ant. Gabr. lib. 7. concl. 30. nu. 4. Cæpolla conc. crim. 60. nu. 10. Crauetta conc. 75. nume. 30. vol. 1. Boſſ. tit. de oppoſſ. contra teſtes ſub nu 3. Bar. in l. eos nu. 4. ff. ad l. Cor. de falſis & in l. 1. §. quæſtioni in 2. memb. ff. de quæſt. quem ſequitur Couarr. lib. 2. reſol. cap. 13. num. 8. verſ. exterom ante finem Dec. conc. 189. ſub num. 10. verſ. non obſtat quod ſecundum dictum, vol. 1. Bart. in l. ſi poſtulauerit, §. ſed etſi negauerint, vbi additio ad eum ff. de adul. Bal. in l. 9. nu. 2. & 3. C. de adul. Crauetta conc. 6. num. 16. vol. 1. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 25 verſ. ſed pone vbi teſtatur commun. opin. Rimin. Iun concl. 269. num. 92. vol. 3. & conc. 290 ſub num. 12. vol. 3. Foll. in prac. crim. 2. par. 3 par. rubr. etſi cõfiteb. ntur num. 30 & num. 92. Iacob. Menoc. lib. 2. de arb. iud. cent. 2. caſu 108. num. 14.

SINGVLARE XCV.

IN cap.Regni Ritus Regis Alph.162. nota
ſingulariter, quod ſi reus facto, & culpa
offitialium fugam arripuerit, fideiuſſor, qui
pro eo interceſſerit, eſt liberatus, Iul. Clar.
in §.fin.quæſt.46 verſ.quaro pone, *A*lber.in
3.par.ſtatutorum quæſt.64.vbi teſtatur com
munem opinionem.Boſſ.tit de carc.fideiuſſ.
committ.num.41. vbi etiam ſcribit commu
nem opin Nell.in tract.bann.in 2 par.3.tem
por quæſt.6.Alb.in l.ſi deceſſerit ſub num.13.
ff.qui ſatiſd.cogantur Petr.Rizzari, & com-
muniter ſcrib.hic.

Annot. ad Singul. CCVII.

Vide late Farinac.quæſt.34 num.166.

SINGVLARE CCVIII.

IN cap.Regni Ritus Regis Alph.189. rub.
rub.de interuſ.dot.nota ſingulariter quod
1 * interuſurium dotis promiſſæ, & non non ſo
lutæ non videtur à viro remiſſum, ſi per de-
cennium ab eo non fuerit petitum, Roman.
conc.517.num.14.*A*ngel.in §.fuerat ſub nu.
21. verſ. ſecundo aduertas inſtit. de action.
Ioann Lupus in cap.per veſtra nu.6.fol.177.
de donat.inter virum, & vxor. Alex. in l.quæ
dotis ſub num.14.ff.ſolut. matrim. vbi teſta-
tur hanc eſſe communem opinionem à quo
non eſſe recedendum ſcribit. Quicquid di-
2 cant * *A*lex.conc 63.col.1.verſ.præterea vi
3 detur vol.4. * *A*lcia reg 1.præſump.32.præ-
4 ſumpt.ſub num. 7. ſecus ſi * durante matri-
monio exactum, aut petitum non fuerit,
quia tunc remiſſum iure optimo cenſeretur
Roman.conc.517.num.16.Cum.in cap.ſi ali-
quem in verbo antiquis num.536.Quicquid
5 * dixerit Cæſar Vrſill.ad Afflict. deciſ. 284.
num.5.

*A*dde eumdem Intrigl. lib.2. *S*ing.139.

Annot. ad Singul. CCVIII.

In materia huius ſing. vide late Gramm.
deciſ.70.Oſaſc.deciſ.132.Magon. deciſ. Flo-
rent.83.num.10.Valaſc.conſul.8.num.9.Me-
noch.de præſump.lib.3 præſumpt.25.Facch.
lib.3.cont.iur.c.vlt. Roder.de ann. redit.lib.
3.quæſt.7.nu.65.Iannin.de cit.real.lib.3.cap.
1. num. 20. & ſeqq.

SINGVLARE CCIX.

IN cap.Regni Regis Alph.11. rubr. quib.
caſib.teſtes per iudicem examinentur,
nota ſingulariter, quod repetitio teſtis ſolē
niter facta validat, & confirmat primum di
ctum ipſius, alias inualidum defectu omiſſæ
ſollemnitatis, vel formæ, Iaſ.in l.legata inu
tiliter num.16.ff.de legat.1. Bal.in l.alia nu.
3.C.de his quibus vt indign. Bar.in d.l lega
ta num. 3.

SINGVLARE CCX.

IN eodem cap.Regni Regis Alph.11.nota
ſingulariter, quod teſtis, qui depoſuit ſu
per vno articulo, ſi ſuper eodem iterum ha-
bebit neceſſè deponere, petere poterit quod
prima ſibi exhibeatur depoſitio. Bart. in l.
eos qui num.6.in fine ff.de falſis, Boſſ. tit.de
oppoſit.contra teſtes num.8.fol.250 qui al-
legat Hyppol.in l.ex libero in princ. num.8.
ff.de quæſtion. Bald.in l. cum apud in fine C.
de teſtib.Folle.in pract.crim. rub. capiat in-
formationes, num.39.& 40.Iacob.Menocch.
lib.2.de arbitr.iud cent.2.caſu 109. num.12.

Boer.

Boer.quæſt.168.num.7.

Annot. ad Singul. CCX.

Adde Andr.Gail.pract.obſer.lib.1. obſer. 104.num.3

SINGVLARE CCXI.

IN eodem cap.Regni Regis Alphon.11.no
1 ta ſingulariter quod * teſtis qui non om-
nino à lege repellitur, ſed tal is cuius fides
diminuitur,ſi fuerit examinatur parte nihil
opponente, faciet inditium ad torturam,
parte verò opponente, non facit ſufficiens
inditium Iul.Clar.in §.fin.quæſt.24.in fine ad
dit.ad Bar.in l.maritus ſub nu.3.ff.de quæſt.
2 & * proteſtationes contra teſtes cogitur de
legatus ad capiendum informationes reci-
pere,etiam quod in literis delegationis ex-
preſſum non fuerit, Iaſon.in l.2.col.3.verſ.6.
per iſtam regulam ff.de iur. omn.iud.

SINGVLARE CXCII.

IN cap.Regni Ritus Regis Alphonſ.159.in
tex ibi niſi purgato banno, nota ſingula
1 riter quòd effectus * banni durat eo non cã-
cellato, etſi ſolutum ius fuerit cancellatio-
2 nis, Hyppol. ſingul.340 * vbi ampliat, & li-
mitat pluribus modis. Boſſ. titu. bann. quid
amm.nu.3. circa medium vbi teſtatur com-
munem opinionem, Iaſ.in l.ſi creditoris,nu.
3 5. C.de fideicomm. vbi * limitat tribus mo-
dis, Bald. in l. Labeo, §.1. in fine ff. de pact.
Alber.in 3.part.ſtat.quæſt.37.in prin. Bal in
l.de ætate §.ex cauſa.ff.de interrogat.actio.
Alex.concil.114.col.2.verſ. plus dicit vol.1.
Paul.de Caſtr. in l.ſi duo ſub num.5.circa fi-
nem ff.de acq. hæred. ita ſentit Bald in l.no-
ſtram num.5.in fine, C. de teſtam. Alexan.
conc.77.col.2. verſ.ad prædicta etiam,vol.3.
Dec.in auth.Caſſa.nu.11.C.de ſacroſ.Eccleſ
4 & hoc * maximè in Curia Catinenſi, in qua
non fit inſtrumentum ſolutionis iurium,pro
ut aliqui Doctor. tenentes contrarium præ
ſupponunt.

SINGVLARE CCXIII.

IN cap. Regni Ritus Regis Alphonſ.164. in ver.& ſe eximere à fideinſsione, nota ſiugulariter quod fideiuſſot,qui ex iuſta cauſa timet fractionem fideiuſsionis,puta quia reus minatus fuerit velle aufugere, & fideiuſſionem rumpere poterit petere à curia (hoc eidem prius conſtito) reum acceptare & fideiuſſorem liberare,ſecundum Ioan.Philippum de Patern Petr.Rizz. & alios hic nõ modicæ authoritatis.

Annot. ad Singul. CCXIII.

Refert, & ſequitur Muta in cap.Regis Alphonſ.160 numer.20. an autem fideiuſſor de præſentando reo liberetur præſentando eũ, antequam à iudice requiratur, vide Roder. Suarez.de fideiuſſ.in cauſa crimin.num.32.

SINGVLARE CCXIV.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph.166. no-
1 ta ſingulariter quod ſtatur * iuramento
virginis, quod erat virgo contra deflorantẽ
Caſſan.ſuper conſuet.Burg rub.1. tit. de in-
vices, & Droictæ Dicelles,num.42. verſ.ad-
uerte,fol.16. vbi hoc dicit eſſe mirabile, &
notandum Barb.in apoſtil.ad Bald. in cap.1.
§.iniuria de pac.iuram.firm.Card.Flor.in c.
1.extrà de adult. Bermon.de concub. nu.10.
Alex.conc.228.num.2.vol.6.Cæſar Vrſill.ad
Afflict.deciſ.236. numer.3. immo plus, quia
2 * quælibet mulier præſumitur virgo,niſi con
trarium probaretur, Iul.Clar.in §.ſtuprum,
verſ.ſed pone, vbi teſtatur communem opi-
nionem, Abb.in cap.1.num.5. vbi etiam di-
cit, quod ita tenent communiter Doctores
extrà, de adult.

Annot. ad Singul. CCXIV.

*Num.*1.] Adde Plot.de in lit.iuran.§.34. num.3.Paril.conſ.160.vol.4. Foller.in pract. crim.verſ.etſi confitebuntur num.146. Mut. in conſ.Panor.cap.53. num.7.

*Num.*2.] Adde Cumia in capit. Rit. 71. num.14.

SINGVLARE CCXV.

IN cap. Regni Regis Alph. incip.qui fide-
iuſſor.tit.interpetr.prin. Regis Alphonſi
ſuper illis verbis adiectis in fideiuſſionibus
bancalibus, videlicet fideiuſſit Bãcus in for
ma Curiæ, in tex. ibi debitũm præſtitit iu-
1 ramentum, nota ſingulariter * quod fideiuſ
ſor de præſentando aliquem ſub certa pæna
& certa die cum iuramento excluditur à fa-
cultate purgandi moram, Viuius lib.1.com-
mun.opin.in ver. moræ purgatio circa me-
dium, ebi teſtatur communem opinionem,
Rom.ſing.444.vbi etiam teſtatur communẽ
opinionem. Afflict.deciſ.174.num.5.Iaſ.in l.
ſiquis maior nu.26.vbi magis communiter,
Doct.c.de tranſact.Alex.in l.ſi inſulam num.
37. vbi Doct.communiter ff.de verb. oblig.
Dec.conc.452.ſub num.19.Laur. Chircon.in
tract.comm.opin.cent.3 concl.49.vbi teſta-
tur communem opin.Ioſep Ludou.deciſ.90.
num.11.& 12.par.2. quod procedit etiam de
2 * æquitate canonica in foro contẽtioſo, ſeu
3 iuditiali, quamuis * ſecus ſit in foro pœni-
tentiali,Alex.in l.ſi inſulam nu.38.ff.de ver-
bor.oblig.Rom.ſing.444.in fine, & ita intel-
4 ligo gloſſam primam * cap.apud miſericor-
dem 32.quæſt.2.& Bal. in l.qui crimen num.
24.cap.qui accuſ.non poſſ. Rip.in l.fin. c.de
reuoc.donat.mihi verò ſatis placeret obſer
5 uari * iſta æquitas non ſolum in foro pœni-
tentiali,verum etiam in foro contentioſo,
re integra,cuius contrarium duriſsimum re

puta-

putarem, ſcilicet hominem poſſidere, & pœnam exigere, Gramm. deciſ. 95. quam refert Foller. in pract. crim. rubr. fragmen. pars nu. 273. in fine.

Annot. ad Singul. CCXV.

Vide Farin. quæſt. 34. num. 137.

SINGVLARE CCXVI.

IN eod. cap. Regni qui fideiuſſor in tex. ibi renuntians ſolenniter, & expreſſe, &c. & in tex. ibi legum canonum, capitulorum, conſtitutionum imperialium, & regalium, nouorum, & veterorum, ac conſueto auxilio, nota ſingulariter, quod per clauſulam, vt bancus in forma Curiæ, &c videtur renuntiatum, etiam exceptioni cedendarum, *Afflict.* deciſ. 282. num. 11. & 13. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 121. poſt princip. C. de reuoc. donat. Socc. conc. 200. num. 3. volum. 2. *Angel.* in l. 2. nu. 5. C. de fideiuſſor. Dec. conc. 27. ſub num. 5. verſ. ſed lis non obſtantibus, & num. 6. Bald. conc. 4. num. 3. lib. 1. Corn. conc. 51. col 3. in lit. m. & n. lib. 2. Dec. in l. final. in princ. nu. 21. ff. ſi cert. pet. & concil. 452. num. 19. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 282. num. 13. & 14. eſtque omnium ſcriben. hic receptiſſima ſententia.

Annot. ad Singul. CCXVI.

Adde Burg. de Laudim. par. 3. inſpect. 27. num. 6.

SINGVLARE CCXVII.

IN eodem cap. Regni qui fideiuſſor in tex. ibi ſe conſtituitur fideiuſſorem, & principalem pagatorem, nota ſingulariter quod
1 quamuis fideiuſſor iudicatum * ſolui datus in iuditio principali, non teneatur in cauſa appellationis, attamen virtute dictæ clau-
2 ſulæ * vt bancus in forma Curiæ, &c. (per
3 * quam fideiuſſor efficitur principalis pagator) remanebit aſtrictus etiam in ſecundo iuditio l. penult. ff. iudic. ſolui. Ioan. Aloyſ. de Sept. Blaſcus Lanc. Campoxa. *Prouinz.* Hier. Fim. Henric. de Med. Petr. Rizz. Sim. Viuic. auus meus, & magis cōmuniter ſcriben. hic.

Annot. ad Singul. CCXVII.

In materia an, & quando fideiuſſor de iudicatum ſoluendo datus in iudicio principali teneatur etiam in cauſa appellationis, vide late Gabr. tit. de fideiuſſ. concl. 4. Farin. quæſt. 34. num. 110. Vincent. de Franc. deciſ. 208. & 330. Card Tuſc. conclu. 326. fideiuſſor de iudicio ſiſti tom. 3. Et quo ad eum qui ſe obligauit vt principalis, quod teneatur etiā in iudicio appellationis adde, quod idē probant Gratian. conſ. 34 num. 2. lib. 2. Cardin. Tuſc. d. concluſ. 326. num. 17. Contrarium tamen expreſſim armat Vinc. de Franc. dicta deciſ. 208. num. 3. quem ſequitur Muſcatell. in prax. fideiuſſ. par. 1. mod. 12. num. 7.

SINGVLARE CCXVIII.

IN cap. Regni Regis Alphon. Ritus 147. in text. ibi Curia non ſubintrat, nota ſingulariter quod in cauſis arduis pro quibus venit imponenda pœna ſupra relegationem, tunc demum Curiæ ius quæritur ſubintrandi ſi accuſatus fuerit interrogatus ſuper delicto, vel in carceres intromiſſus, vel fideiuſſoribus remiſſus, vel contra eum in actis Curiæ contumatia incuſata, vel fuerit, & multò fortius ſequuta ſententia banni, Blaſ. Lanc. in tract. de ſubintratione fiſci col. 4. Ioſeph. Cum. hic ſub num. 10. & melius in pract. ſind. cap. 23. num. 19. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 14. verſ. ſed hic incidenter quæro, Iaſon. in l. properandum §. etſi quidem ſub num. 7. *C.* de iudit.

SINGVLARE CCXIX.

IN eodem cap. Regni Regis Alphon. Ritus 147. nota ſingulariter quod hodie ex generali conſuetudine accuſatio non facit ceſſare inquiſitionem, ſed ambæ ſimul concurrere poſſunt in principio, in medio, & in fine iuditij criminalis, vnde ſi iudex procedat ex offitio pro aliquo delicto, quādocunque ſuperuenit pars. quæ velit quærelare, ſemper admittitur, & è conuerſo ſi pars ab initio quærelat, non propterea ceſſat iudex ex offitio accipere informationes, & examinare teſtes, etiam non productos, neque ſubminiſtratos a parte, Iul. Clar in §. fin. quæſt. 3. verſ hinc infertur, & quæſt. 31. verſ. & ad quærelam, & in quæſt. 61. verſ ponitur etiam in fine, & quæſt. 58. verſ & ſcias poſt princ. & in quæſt. 61. verſ. ſed hæc quidem circa med. Iacob. Menoch. concluſ. 100. num. 265. vol. 1.

SINGVLARE, CCXX.

IN cap. Regni Ritus Regis Alph. 176. rubr.
1 de q. dauper. nota ſingulariter quod * remittitur arbitrio iudicantis quis dicatur pauper. Iaſon. in auth. præterea num. 27. C. vnde vir, & vxor vbi teſtatur communem opinionem, Couarr. lib. 2. reſolut. cap. 6. nu. 8. verſ. qualiter paupertas, vbi etiā teſtatur communem opinionem, Bar. in l. ſi conſtante ſub num. 14 ff. ſolut. matrim. Cæſar *Vrſill.* ad Afflic. deciſ. 179. nu. 5. Dec conc. 120. col. 2 ſub num. 3 verſ. & breuiter. Iacob. Menoch lib. 2. de arb. iud. cent 1 caſu 65. num 7. & 13. vbi teſtatur hanc opinionem eſſe crebriori
2 calculo receptam quicquid dixerit * Socc.
3 de reg. & Fall. reg. 289. fal. 3. in fine, & qui * ſe fundat in paupertate tenetur illam probare Alciat. de præſump reg. 2. præſump. 27. num. vbi teſtatur cōmunem opinionem, Ioſeph. Ludou. deciſ Peruſ. 56. num. 4. par. 1. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 6. num. 2. Ioſeph Ludou. deciſ 33. nu. 2. par. 1. Cæſar. Vrſill. ad Afflict.

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.377.ſub num.copioſus Tiraq. tract.de retrotract.ligu.§.132 gloſ.1.& vlt.nu.49. gloſ. in ver.ſi dubitetur, l.ſi verò §.qui pro rei ff. qui ſatiſd.cogantur, quam dicit eſſe meliorem totius iuris. Bal.in l. non prius in prin.
4 c.quando fiſcus, vel priuatus, nam * ea quæ ex curſu temporis mutantur non præſumuntur in eodem ſtatu l.ſpadonem, §.qui abſolutus, vbi gloſ. ff.de excuſ.tutor. *Alciat*.de præſumpt.reg.2.præſumpt.14.nu.1.

Annot. ad Singul. CCXX.

Num.3.] Adde text.in l.fin. ff. de liber. agnoſ.& in l.ſi creditores §. vlt. ff. de priuil. cred. Roder.Suar.ad l.1.for.tit. de las arras, num.16.Afflict deciſ.377.num.6.Siluan conſ. 2.nu.66.Rimin.Iun.conſ.171.nu.120. & conſ. 188.num.22.lib.2.Rolan.conſ.20.num.19.lib. 2.Surd.de alim. tit.7. quæſt.8. num.14 Gail. pract.obſer.lib 1.obſer.142.num.5.late Maſcar.concl.1154.num.5.

SINGVLARE CCXXI.

IN cap. Regni Ritus Regis *Alphonſ*. 183. rubr.vt intra quinquag.dies, &c.in text. ibi vel alio iuſto impedimento detentus, no
1 ta ſingulariter quod ſi impedimentum * occurreret ex facto appellantis, puta infirmitas, paupertas, carcer, vel huiuſmodi requiritur proteſtatio, aliàs minimè excuſaretur appellans, quod ſecus erit ſi contingerit im
2 pedimentum ex perſona iudicis, quia * tunc non erit neceſſaria proteſtatio. Afflic.deciſ. 50.num.3.& 5.vbi *V*rſill.circa medium. quē refert Ioſep Maſcard.volumin.1. de probat. concl.116.num 12.Pariſ.concl.34.nu.20. vol. 1.Iaſon in l.2 §.quod diximus col.2.ver.ſubdit ſucceſsiuè, in fine ff.ſi quis cautionibus, add.ad gloſ.ſuper ver.propoſita, quæ eam reprobat cap.cupientes §.quod ſi per viginti, de elect.lib.6.*Dec*.conc.356. col.2. verſ.tertio reſpondetur, vol.3.& in regula in omnibus cauſis ſub num.10.verſ. ſed tamen, ff.de regul.iur.Iacob.Menoch.conc.100.num.118. & num.207.vol.1.Ripa in tract. de peſte tit. de priuil.iud.num.22.& 24. Soc Iun concluſ. 104.num.29.vol.3. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, æquiorem, & magis communem opinionem, Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.36.par. 1.num.3. in fine vbi etiam teſtatur communem opinionem, Maſing. cent.3. obſeru.59. Boer.deciſ.49.num.5.

SINGVLARE CCXXII.

IN cap.Regni Regis Ferdin.9. nota ſingulariter, quod ſi bannitus fuerit captus per familiam officialis, non poterit ab alio impunè offendi in manibus familiæ, ſtante iſto ſtatuto quod bannitus impunè offendatur, Iul.Clar.in §.homicidium cenſ.quæro etiam vbi teſtatur communem opinionem, Bar.in l.3.§.transfugas, ff.ad l.Corn.de Sicar. *Al*bin.in 4.part.ſtatutorum, quæſt.36.vbi teſtatur communem opinionem, Aug.ad Ang.de maleſit. in ver. quod fama publica num. 58. Iacobus Menoch.lib.1. de arb.iud.quæſt.53. Marſil.ſingul.150. circa medium.

Annot. ad Sinugl. CCXXII.

Adde Bal.in l.libertas, ff de ſtat hom.& in l.fin.C.de maleſ.& Matth.Gandin.de maleſ. tit.de bann.num.19.Socin.in l.Publius §.fin. num 5.ff.de cond.& dem. Pariſ.de Put.de ſindic.in ver.adulterium, Hipp. in pract. §.aggredior nu.24. & in l.1.nu.3. ff.ad leg.Corn. de ſicar.Alciat.in l. pupillus §. ſeruorum, ff. de verb.ſing. Boſſ. tit.de crimin. læſ.Maieſt. num.64 *Duenn*.reg.68.lim.6.

SINGVLARE, CCXXIII.

IN cap. Regni Regis Ferd.44.rub.de nullit ſentent.nota ſingulariter quando ſententia nulla confirmaretur in meritis agetur ex ſecunda ſentētia tranſacta in rem iudicatam, non autem ex prima, Bart. in l.1. num.21. c. quando prouoc. non eſt neceſſe, Caualc.deciſ.25.num.18 part.1. Hyppol.ſingul.502.Alex conc.111.col 1.verſ.tamen fallit vol.5.vbi teſtatur communem opinionē, Pariſ.conc 107.num.8.vol.4.Caualc.deciſ.7. num.19.par.1.Franc.in cap.ex ratione num. 92.de appellat.

Annot. ad Singul. CCXXIII.

An, & quando agendum ſit ex ſententia confirmata, vel ex confirmante, vide omnino Ceuall, comm.cont.comm. quæſt.617.

SINGVLARE CCXXIV.

IN cap.Regni Regis Ferdin.61 rub.de donatio. omn. regiſtran. nota ſingulariter, quod renuntiatio, ſeu remiſsio alicuius debiti liquidi facta per creditorem ex cauſa donationis debet regiſtrari, alias non valebit, Dec.in l.ſi quis obligatione num.10. ff. de reg.iur.vbi teſtatur communem opinionem, Bart.in l.Modeſtinus ſub nu.1. ff.de donat.Alex.in l.creditor, num.4.c.de pact. vbi teſtatur magis communem opin. Ang. in l. pacta quæ contra num.5.c. de pact. Alexan. conc.137. col fin. verſ.imo etiam ſi expreſſe vol.2.Imol.in l.Aquilius ſub num.3, verſ.extrà gl.ff.de donat. Bal.in l.tale pactum in fine principij ff.de pact.Couarr.lib.2.reſolut. cap.4.verſ.3 hoc idem probatur num. 8. vbi teſtatur communem opinionem, Iacob.Menoch conc.1.num.211. & 214. vol.1. allegat Tiraq.in l.ſi vnquam in ver.donatione largitus num.143.c.de reuoc.donat.qui hoc non dicit in lib.meo, idem Menoch.conc.80.nu. 57.volum.1.

Annot ad Singul. CCXXIV.

Adde Riminal.Iaſon. Dec.Alciat. & alios

magis

magis communiter in l. creditori C. de pact. Gomeſ. lib. 2. var. reſol. c. 3. num. 9. Duen. reg. 224. ampliat. 1. Ioſeph Ludou. concl. 17. verſ. an autem in quacumque Iannin. de citat. real. lib. 2. cap. 6. num. 63.

SINGVLARE CCXXV.

IN eodem cap. Regni Regis Ferdin. 61. in text. ibi altramente che tale donationi ſi intendino irrite, nulle, & caſſe, nota ſingulariter quod quia ſtatutum dat certam formam, & ſollennitatem obſeruari poſt contractum donationis, & ea nõ ſeruata expreſſe procedit ad annullationẽ, erunt donationes omnes præter formam datam confectæ ipſo iure nullæ, quamuis egeant ſententia declaratoria. Vaut. de null. quot. & quib. modis null. propa. poſſ. num. 42. 49. 53. cum ſeq. Rom. ſing. 2. Bal. in cap. 1. § hoc apud nos nu. 4. de pace Coſtan. add. Alex. circa finem, in ver. mox ad Bar. in l. imperator ff. de iure fiſci. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur, num. 20. circa finem. Cod. de reuoc. donat. gl. fin. in fine §. penul. in auth. de Tabell. Rimin. Iun. conc. 72. num. 59. vol. 1.

SINGVLARE CCXXVI.

IN Pragm. Regni 2. tit. 60. tom. 1. rubr. de pœna vendent. animalia extrà domiciliũ ſine patente, nota ſingulariter quod pœna dictæ Pragmaticæ loquentis in vendente habet etiam locum in permutante. Roman. ſingul. 608. Abbas in cap. 1. num. 2. extrà de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 106. & in l. ſi vnquam in verb. libertis num. 47. C. de reuoc. donot.

Annot. ad Singul. CCXXVI.

Adde late Ant. de Ball. in annot. ad eand. Pragm. lib. 5. fol. 239.

SINGVLARE CCXXVII.

IN Pragmat. Regni tit. 29. rub. de nefandi
1 accuſat. tom. 1. nota ſingulariter quod *
præſcriptio vigennalis in delicto reiterabili, currit à die commiſſi vltimi delicti, Iulius Clar. in fin. quæſt. 51. verſ. ſed hic quæro, vbi teſtatur magis communem opinionem, Ang. de Caſt inter conc. crim. diuerſ. conc. 94
2 num. 10. lib. 1. quæ * non computabitur a die
ſcientiæ, ſed à commiſſo delicto, Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 51. verſ. ſed quæro in fine, vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opin. Alexan. in l. eum qui §. in popularibus, num. 12. ff. de iur. iurando, vbi teſtatur communẽ opinionem, Marſil. in §. conſtante num. 95. vbi etiam teſtatur communem opinionem, & in conc. 87. num. 15. Tob. Non. concln. 105. num. 19. vbi etiam teſtatur communem opinionem, Boſsius tit. quomod. proced. per actio. in delicto. nu. 22.

Annot. ad Singul. CCXXVII.

Adde Farin. q. 10. num. 16 eund. Intrigl. de caſ. conſc. caſ. 98. nu. 15. Neſcio tamen, quomodo hoc ſingul. adaptari poſſit ad Pragm. de accuſ. nefand. cum in eo crimine locum non habeat præſcriptio. Guliel. de Bened. in c. Raynutius in ver. mortuo itaq; teſtatore 1. nu. 138. Baiard ad Clar. q. 51. nu. 2. Modar. Neapol de indult. c. 33. nu. 89. Quod generale eſt in omnibus criminibus enormibus, ſicuti affirmant Hippol. in l. qui falſam §. accuſatio num. 2. ff. de de falſ. Carrer. in pract. §. 6. num. 368. Farin. d. quæſt. 10. num. 29. Intrigl. d caſ. 98 num. 21.

SINGVLARE CCXXVIII.

IN Pragm. Regni tit 75. rubr. de Cambijs, &c. tom. 1. nota ſingulariter quod recipiens litteras cambij, poterit repetere pecunias ꝑ nummulario, etſi eaſdem litteras reſtituere non poterit, ſi tamen conſtabit litteras forte deperditas, & publicum inſtrumentum liberabit nummularium ab ipſis litteris, Paul. de Caſt. in l. inſtrumenta num. 7. quod putat quotidianum, & ibi etiam Bal. in fine dicit menti tenendum, & Iaſ. num. 2. dicit multum notabile C. de fideicom. Bal. in l. pecuniæ in fine C. de ſolution.

Annot. ad Singul. CCXXVIII.

Adde eund. Intrig. ſingul. 70. lib. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 498. Gamm. deciſ. 336. nu. 1.

SINGVLARE CCXXIX.

IN Pragm. Regni tit. 4. tom 1. rubr. de re-
1 cuſ. iud. nota ſingulariter quod iudex, *
qui eſſet pater, aut filius ſpiritualis, vel com
pater aduerſarij, recuſare poteſt ex arbitrio
iudicantis, qui inſpiciet locum, vtrum in
eo cognatio ſpiritualis ſit necne potens,
2 * prout ego hic Catinen. arbitrarer. Tiraq.
in l. ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos, nu. 29. c. de reuoc. dona. dom. in c. Romana §. quod ſi col. penul. verſ. in fin. gloſ. & ex primo de appell. lib. 6. Abb. in cap. cum ſpeciali ſub nu. 10. extra de appel. vbi Dec. nu. 6. Iacob. Menoch lib. 2. de arbit. iud. ⁏cent. 2. caſu 152. num. 2. Iaſon. in l apertiſsimi col. 3. verſ. feſta cauſa C. de indit. Abb. in c. cum ſpeciali num. 7. extra de appellat.

Annot. ad Singul. CCXXIX.

Adde Plac. epit. delict. c. 40. nu. 11. verſ. 4 & illud cõuenit eund. Intrigl. ſing. 79. nu. 65. lib. 3. Carol. Graſſ. de excep. 24. num. 66.

SINGVLARE CCXXX.

IN ead. Prag. Regni tit. 4 nota ſingulariter
1 * quod iudex non poterit in totum recuſare, ſi eius filius eſſet aduocatus in cauſa Mara. in ſpec. p. 6. actu 2. n 55. fol. 280. Franc. in c. poſtremo nu. 17. in fin, extra de appellat.
2 Quicquid dixerit * Anch. in cap. inſinuante,
num. 5. extrà de offit. delegat.

SINGVLARE CCXXXI.

IN Pragm.Regni tit.29 rubr. de accuſ ne-
1 fandi, tom. 1.nota ſingulariter quod * pœna dicta Pragmaticæ non habebit locum contra eum qui membrum in ipſas partes pudendas non impoſuiſſet, ſed tantum extrà eas ſe polluiſſet, quamuis ſecus ſit membrũ impoſuiſſet, licèt intus ſemen non emiſiſſet, quæ qualitas non alter poſſet probari, quã per confeſſiones delinquentium, Afflictus in conſtit.legum aſperitate num.12.& 13.rubr. 42.lib.3. Iul Clar in §. ſodomia in fine, Soc. Iun.conc.7.num 1.vol 3.Menoch.lib.2.de ar
2 bitr.iud.cent.3.caſu 286.nu.18.ego verò * in tanto delicto atrociſſimo ſi iudicarem nõ attenderem ad has ſubtilitates, vt procederet pœna ordinaria dictæ Pragmat.ſed ſufficeret voluntas illius, & conatus actui proximus, ita vt rem perfeciſſet, vt vellet ſi potuiſſet, prout in fortiori ſentẽtia fuit Iodoc.
3 in pract.crimin.cap.96.num.16. Iac.Menoc. lib.2.de arb.iud.cent.4.caſu 360, nu.60.in fine, in meliorem conuerſus ſententiam.

Annot. ad Singul. CCXXXI.

Num.3] Adde pro eadem ſentẽtia,quod qui nefandum non conſumauit, quamuis ad actus proximos peruenerit, non ſit pœna ordinaria puniendus, ſed tantum extra ordinem iudicis arbitrio.Honded.conſ.98. num. 27.lib.1.Peguer deciſ 75.Anton.de Ball. lib. 3 caſu 15 nu.14.D.Garſ. Maſtrill. ad indult. gen.cap 31 num.15 pro quibus adduci ſolet tex in l.1. in fin. ff.de extra.crim.ibi [*perfecto flagitio punitur capite : imperfecto , in inſulam deportatur*] verum contrariam ſententiam veriorem, ac ſanctiorẽ dicit Gail. de pac.publ.lib 1.c.14.nu.26.quæ apud Hiſpanos expreſſim probatur ex l.3. tit.21. cap.8. recop.cuius legis verba recenſet Ceuall.cõmem.cont.comm.q.540 nu.1.

SINGVLARE CCXXXII.

IN eodem Prag. Regni rubr.de accuſ. neſan.nota ſingulariter quod ſocius criminis nefandi ſi ſit patiens, non facit ſufficiẽs inditium ad torturam, Riminald. Iun.conc. 390.num 9.& 10. vol.3.

Annot ad Singul. CCXXXII.

Adde Hippolit.conſ.28. num.16. Gramm. deciſ.28. num.14. & deciſ.40. num.16. Honded. conſ.98 num.15. lib. 1. Quod tamen intelligendum eſt, niſi adſint alia adminicula, vt poſt alios declarat Farinac. quæſt 43. num.99. quem refert, ac ſequitur idem Intrigl. ſingular. 176. num. 109. lib. 2. Peguer. deciſ.76.

SINGVLARE CCXXXIII.

IN Pragmatica Regni 3 de pœna clericorum, & laicorum receptation Bann tit. 48. incip. la moltiplicatione, §. fin. tom 1.
1 diſponitur quod aſſocians * bannitum, vel forjudicatum per decem dies tantum, vel minus, punitur arbitrio iudicantis,nota ſin
2 gulariter quod * iudex non debet arbitrari in dicto caſu minorem pœnam perpetuæ deportationis, quæ contra receptantem ſtatuitur in princ eiuſdem Pragmat.ſecundum Ramondett. hic argu. eorum quæ notat Iul. Clar.in §.fin.quæſt.8. verſ.præterea ſi ſtatutum, & Auguſt.ad Angel. de maleſit. in ver.
3 & ibi caput num. 47. vbi * index, cui conceſſum eſt arbitrium à ſtatuto in pœnalibus, tenetur imponere pœnam ſimilem expreſſæ ab eodem ſtatuto, vel alio non correcto.

Annot. ad Singul. CCXXXIII.

Adde, generaliter a iudice in arbitrarijs procedendum de ſimilibus ad ſimilia, vt late explicat Menoch. lib.1.de arbitr.iudic. quæſt.14.

SINGVLARE CCXXXIII.

IN eadem Pragm. Regni 3.tit.48.tom.1.§. fin.in tex.ibi al arbitrio del indicante, nota ſingulariter quod non poterit iudex
1 * procedere in arbitrarijs ex arrupto, & diſpenſatiuo modo, ſecundum Franc. Prouinz. in addit.ad Bertach in ver. tortura. Quod etiam confirmatur, quia quando pœna à ſtatuto, vel lege arbitrio iudicis remittitur,
2 poterit * iudex ex qualitatibus, & circumſtantijs delicti & delinquentis arbitrari pœnam etiam ſuprà relegationem vſq; ad mortem Iul Clar in § fin.q 83.verſ.ſed quæro in fine, vbi teſtatur commun. opinionem, Riminal.iun.conc.245.nu.6.vol.3. & conc.328, num.16.vol.3.Menoc.lib.1 de arb iud.quæſt.
3 86 nu.1.4. & 20. * & tortura irrogatur in criminibus vbi veniret imponenda pœna ſupra relegationem, Cum.ſuper Rit.46. num.52. & in c.72.num.15. vbi nihil allegat quod pro ſit in Regno noſtro Siciliæ. Carcer.in pract. ſeb num.179 fol.27.Hramm.conc.15. num.4. Foller.in pract.crim.rub. Fragm. pars num.
4 215.& in ver.rei induriati nu.12.at * qualitates, circumſtantiæ requiſitæ ad pœnam ſupra relegationem, in arbitrarijs patere non poſſunt iudicanti, niſi dato termino ipſi reõ ad reprobandum. Iacob.Menoch. concluſ.2. num.469.vol.1.& concl.23.nu.18.vol.1. Couar.lib.1.reſol.cap.1.ſub nu.5.Roman.concl. 156 nu.3. vbi Mandoſ. cum concor. quæ cumulauimus in 1.lib.ſuper Bulla quæſt.57.nu. 5.fo. 263.ideo in criminibus in quibus veniret imponenda pœna arbitraria inferri non

debet

Digitized by Google

5 debet tortura * quæ morti æquiperatur, Iodo. Damhond. in enchiri. in verbo mors, & tortura, nam poſſet reus oſtendere ex ſuis defenſionibus prætenſum delictum non habere tales qualitates, & circumſtantias ad imponendam pœnam ſupra relegationem, & conſequenter iniuſtè torqueretur, quod vnuſquiſque iudicans abſurdiſsimum putarem, hæcque ſententia frequentiori iudicantium calculo vbique eſt recepta, præſertim
6 in Magna Regia Curia, * quæ caput eſt omniū aliarū curiarum, eſt tex in proem. Ritus vbi Cum. num. 16. Andr. de Iſern. in conſtit. ſi quis impoſterum rub. de defenſis impoſit. & contempt. & de pæna contem. ipſas in gl. ſuper verbo nouaras circa prin. facit optimè §. fin. in fine inſtit. de ſatiſdation.

Annot. ad Singul. CCXXXIV.

Num. 3.] Adde Peguer. deciſ. 16. nu. 2.

SINGVLARE CCXXXV.

IN eadem Prag. §. fin in text ibi accompagnano ſcienter, nota ſingulariter quod etiam ſi ſtatutum non dixiſſet ſcienter ſic deberet interpretari, vt demum puniatur aſſocians bannitum, vel foriudicatum ſi ſciuerit eum eſſe bannitum, vel foriudicatum. Gand. de maleficii. tit. de furib. & latron. num. 14. Aualle conc. 45. nu. 16. vol. 1. gloſ. 1. in fine l. 1. ff. de receprator. vbi Bar. & add. fin. ad eū Roma. conc. 473. in princ.

Annot. ad Singul. CCXXXV.

Adde Gomeſ. lib. 3. var. reſol. cap. 3. nu. 50. Carrer. in pract. §. homicidium num. 32 Plot. de in lit. iuran. §. 52. num. 14. Menochius de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 348. num. 15. Bertazz. conſ. 176. num. 62. & conſ. 100. num. 34 Fab. de Monteleon. in ſua prax. arbitr. par. 4. nu. 907. Peguer. deciſ. 36. num. 8. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 10 num. 6. Et quomodo probetur ſcientia, vide late Fab. de Monteleon. d. par. 4. num. 608. Anton. de Ball. lib. 5. fol. 330. num. 20. Et an præſumpta ſcientia ſufficiat ad imponendam pœnam corporalem, vide Bal. in l. 1. C. de his qui latron. Boſſ. tit. de rapin. num. 30 Bernazz. conſ. 125. in princ. conſ. 126. num. 5. conſ. 439. num. 8. Cardin Tuſc. concl. 17. bannitorum receptator num. 8. & 9. tom. 1. Baiard. ad Clar. quæſt. 90. num. 44. Surd. deciſ. 342. num 14. lib. 2.

Item adde quod ſi ſtatutum non generaliter prohibeat receptari omnes bannitos, ſeu quoſdam excipiat, ſufficit, quod fuerit probata ſimplex ſcientia banni in genere, nam vna ſemel, quod quis ſciebat aliquem bannitum tenebatur etiam inueſtigare qualitatē bāni, an eſſet de prohibitis receptaris & paria ſunt ſcire, vel ſcire debere. Bart. in l. omnes nu. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Nell. de bann. 3. p. 2. temp. nu. 20. Baiar. ad Clar. d. q. 90. nu. 43. licet ego non putem hoc caſu eſſe imponendam pœnam ordinariam, ſed mitiorem. Nam, cum hic, qui banni qualitatē non inueſtigauit, non puniatur ex dolo, ſed ex lata culpa, quia non fecit, quod alius feciſſet mitius videtur cum eo agendū, leuius enim puniri debet, qui ex lata culpa delinquit, quam, qui ex dolo. Marant. de ord. iudic. p. 4. iudicij tela aggredietur, num. 76. vbi dicit neminem in hoc diſcrepare, Tiraq. de pæn. temp. cau. 14. nu. 1. Menoc. lib. 2. de arb. iudic. caſ. 324 num. 11. late Farinac. quæſt. 87. num. 71. & ſecundum hoc ſubſtineri poſſet opinio Plot. dicto §. 52. num. 14. vbi voluit eſſe etiam probandam ſcientiam qualitatis banni, vt quis poſſit tanquam receptator puniri, quam opinionem ſequitur Bertazz. d. conſ. 125. num. 6.

SINGVLARE CCXXXVI.

IN Prag. Regni 4. tit. 41. de arm. prohibit. tom 1. diſponitur quod inijciens baleſtra
1 tam * ſcopettatam, vel archibuſaram in alium animo damnificandi, quamuis homicidium, nec vulnus ſequatur, punitur pæna mortis naturalis, nota ſingulariter quod in illis verbis dictæ Pragm. tirerà con ſco-
2 perta, ò archibuſo, quod * tunc demum habet locum pæna dictæ Pragmaticæ ſi ſcopettata, vel archibuſata fuerit cōſumata quod erit ſi palla eieciſſet, & Tonus ſolitus inde audiretur, ſecus ſi non fuiſſet conſumata, vt quia dumtaxat puluis mortarelli ignem emi-
3 ſiſſet, quia ſi * ſtatutum puniat conatum, 1
(vt illud) niſi deuentum fuerit ad actum proximum, & immediatum ipſi maleficio non habebit locum pœna ipſius ſtatuti, Iul. Clar. in §. fin. q. 92. verſ. ſcias tamen circa finem. Roman. concil. 427. nu. 5. Bald. in l. data opera nu. 77. in fin. c. qui accuſ. non poſſ. Affl. deciſ. 276. ſub num. 3. Iacob. Menoch. lib. 2. de arb. iud. cent. 4. caſu 306. num. 117. Bal. concil. 356. lib. 1. ſolet tamen Magna Curia exequi pænam dicti ſtatuti * contra delinquentes in loco in quo ipſa reſidet, alibi verò delinquentes punit ad perpetuos triremes, vel ad aliquod caſtrum ſecundum conditiones perſonarum, vt audiui à quodam magno practico.

Annot. ad Singul. CCXXXVI.

Adde Cart. Iun. de feud. p. 5 nu 10. Rolan. conſ. 78. num. 6. vol. 4. late Farinac. quæſt. 25. num. 76. Scac. de iudic. lib. 2 cap. 9. nu. 1627.

SINGVLARE CCXXXVII.

IN Pragma. 3. tit. 48. de pæn. cler. & laicorum receptat. bannitos. tom. 1. diſponi-
1 tur quod * Marchio, Comes, & quilibet alius feudatarius ſcienter receptans bannitos, vel forindicatos eo ipſo ammittat ſtatum, & feudū cuiuſcunque conditionis, & na

Digitized by Google

turæ exiſtat, nota ſingulariter quod ſi fuerit
2 * feudum antiquum, ſeu ſimpliciter, & abſolutè ex pacto, & prouidentia receptum puta pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & liberis propter dictum delictum, quod directò non concernit perſonam domini, aperietur filijs, & agnatis non autem ipſi domino, Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 66. verſ. ſi verò eſt antiquũ, & in verſic. ſed quæro in fine, & quod dixi
3 quod aperietur agnatis * intelligo mortuo Barone peccante in dictum ſtatutum, non antea Rim. iun. conc. 243. nu. 68. vol. 3.

Annot. ad Singul. CCXXXVII.

Adde Curt. iun. de feud. p. 5. num. 10 Rolan conſ. 78. num. 6. vol. 4. late Farin. q. 25. nu. 76. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 1627.

SINGVLARE CCXXXVIII.

IN eadem Pragm. 3. tit. 48. de pœna cler. & laicor. recept. bann. nota ſingulariter, quod iſtud ſtatutum loquens per maſculinum, tamen non ex propria ſignificatione, ſaltim ex extenſiua interpetratione comprehendere, etiam fœminam receptantem bannitum. Riminald. Iun. concl. 499. num. 71. & 73. lib. 5. l. ſi quis, ff. de verb. ſignif. l. penult. in fine, C. de præpoſ. ſacr. cub. lib. xij. Blanc. de comprom. q. 3. nu. 36. Alex. conc. 125. num. 9. vol. 7. Soc. Iun. conc. 30. nu. 44. vol. 1. Gab. lib. 6. concl. tit. de verb. ſignif. concl. 61. num. 26.

SINGVLARE CCXXXIX.

IN ead. Pragm. 3. tit. 48. tom. 1. diſponitur,
1 quod receptans * non ſcienter, ſed interpetratiuè cuiuſcumque conditionis, & dignitatis exiſtat bannitum, vel foriudicatum, ſit in pœna perpetuæ, & irremiſsibilis deportationis, vel florenorum ex millia ſingulari-
2 ter nota quia dictum * ſtatutum imponens pœnas alternatiuas dirigit verba ad reum, dum dicit, & quello che interpetratiuamente hauerà receptato, ſia in pena, &c. electio eſt rei, quam pœnam velit Clarus in §. final. quæſt. 85. ſub verſic. ſolet etiam ibi ſecundus eſt caſus, vbi teſtatur communem opinionem quem refert, & ſequitur Iacob. Menochius lib. 1. de arbitr. iud. quæſt. 94. num. 4. &
3 dato * quod eſſent verba dicti ſtatuti imperſonaliter prolata, ideſt quia neque ad iudicem, neque ad reum fuerint directa, cum altera pœna ſit corporalis, & altera pecuniaria, electio etiam erit ipſius rei, Iul. clar. in §. fin. quæſt. 85. verſ. ſolet etiam ante finem, Iacob. Menoch. lib. 2. de arbetr. iud. quæſt. 92. num. 9. in fine.

SINGVLARE CCXL.

IN eadem Prag. 3. tit. 48. tom. 1. ibi, ò altri di qualunque qualità, &c. Singulariter, nota quod hoſpes receptans bannitum tranſeuntem, ei quędam bibere, & comedere, non punitur, Afflict. in conſtitut. Paternoſtr. tit. de Pater. rub. 2. & ſub nu. 4. verſ. ſeptimo fallit. Bart. in l. omnes ſub nu. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. vbi *Alex.* in add. Foller. in pract. crim. 1. par. 2. par. rubrica bannjatur, nu. 15. Iac. Menoch quamuis aliquantulum dubius, lib. 2. de arb. iud. cent. 4. caſu 348. num. 17. Riminald. in add. ad Salic. in l. 1. c. de his qui latron. occult.

Annot. ad Singul. CCVL.

Intellige hoc verum, quando hoſpes neſciebat illũ eſſe bannitum, vt ſentiunt Bart. in l. omnes, num. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Boſſ. tit. de rapin. num. 34. Menoch de arb. iudic. caſ. 348. num. 17. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 10. nu. 35. verſ. & obſeru. Baiard. ad Clar. quæſt 90. num. 48. alias enim, vt conſiderat Boſſ. maximum eſſet cauponum priuilegiũ, vt poſſint bannitos receptare.

SINGVLARE CCXLI.

IN ead. Pragm. 3. tit. 48. tom. 1. nota ſingulariter quod receptans bannitum publicè conuerſantem per ciuitatem, & tolleratum,
1 * per officiales non debet puniri, Ioſeph Ludo. deciſ. Peruſian. 31. par. 1. num. 11. Ang. in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. Petr. a *Duena* reg. 68. in verb. bannitus num. 4. Foller. in pract. crim. 1. part. 2. par. rubr. banniantur num. 14. Iac. Menoch. lib. 1. de arb. iud. quæſt. 90. nu. 56 Simon. de Prær. conc. 81 num. 3. 4. 5. Alexan. conc. 1 col. fin. verſ. per hoc dicit, & conc. 107 col. fin. verſ. accedat etiam quod not. vol. 2. Saly. in l. nullus in prin. c. de iudeis, Marſill. in pract. crim. §. aggredior, num. 28. Iaſ. in l. vbi pactum, nu. 17 c. de tranſact. Ioſeph. Maſcar.
2 vol. 1. de probat. concl. 162. num. 31. * & multò minus impunè offendi poterit talis bannitus per allegatas doctrinas.

Annot. ad Singul. CCXLI.

Num. 1.] Adde Bertazz. conſ. 440. Baiar. ad Clar. q. 90. num. 50. Card. Tuſc. concl. 17. bãnitorum receptator nu. 14. tom. 1. & concluſ. 47. receptator num. 5. tom. 6.

Num. 2.] Vide late Farinac. quæſt. 103. num. 289. & ſeqq.

SINGVLARE CCXLII.

IN ead. Pragm. 3. tit. 48 tom. 1. ibi perda eo ipſo el ſtato, &c. nota ſingulariter quod
1 quamuis * ſtatutum imponat pœnam ipſo iure, vel ipſo facto nihilominus pro eius exequutione requiritur declaratoria ſententia Marſill. in rubr. c. ad l. Corn. de falſis num. 34. & ſub num. 53. Alex. conc. 124. col. 1. verſ. & dicit ibi vol. 1. Roman. conc. 211. ſub num. 4. verſ. ſecundo moueor. Ruin. conc. 85. ſub nu. 6. vol. 4. Alex. conc. 163 col. penult. verſ. & regulariter vol. 1. eſt tex. in c. cũ ſecundũ, verſ.

ipſo

ipſo iure iur. in fine de hæret. lib. 6. vbi Doct.
magis communiter. Gab. lib. 7. concl. tit. de
maleſit. concl. 12. nu. 1. & in eod. titul. concl.
31. nu. 4. & num. 5. in fine, vbi teſtatur magis
communem opinionem. Pet. Beninte. deciſ.
37. nu. 11. Ioan. de Am. conc. 42. num. 27. vbi
teſtatur communem opinionem. Iacob. Me-
nocch. conc. 104. nu. 49. vol. 1. & conc. 132. nu.
18. vol. 2. & conc. 263. nu. 5. vol. 3. Rimin. Iun.
conc. 234. nu. 184. vol. 3. Iac. Menocc. lib. 2. de
arb. iud. cent. 3. caſu. 220. nu. 7. & in tract. de
2 recup poſſeſſio. remed. 1. num. 303. & ad * va-
liditatem ipſius declaratoriæ neceſſaria eſt
citatio. Abb. conc. 68. num. 4. vol. 2. gl. in ver.
conſtiterit clem. 2 de pæn. glo. in ver. conſti-
terit clem. præſenti de cenſib. eſt communis
opinio quam teſtatur Gabr. in dicta concl.
ſub num. 1. verſ. amplia. Socc. conc. 12. num. 9.
vol. 1. Riminal Iun. conc. 234. num. 189.

Annot. ad Singul. CCXLII.

Num. 1.] Adde tex. in l. eius qui delato-
rem ff. de iur. fiſc. Bald. Alex. Iaſon. & alios
in l. ſi quis maior C. de tranſ. Felin. in c. Ro-
dulphus nu. 35. de reſcrip. Dec. in auth. caſſa
& irrita num. 14. C. de ſacroſan. eccl. Hippol.
conſ. 10 nu. 23. Tiraquell. qui infinitos addu-
cit in l. ſi vnquam in verb. reuertatur num.
400. C. de reuoc donat. Gramm. deciſ. 15. nu.
8. & deciſ. 105. nu. 60. Gail. lib. 2. de pac. publ.
c. 3. nu. 3. Mynſ. ſing. obſeru. cent. 2. obſeru.
43. & cent. 6. obſer. 77. Vulp. de aduer. ſign. in
ver. ipſo iure Farin. q. 19. numer. 48. Ceuall.
comm. cont. comm. q. 113. Maſtrill. ad indul.
gener. cap. 22 nu. 13. & cap. 23. num. 25.

SINGVLARE CCXLIII.

IN ead. Prag. 3. tit. 48. Tomo 1. ibi il ſtato,
1 nota ſingulariter quod * pœna dicti ſtatu
ti non debet mitti exequutioni contra hæ-
redem ipſius receptatoris, niſi ante eius
mortem fuiſſet concluſum in cauſa. Iul.
Clar. in §. ſi q. 51. verſ. ſcias etiam poſt prin.
2 Alban. conc. 90. quia * paria ſunt quo ad cō-
fiſcationem bonorum ſententiam eſſe latā,
vel concluſam eſſe in cauſa. Bald. in l. 1. ſub
nu. 3. verſ. plus videtur dicendo c. ex delic. de
funct. in quantum, & quib hæred. conuen. vbi
etiam add. ad eum ſub littera B. Marſil. in
pract. in §. ſequens n. 23. Tiraq. de ll. connub.
gl. 2. num. 6. Dec. in l. edita nu. 33. c. de eden.

Annot. ad Singul. CCXLIII.

An & quando pœna pecuniaria ab hære-
dibus delinquentis exigi poſsit vide late
Farin. q. 10. nu. 52.

SINGVLARE CCXLIV.

IN ead. Prag. 3. titul. 48. Tomo 1. ibi & quello che interpetratiuamente, nota ſingulariter quod præſumitur interpetratiua ſcientia ex eo quod bannum fuerit deſcriptum in actis Curiæ, vbi deſcribi ibi banna conſueuerunt, vel quia erat in loco vbi receptatur, publica fama de banno, vel quia receptans erat vicinus, amicus vel conſanguineus, vel quia occultè receptabatur ſecundum communiter noſtrates hic, & Hyppo. in rub. de probat. ſub nu. 214. l. octaui ff. vndè cogna. l. ſi vicinis c. de nupt. Bart. in l. 1. §. in Pari in fine ff. de recept. Alex. conc. 115. col. vlt. in princ. vol. 4. Bal. in l. noſtram nu. 8. in fine c. de teſta.

Annot. ad Singul. CCXLIV.

Vide Nell. de bannit. 3. p. 2. temp. num. 20. Iaſ. in l. ſi per errorem num. 12. ff. de iuriſd. omn. iudic. Arnon ſing. 9. Gramm. deciſ. 36. nu. 15. Carrer. in pract. §. homicidium nu. 29. Gomeſ. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 50. in fin. Boſſ. tit. de rapin. num. 29. & 30. Fab. de Monteleon. prax. arb. p. 4. num. 907. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 10. nu. 9. Peguer deciſ. 36. num. 9.

SINGVLARE CCXLV.

IN ead. Prag. 3. tit. 48. Tomo 1. nota ſingu-
1 lariter quod * pœna dicti ſtatuti non ha-
bet locum contra receptantem fœminam
bannitam, in qua non cadit hoſtilitas Grau.
conc. 6. ſub num. 77. vol. 1. Dec. in l. fœminæ
nu. 83. ff. de reg. iur. Plot. in tract. de in lit. iur.
§. 51. num. 19. Ang. conc. 67. nu. 1. quod tamen
2 * nos pro nunc cogitandum relinquimus.

SINGVLARE CCXLVI.

IN Prag. 1. tit. duodecimo de ſentent. ban-
ni & foriudicat. §. 1. Tomo 1. diſponitur
1 quod * foriudicatus etiam alias impeditus
infra quadrimeſtre à die latæ ſententiæ po
terit allegare nullitatem foriudicationis
dumtaxat ex defectu citationis non legiti-
mæ, & nō alia cauſa, poſteà verò in nihilum
auditur nota ſingulariter quod non obſtan-
2 te illo ſtatuto, * poterit foriudicatus alle-
gatæ nullitatem ex cauſa quod non fuerit
ſeruata forma alterius ſtatuti in ſententia
foriudicationis Cum. in cap. Ritus 16. nu. 51
Marſil. in pract. §. vltima q nu. 7. & conc. 16.
num. 9. & 10. Aneh. conc. 73. num. 4 Barbat.
in c. 1. extrà de reſcrip. Bal. in cap. à nobis in
fine extrà de except. Rimin. Iun. concil. 19. in
fine vol. 1. diximus in 1. lib. ſuper Bulla q. 20.
in fine fol. 87.

Annot. ad Singul. CCXLVI.

Idem poſt Intrigl. hic voluit Ant. de Ball. lib. 5. in annot. ad eand. pragm. numero 5. fol. 216.

SINGVLARE CCXLVII.

IN Prag. Regni 3. tit. 48. de pœna clericorum, & laicorum recept. bannitos, Tomo 1. in tex. ibi recepterà, & ibi hauerà receptato, nota ſingulariter quod vxor receptans mari-

maritum ſuum bannitum non tenetur pœna dicti ſtatuti. Ang. de maleſit. in ver. dicto maleſitio ſemper nu. 25. Spec. tit. de dote poſt diuort. teſt §. formatis col. 5. verſic. quid ſi vir eſt in banno. Afflict. in conſt. patres pro filijs ſub nu. 10. rubr. 55. libr. 1. & in conſtitu. Pateranorum ſub nu. 7. lib. 1. rub. 2. Alex. in add. ad Bar. in l. fin. ff. ee receptator. Cœpolla conc. 48. nu. 12. in ciuilibus Infern. in conſt. pœna carere. colum. 2. verſ. non ergo rub. de vxor. foriud. & paren.

Annot. ad ſingul. CCXLVII.

Adde Nell. de ban. 3. p. 2. temp. nu. 22. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib 3 tit. de pœn. quas filij incur. q 20. Crauett. conſ. 309. nu. 2. Gail. qui de comm. teſtatur, de pac. publ. lib. 2. c. 10. num. 18 Menoc. lib. 2. de arb. ind. caſ. 348. nu. 10. qui tamen hoc verum intelligit quoad pœnam ordinariam, vt vxor quæ virum bannitum receptanit non ſit ordinaria pœnā punienda, ſed alia mitiori, quod voluit etiam Bar. ad Clar. q. 98. nu. 51. Et idem eſt in alijs affinibus, vel conſanguineis: nam ſi affinem, vel conſanguineum bannitum receptent, mitius puniuntur l 2. ff. de recept. late Tiraq. de pœn. leg. temp. cauſ. 20. Quo exemplo idem in eo, qui bannitum valde amicum receptaſſet ex multis affirmat Hipp. in l. 1. nu. 206. C de rapt. virg. & latius Tiraquel. d. tract. de pœn. leg. caut. 22. *V*erum contrariū probat Salic. in l. nullus C. de malef. & math. Affl. in conſt. regni Pacterenorum nu. 11. Foller. in pract. crim. in uer. banniantur. nu. 16. Gail. d. c. 10. nu. 30. quibus nouiſsime accedit D. Vitus Sicomus I. C. acutiſſimus & Trib. M. R. C. huius Regni F. P. & Regius conſiliarius meritiſſimus in quibuſdam alleg. pro fiſco num. 77. Sunt enim malorum hominum amicitiæ, quamuis ueteres repellendæ, ut inquit Imp. in d. l. nullus. &, licet maximum ſit amicitiæ uinculum, non tamen illorum cauſa faciendum eſt quod honeſtum non ſit, ut not. Abb. in c. repellantur nu. 3. de accuſ. ubi ex *V*al. Max. refert illud Publ. Rutilij, qui amico cuidam ſibi dicenti, quid mihi prodeſt amicitia tua. ſi quæ rogo non facis, reſpondit: Immo quid mihi tua, ſi propter te aliquid in honeſte facturus ſum. Hinc præclare Cicer. de amicit. *hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. turpis enim excuſatio eſt, & minime accipienda cum in cæteris peccatis, tum ſi quis contra Remp. ſe amici cauſa feciſſe fateatur.* & paulo poſt. *Quare talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius ſupplicio omni vindicanda.*

SINGVLARE CCXLVIII.

IN ead. Prag Regni 3. tit. 48. Tomo 1. nota ſingulariter quod receptans bannitum ob uiolentiam illatam ipſi receptanti excuſatur à pœna dicti ſtatuti. Ang. de maleſit. in uer. dicto maleſitio ſemper ſub nu. 25 Bal. in l in delictis ff. de Noxal. actio. Socc. conc. 262. num. 15. uol. 2. Roma. in l 1. §. ſed in eo ff. ad Silleanum Alex. in additio ad Bar. in l. fi. ff. de recept. Cum. in pract. Sind. cap. 8. nu. 42. Marſil. conc. 25. nu. 34 Foller. in pract. crim. 1. par. 2. par in uer. Banniantur nu. 18. Ioan. Amo. *D*ialo. 45. Marſi. in leg. 1. §. item Diuus nu. 12 ff. de Sicarijs Iacob. Menocch. lib. 2. de arbit. iud cent. 4. caſu 348. num. 16. Crauetta conc. 309. nume. 5. Analle conc. 45. nume. 70. lib. 1.

Annot. ad Singul. CCXLVIII.

Adde Hippol. in l. 1. nume. 204. C. de rapt. uirg. *A*ffl. in conſt. regn *P*acterenorum nu. 8. Gail. de pac. pub. lib. 2. c. 10. nu. 33. Bonacoſ. com opin. crim. in uerſ. ſtatutum de receptatore.

SINGVLARE CCXLIX.

IN Prag. Regis Alph. de cenſib ibi non audiatur, nota ſingulariter quod ſi ſtatutum reiciat exceptiones aduerſus exequutionē inſtrumenti interpetratur ſi aduerſarius diſſentiat, & expreſſe contradicat, ſecus ſi patiatur exceptiones opponi. *A*lex. conc. 77. col. fin. uerſ. denique uol. 2 Marſi. in l. ſi quis ne quæſt. nu. 110. ff. de quæſt. Cœpolla caut. 253. nu. 1. facit quod no. Ant. Gab. lib. 1. cōcl. titul. de teſtib concl. 1. nu. 9. Iaſ. in l. admonendi nu. 98. ff de iureiuran. Viuius lib. 1. com. opin. uer. teſtis eſſe non poteſt aduocatus in fine auth. generaliter in uer. utriuſque conſenſu ubi Bal. c. de epiſc. & cler. Iac. Menocc. de recup. poſſeſs. remed. 1. nu. 164.

Annot. ad Singul. CCXLIX.

Vide Milan. deciſ. 13. nu. 112. & 113. lib. 2. Graſſ. de except. in prælud num. 258.

SINGVLARE CCL.

IN ead. Prag. de cenſib. nota ſingulariter quod annualitates ſeu cenſualia futura habent priuilegium anterioritatis à tempore celebrati contractus ita ut in eis creditor præferatur omnibus alijs creditoribus Bullaribus ementibus cenſum antequam cenſualia prædicta deberi inciperent, poſt tamen primi contractus celebrationem eſt text. apertus in l. Lucius titius ff. qui potiores in pigno. ab. Neguſ de pigno. in 5. par. 2. memb. nu 9 Socci. conc. 41. uol. 4.

Annot. ad Singul. CCL.

Adde eund. Intrigl. ſingul. 28. lib. 2.

SINGVLARE CCLI.

IN eadem Prag.de cenſib. in tex. ibi præter quam realis ſolutionis,& in text. ibi conſtiterit authenricis documentis, nota
1 ſingulariter quod admittitur * ſolutio cenſualium,quæ oritur ex præſumptione l.quicumque C.de apoch.pub.lib.10.etiam quod non fuerit annalis,ſed diſtributa per quodlibet quadrimeſtre,vel huiuſmodi, vt proba ta ſolutione ſeparatim omnium teritorium vnius anni præſumatur quis retrò ſoluiſſe. Iaſ.in l.diuortio §.quod in anno nume. 5.in fine ff.ſol.mat.quem ſequuntur magis com-
2 muniter ſcrib.hic.opinione reietta * volentium quod vt inducatur præſumptio d. l. quicunque neceſſe ſit vt ſolutiones ſint annales quos ſequutus fuit, *Alex.* conc. 106. col.2.verſ.contra iſtud principale fundamétum,& verſ.ſeq.vol.3.quem refert Ant Gab.
3 lib.1.conc.rit.de præſumpt.concl.11.nu.24.* qui perperam more ſuo non poteſt perpendi cui magis adhæreat opinioni.

Annot. ad Singul. CCLI.

*Num.*1.] Eandem opinionem,vt aduerſus Pragm. de cenſibus reijcientem omnes exceptiones præter realem ſolutionem admittatur exceptio ſolutionis præſumptæ ex l.quicunque C.de apoch.publ.lib. 10. ſubſtinet idem Intrigl.ſuper Bull.q.5.n.47. & cõſ. 25.nu.44 *Verum* contra riam probant Petr. de Greg ſuper Bull.q.9.nu 8.& ibid.*D.*Garſ. Maſtrill.in addit.num.26.Ramond. & Feder. Campiæ.quos refert Milan.deciſ.13.nu.115 lib.2.quam opinionem magis comm. dicit Graſſ.de except.excep.25. nu. 19. quamuis fateatur contrariam æquiorem.

Et ad id quod dicta l. quicumque procedat, etiam ſi ſolutiones ſint diſtributæ per ſingula quadrimeſtria,vt probata ſolutione trium quadrimeſtrium, præſumatur ſolutũ pro præterito tempore adde Bald.in d.l.quicunque nu 6.Padill.in l.2.num.13.C.de fideicom.Menoch.de præſump.lib. 3. præſ. 139. nu 13.Caroc.de locat.p.4.ad fin.rit. de pale. olin.glan.nu.20.fol.217.

SINGVLARE CCLII.

1 IN eadem Prag.de cenſib. nota ſingulariter quod tertius *poſſeſſor contra quẽ fuerit exequutio pro cenſualibus fundata, inuitus ex rahi non poterit de domo etiam cenſui ſubiecta, l. plerique ff. de in ius voc. Bart.in extrauag.ad reprimendum verſ. nõ obſtantibus nu.6.eſt omnium opinio receptiſſima ſcrib hic Anto.Gab.lib.7. de criminal.conc.10.num.1.quicquid renuerit Iacob. rub.hic per illam dictionem Pragm.noſtræ,
2 quomodolibet * quæ eſt vniuerſalis diſtributiua per omnem modum excogitabilem. *Socc.*conc.15.num.37.vol.1.glo.in ver. quomodolibet clem.2.de ſent.excom. Alexand. conc.95.nu.6.volum. 7. Cauale. deciſ. 5. ſub num.2.par.1.Riminald.Inn.conc. 61. nu. 12. volum. 1.

SINGVLARE, CCLIII.

IN eadem Pragm.de cenſib.ibi quæ quidem exequutio, nota ſingulariter quod exequutio cenſualium non poteſt differri aut retardari exceptione hoſtici ſeu militaris ſeruitij de qua per Conſt. Regni hoſtici exceptionem,ſecundum Iacob.rub.& magis communiter ſcrib.hic.

Annot. ad Singul. CCLIII.

Adde Petr.Greg.ſuper Bull.q.6.nume.77. Graſſ.de excep.excep.3.nu. 19. vbi plura de hac exceptione hoſtici.

SINGVLARE, CCLIIII.

IN eadem Pragm.de cenſib.in tex.ibi quorumcunque ſingularium detentorum, nota ſingulariter quod ſi fuerit probata poſſeſſio de præterito in perſonam alicuius bonorum ſpecialiter ſubiugatorum,infra menſem non præſumitur mutatio poſſeſſionis etiam quo ad eius incommodum, & vt contra eum iure optimo procedat cenſualium exequutio.Paul.de Caſtro in l. ſiue poſſidetis ſub nu.9.c.de probat. quo iure maxime hoc in foro vtimur.

Annot. ad Singul. CCLIIII.

Vide *R*ip.in c.cum eccleſia n.28. de cauſ. poſſ.& propr.Couar.in cap.Raynutius §. 11. nu. 2.de teſtam.

SINGVLARE CCLV.

ſua portionis contingentis filio,vel filijs iu-
re ſucceſsionis maternæ, nihilominus non
tenetur præſtare fideiuſſionem. nec facere
inuentarium, nec alia quæ ab vſufructuari-
js extraneis à legibus exiguntur. Cuman.
concl. 88. columm. 2. etiam texr. in l. fin. §.
hoc procul dubio c.de ben.quælib. Arius Pi-
nel.in 2.part.l.1 c.de bon.matern.num.20.&
21 vbi teſtatur communem opinionem. co-
2 gitur tamen * pater deſcriptionem bono-
rum per tabellionem pati fieri, vt proba-
tio promptior ex publico inſtrumento ha-
beatur eo mortuo, quamuis ad confectio-
nem inuentarij, non teneatur, Cuma. dicto
concluſ.88.col.2 verſ. & pro hoc in fine add.
ad Bart. ſub littera c. in l. 1. c. de prohibit.
ſeq.pecun.poſt princip. & ita intelligo Ariũ
Pinell.in d.l.1.part.2.num. 3. c.[illegible] n.mat.
3 & facit optimè quod * prohibita ſequeſtra-
tione non cenſetur prohibita deſcriptio
per tabellionem in modum inuentarij fien-
da, ne res perdantur,vel ſubtrahuntur.Bar.
in l.defenſionis facultas num.4. in fin., c. de
iure fiſci lib.10. & in l. fin.in princ. ff. de re
quir.reis,& in l.1.c.de prohib. ſeq pecun &
in l. 1. c. §. penult.num.1.ff.de ventre in poſſ.
mitt.

mitt.& in l. imperatores, §. fin. num.2. ff.de
appell.& in l.poſt contractum, ſub num. 19.
ff.de donat.eſt tex.in l. cum domini horreo-
rum, ibi,& ea quæ ibi ſunt deſcribere, ff. de
locat. Bald. in dicta l.1.nu.6. cap. de prohib.
ſeq.pe.

Annot. ad Singul. CCCXVII.

Num 1.] Adde ad hoc, quod pater legi-
timus adminiſtrator bonorum filij non te-
neatur facere inuentarium, Boer. deciſ.61.
nu.5.Myſing.ſiag.obſer.cent.2.obſer.93. vbi
referr ita ſeruari in camera Imperiali, Ro-
land. qui hanc opinionem dicit magis com-
mun.& veriorem de confect.inuent.p 2.q.26
Paul.Mont.de tutel.c.32 reg.5, nu.88. qui ēt
teſtatur de magis com. Quamuis contrariũ
affirmet Caualc.de vſufr.mulier.relict.num.
155.poſt Pinell.in l.1.par.2.nu.23. c.de bon.
matern. quem perperam pro ſe allegat In-
trigliol.

SINGVLARE CCCXVIII.

IN conſuet. ccc. filius familias in tex. ibi
eo ipſo emancipatus,& tex, ibi idem in
filia deſponſata, rubr quo caſu filijs efficiantur
tur ſui iuris, nota ſingulariter ſi filius fami-
1 lias maior 18.annorum * vxorem duxerit,
& per conſequens emancipatus, ſuique iu-
ris effectus fuerit, hac conſuetudine, ſi vx-
xor eius præmoriatur non reincidit in pa-
2 triam poteſtatem, idemque * ſeruandum in
filia nupta mortuo viro, vt ſui iuris rema-
neat, nec in ſacris paternis amplius conſti-
tuta dicatur, Afflict.in conſt.proſequentes,
nu.12.rubr.de pugn.ſubl 31.Tiraq.de ll.con-
nub.gloſſ.3 nu.1.& 2.Maſuer.tit..de dote, &
matr.§.item de cõſuet. Boer.deciſ.197 loqui
liberatus.& l.ſi pater filium.ff.de adopt.Ma
rant.in ſpec.par.4.diſt.18 nu.4.fol.125. quic-
3 quid dixerit * Caſſan.in conſ.Burgu. tit.des
droictz.& appar.agens Mariez rub.4.§.1.in
tex.en puiſſance de ſon Mari nu.22.

Annot. ad Singul. CCCXVIII.

Num.3.] Adde quod contrariam opinio
nem,vt filius diſſoluto matrimonio nõ rein-
cidat in patriam poteſtatem,præter Caſſan.
tenet etiam Gramm.deciſ.54.per tot.Aſcan
clem.de patr.poteſt.c.vlt. q.vlt. Rolan conſ.
68.num.13.vol.4 Caratt.in prag. Reg.Neap.
prag.1.§.12.nu.52.de S.C.Maced. & eam cõ-
munem dicit Viu.opin.141.& poſt eum Ema
nuel Suarez.recept.ſent.lit.F. num.304.

SINGVLARE CCCXIX.

IN conſ. ccc. liceat etiam filijs, rubr. quo
caſu filij efficiantur ſui iuris, nota ſingu-
1 lariter quod filij * etiam ſub patria poteſta-
te conſtituti maiores 18. annis in vltimis
poterunt teſtari de bonis aduẽtitijs, quo ad
proprietatem tantum, non etiã quo ad vſu-
fructum in præiuditium patris, vt hæc con-
2 ſuetudo declaretur * per aliam mortua ma-
tre,rub.quando,& quam portionem eſt com
mun.interpr.ſcrib.quam hic teſt.Blaſ.Lanc.

SINGVLARE CCCXX.

IN conſ.ccc. extimatione in tex ibi credi
tori donationis nomine inſolutum tra-
dantur rubr.de vendit.rer.deb.nota ſingula-
riter quod lex.2. c.de reſc. vend. habet locũ
etiam in venditione facta ad publicum in-
cantum,Socc.de reg & fall.reg.229.fal.3.Bar
in l.1.circa medium c.de præſcrip.30. vol.4.
ann Franc.Turz.com.opin.152. vbi teſtatur
magis comm.opin.poſt Alex.conc.117.nu.8.
lib.7.Cæſar Vrſill.ad Affl.deciſ.340. in prin.
Alex.in l ſi quis cum aliter nu. 16.ff. de verb.
obligat. quẽ refert Nicol. Mozz. in tract.de
contract.tit.de empt. & vend. in vlt.col.am-
phit.nu.17. Abb.in c.cum cauſa nu.6. extra
de empt.& vend.quem refer Aur.Gab.lib.3.
tit.de empt.conc. 1.nu.60. & 61. vbi teſtatur 1
magis comm. opin. Imol. in l.pretia rerum
ſub nu.3.in princ.ff ad l.falcid Cagnol. in d.
l.2.c.de reſcind. vend. Iaſ.in l.pacta nouiſſi-
ma ſub num. 9. c. de pact. vbi teſtatur com-
munem opin Grauet. conſ.29.nu.4.vbi teſta
tur communem opinionem, à Valle concl.
59.num 34. vol.1. 2

Annot. ad Singul. CCCXX.

In materia huius ſing. vide late eund. In-
trigl.de caſ.conſc.caſ.106.nu.81.Aſin.de exe
cur.§.6.c.14. Fachin.lib.2 controu.iur. c.21.
Mutin'c.Reg.Alph.112.n 83.Burg.de Laudi.
p.2.inſp.45 nu.12.Maſtril.deciſ.33. nu.10.

SINGVLARE CCCXXI.

IN conſ.clariſs.ciuit.Catan. rub.de locat.
apoth tab &c. nota ſingulariter quod ſi
conductor intra tempus conductionis receſ
ſerit ſine cauſſa, quamuis dominus eandem
rem alteri locaſſet pro eandem, vel maiori
quantitate, & nihil eius interſit, tenebitur
nihilominus ipſe conductor ad integrũ lo-
rium, ſeu affictum, Paul. de Caſtro.in l.ſi in
lege §.ſi domus num.2 ff locat. & cond.quod
putat ſingulare, quotidianum, & ab aliquo
non tactum,Iacob.Menoch.lib.2.de arb.iud.
cent.2.caſu 137.num.2.

SINGVLARE CCCXXII.

IN ead.conſuet. domus locata in tex. ibi
pro habitatione ſua, nota ſingulariter q
ſi domus locata fuerit neceſſaria ex cauſa in
cogitata pro habitatione filiorum domini,
poterit auferri a conductore, ſicut quando
eſſet neceſſaria pro habitatione propria ip-
ſius domini, Tiraq.in l.ſi vnquam in præfat.
ſub n.7.Bal.in l.ædẽ ſub n.11.verſ.quid de pa
tre,& nu.12.poſt gl.in ver. neceſſariã,c.loca.

Annot. ad Singul. CCCXXII.

Adde Gomeſ.var.reſol.lib.2.cap.3.num.6. ad fin. Et quid. ſi domus ſit neceſſaria pro fratre locatoris, vide Bald in l. ædem nu.11. verſ.quid ſi non debet c.locat.vbi tenet non poſſe hanc ob cauſam expelli conductorem, quod voluit etiam Caroc.de locat.par.4.tit. de recuſ.quæſt.3.

SINGVLARE CCCXXIII.

IN conſ.ccc.quod vxor in text. ibi de bonis verò acquiſitis rubr.qualiter vxor poteſt teſtari in bon. dotal. nota ſingulariter quod iſtud lucrum non habebit locum in bonis feudalibus acquiſitis, Bal.in c.1.in prin. num.13.de proh.feud.alien. per Feder.

SINGVLARE CCCXXIV.

IN conſ. ccc.ſi de quantitate in textu, ibi locatoris,& patroni iuramento credatur
rubr.de conuent.oriund.inter loca. & cond.
1 nota ſingulariter quod valet * pactum, vt
ſtetur ſimplici dicto, declarationi, ſeu iu-
ramento alterius partis, circa damna inte-
reſſe, & expenſas patiendas, Iaſ.in l.admo-
nendi nu.98.ff.de iure iuran. Bar.in l.fin.ſub
nu.3.ff.de prætor.ſtipul.eſt cõmunis opinio,
quam teſtatur Cæſar.Vrſill.ad deciſ.Afl.22.
2 num. 3. quamuis ſi malè declararet * peti
poſſet reductio ex dolo præſumpto ad arbi-
trium boni viri, Bartol.in l.fin.num.3. in fi-
ne, qui in hoc communiter recipitur, ff. de
prætor.ſtipul Alex.conc.130. col.fin.verſic.
nec etiam prædictis obſtat, vol.1.vbi teſta-
tor communem opinionem add. ad Bart. in
l.fin.ſub num.3.in lit. F. ff. de prætor.ſtipul.
vbi etiam teſtatur communem opinionem,
4 quicquid dixerit * Bart. in l. fin. ſub num.3.
ff de prætor.ſtipulat.quem refert Riminald.
5 Iun.conc.304.num.5.vol.3.in * declaratione
prædicta nõ requiritur citatio partis aduer
6 ſæ, Alexan.conc.130.vol.1. declaratio * verò
virtute dictæ conuentionis non tranſit ad
hæredes damnum paſſi, add. ad Bartol in l.
fin.ſub nu.3.in littera F. ff. de prætor. ſtipul.
Tiraq.de retract.lign §.2 gloſ.2. ſub num.7.
Roman.concl 290.ſub num.5. Iaſ.in l.penul.
§.hoc iuditium,col fin.in fin. ff.ne quis eũ,l.
generaliter in princ.c.de iure iuran.Iaſ.in l.
ſi quando nu.52.c.vnde vi. Plot. de in lit.iu-
ran.§.34.nu.4.Bald.in l.in bonæ fidei ſub nu.
to. verſic. quarto inſpicitur, c. de reb.cred.
Iacob.Menoch.conc.81.num.2. volum.1. Ri-
minal.iun.conc.254.nu.36.& 37.volum.3.Ia-
cob.Menochius de arbitr. iud. lib. 2. quæſt.
69.num.3.

Annot. ad Singul. CCCXXIV.

Num. 1.] In materia an, & quando valeat pactum, quod circa damna, & expenſas ſtetur iuramento damnum paſſi, vide plene eund.Intrigliol.ſingul.102. lib.2. Surd. deciſ.259.num.7.Maſtrill. deciſ.60. Cardin. Tuſc.concluſ.4. num.4.pacta quando ſeruanda tom.6.

SINGVLARE CCCXXV.

IN ead. conſ. ſi de quantitate, in text.ibi tantum locatoris, & patroni iuramento credatur, nota ſingulariter quia iſtud iuramentum defertur à ſtatuto, quod ſemper loquitur; tranſit ad hæredem locatoris, ſeu patroni. vt etiam ipſe hæres benè informatus de veritate, iurandi habeat facultatem, Tiraquell.de retract.ſang.§.2.gloſ.2.num.17 & Iaſ.in l.penult.§.hoc iuditium, colum.fin. ff.ne quis eum Roman.conc.290.col.1.Ruin. concl.35.nu.10.vol.5.

SINGVLARE CCCXXVI.

IN conſ. ccc. re verò ſtabili, in tex. ibi ſi verò minores præſentes patre carentes, infra duorum menſium ſpatium audiantur, rubr. infra quod temp. comp. ius prothom. nota ſingulariter, quia hæc conſuetudo facit mentionem expreſsè de minoribus, elapſo tempore ſtatuto non audiuntur per viam reſtitutionis in integrum, Tiraq.de retract. lign.§.35. gloſ.2. nu.6. Bal.in l.1.24 oppoſ.c. qui admi. Alex.conc.165 nu.5. lib.6.

Annot. ad Singul. CCCXXVI.

Adde Nepit.in conſ.Catin.tit.41.conſ.1. nu.36. Cabalt.conſ.40.num.10.

SINGVLARE CCCXXVII.

IN ead. conſ. re verò ſtabili in textu, ibi
1 vendita, nota ſingulariter, quod * ius pro
thomiſeos ex hac conſuetudine habebit, lo-
cum in adiudicatione facta per iudicẽ præ-
cedentibus ſubhaſtationibus alij tertio quã
ipſi creditori, ea enim mera venditio non
datio inſolutum dicetur, Tiraq. de retract.
2 lignag.§. 1.gloſ.14 num.18 Bald. * (cui nihil
fuit ignotum) conc.360.nu.2. in fine volu.1.
3 ſecus verò ſi fuerit * facta adiudicatio ipſi
creditori per iudicem, quia tunc non com-
petet ius prothomiſeos cum dicatur neceſ-
ſaria, Tiraq.de retr lign.§.1.gloſ.14.not.Iaſ.
in l.cætera,§.ſed ſi parauerit,nu.11 ff.de leg
1. Dec.conc.160.col.1.in fine vol.1.ſpeculat.
tit.de empt.& vend.§.nunc dicendum,col.5.
verſ. ſed pone ſtatutum, Caualc. in reper.1.
par.deciſ.in verſ.ius congrui num 4. verun-
4 tamen ſi fuerit * per partem res data in ſo-
lutum, cum datio ſit voluntaria ius protho-
miſeos ſibi locum vendicabit tali caſu, Dec.
conc.160.col.1.verſ.præterea dato vol.1. Ti-
raq.de retract.lign.§ 1. gloſ.14 nu.8. in fin.
Paul.de Caſtro in l.eleganter in princ.nu.2.
ff de

Digitized by Google

ſi de pign.act. Alber. in leg. ſi prædium c. de euict. Cuma.conc.29.circa finem fulgoſ.cõc. 187.col.2.verſ.circa primum in fine. Alber. de ſtat.1.par.quæſt.88.Menocch. conc. 201. nu.3.vol.3.& conc.246.nu.27.& 28.volum.3. Ioan.Cepha.conc.98.nu.45.vol.1.

SINGVLARE CCCXXVIII.

IN eadem conſ.re verò ſtabili in text. ibi vendita,nota ſingulariter ius prothomiſeos procedere etiam in re ad emphiteoſim conceſſa,quæ cum non ſit redditura ad familiam,niſi ob dolum vel culpam emphiteotæ contra quem nunquam erit præſumendum,etiam in ea efficiens ſtatuti cauſa locum ſibi veodicabit. Fran. Prouinz. in add. ad Bertach reper.in ver. ſtatutũ facit quod notat.Tiraq.de retr.lign.§.1.gl.9.nu.106. & in §.20.glo.vnica nu. 3. & in l. ſi vnquam in ver.libertis nu.47.c.de reuoc. donat.

Annot ad Singul. CCCXXVIII.

Adde,quòd in regno ad hoc eſt tex.expreſſus in conſt.regn.Sancimus §.1.ibi *per venditionem, vel per emphyteuſim* de iur.prothom.vbi Affl.nu.22.Cæterum circumſcripta d.conſt.verius eſt ſtatutum concedens vicino, vel conſanguineo retrahere rem venditam non procedere in re ad emphyteuſim conceſſa,ſicuti affirmant Beltran.conſ.7. Tiraq.de retract §.33.gloſ.vn.nume.1.Couarr. var.reſol.lib 3.c.11.num.3. Anna ſing. 295. Vinc.de Franch.decis.392.num.9. Niſi contractus emphyteuſis fieret in fraudem legis. Affl.deciſ.72.Quod maximè præſumitur quã do adeſt pactum de affrancando in pecunia numerata.Anna d.ſing.295. Et quid in venditione cenſus, an in ea locum habeat ius congrui,vide Molin.de contract.diſp.372.

SINGVLARE CCCXXIX.

IN conſ.ccc.ius prothomiſeos in tex. ibi
iure ſanguinis.rub. de iure prothomiſ.no-
1 ta ſingulariter quod * baſtardus, & eius filij
etiam legitimi & naturales non admittun-
tur ad retractum rerum venditarum per
eorum conſanguineos,quia in eis ceſſat ra-
tio ſtatuti,ne res videlicet exeat extra fa-
miliam * de qua ipſi non dicuntur eſſe. Ti-
raq.de retr.ſangu.§.1.glo. 8.num.6.& 7.Ang.
conc.191.nu.4.Dec.conc.471.num. 6. & 7.&
per totum vol.4.Maſuer.tit.de retr. §. pen.
Ferro.in conſ.Burdigal.tit.de retr. §.6. col.
penult.Affl.in tract.iuris protho.col.penult.
Affl.in tract.iuris protho.col. 19. verſ. item
quæro an conſanguineis baſtardis fol 6. niſi
3 * fuerit legitimatus & natalibus reſtitutus,
quia tunc æquo iure ad retractum admitte-
retur.Affl.in d.tract. iuris prothom. col. 19.
verſ.item quæro an conſanguineis baſtar-
dis limit.quem refert Tiraq.de retr.ſangu.
§.1.glo.8.num. 11. Arnal.Ferro. in conſuet. Burdigal.tit.de retr.§. 10. Iacob. Menocch. conc.227.n.36.vol.3.Didac.Couarr. ad quartam Decret.par.2.cap.8.§.10.nu.3.vſque in l.ſi quando nu.70.c.de inoff.teſt.

Annot. ad Singul. CCCXXIX.

*Num.*1.] *Adde* id omnino verum in ſpurijs,ſecus in naturalibus, quibus bene competit retractus,præſertim in Hiſpania, vbi priuilegijs nobilium potiuntur,ſicuti, poſt alios concludit Gutter. pract. qq. lib. 2.q. 155 quem refert, ac ſequitur Molin. de contract.diſc.370.num.4.

*Num.*3.] Adde Molin.de iuſt.& iur. diſp. 165.ad fin.

SINGVLARE CCCXXX.

IN ead. conſ. ius prothomiſeos, nota ſingulariter quod clericus actiuè & paſsiue comprehenditur hac conſuetudine retractus,actiuè vt ea vti poſſet ab emptore retrahendo,paſsiuè vt ſi ipſe emerit teneatur cedere conſanguineo ſeu vicino offerenti coram iudice eccleſiaſtico. Tiraq. de retr. ſangu.§.1.gloſ.13.nu.2.vbi teſtatur communem opinionem ſeruari in practica. quamuis teneat de iure contrarium.& perperam. & in eod.tract.col.11 fol.4.verſ.item quæro an ſi clericus teſtatur communem opinionem,& cum ea pertranſit.a Valle conc. 22. num. 7.vol.1.vbi teſtatur communem opin. Maran.diſput.8. dicit eſſe communem opinionem Caſſ.ſuper conſ.Burg. rub. 10. verſ. quant l'homme ou femme.nu.7.

Annot. ad Singul. CCCXXX.

Adde Capic.deciſ.98.num. 2. Gomeſ. in l. 70. Taur.num. 7. Gutt. pract.qq.lib.2.q.156. Cum.in c.rit.40.num.287.*V*inc.de Franc.deciſ.285.num. 1.Molin.de contract. diſp. 370. num 6.late Rauden.var.reſol.lib.1.c. 11.

SINGVLARE CCCXXXI.

IN eadem conſ.ius prothomiſeos,nota ſingulariter quod ſi res retrahitur a clerico emptore,non poterit petere ſibi ſolui impoſitum quod ſi laicus emiſſet ſoluturus eſſet. Blaſ.Lanc.& magis communiter ſcrib.hic.

Annot. ad Singul. CCCXXXI.

Adde Bald. in l.neque C. de rei vendic. & in tract.de iur.proth.num.13. Tiraq. de retract.§.29.gl.4.nu.2.Caroc.ſiog.403.

SINGVLARE CCCXXXII.

IN eadem conſ.ius prothomiſeos. in text.
1 ibi venditæ, nota ſingulariter quod * retractus locum habebit non ſolum ſi conſan-
guineus rem vendiderit verum etiam ſi ven
ditioni rei ſuæ per alium factæ conſentiret.
Tiraq.de retr.lign.§.1.glo.1.nu.56. & in §. 1.
2 glo.9.nu.106.quia * mens conſuetudinis ma

gis conſideranda eſt, ne videlicet res exeat de familia, quam verba ipſius loquentia de vendente. l. ſcire oportet. §. aliud ff. de excuſ. tut. l. 3. §. conditio. ff. de adim. lega. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. libertis n. 47. c. de reuoc.
3 donat. & talis * mens potius dicetur eſſe declaratiua quam extenſiua. glo. in l. Cæſar ff. de publ. & vectiga. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 9. nu. 106. & in §. 20. glo. vnica nu. 3. non enim
4 dicitur * extendi ſtatutum etiam odioſum quando extenderetur ex mente eiuſdem ſtatuti. Bal. in l. de quibus col. 11. verſ. item nota ſub nu. 35. ff. de ll. Tiraq. in all. §. 20. ſub nu. 3. glo. eſt omnibus nota in ver. mente circa medium cap. ſi poſtquam de electio. lib. 6. & glo. not. in verbo Italiæ. cap. 1. de tempor. ordin. l. 6. Rimin. Iun. concil. 340. num. 12. volum. 3.

SINGVLARE CCCXXXIII.

IN conſ. ccc. venientes in tex. ibi vſque ad quartum gradum rub. de iure prothomiſ. nota ſingulariter quod * volens recu-
1 perare ſufficiet probare conſanguinitatem in gradu permiſſo, abſque eo quod probet in gradu nemine eum antecedere, niſi alius conſanguineus adueniat contradictor, quia
2 tunc cum in ſanguine * potior, habeatur potior in iure retractus, habebit neceſſe probare ſe eſſe proximiorem. Tiraq. de retr. lignag. §. 11. glo. 1. nu. 5. & 8. Dec. conc. 321. ſub num. 5. vol. 2. Affl. in tract. iuris prothom. §. Item de ipſo col. 3. not. 6 fol. 18. conſangui-
3 nitas * verò probari debebit per gradum diſtinctum. Tiraq. de retract. §. 11. gloſ. 1. nu. 9. Dec. conc. 321. ſub num. 53. verſ. vlt. non obſtat. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſum. 28. nu. 7. Alexan. conc. 82. col. 1. verſ. ſed vt dicunt. vol. 1. Simon de præt. conc. 59. num. 18. Aym conc. 249. ſub nu. 12. verſ. ſecundo principaliter. par. 2. Ioſeph Maſcar. vol. 1. de probatio. concl. 73. nu. 4.

SINGVLARE, CCCXXXIV.

IN conſ. ccc. vendita in tex. ibi infra dies quindecim, abinde rub. de bannitio rei vend. nota ſingulariter quod bannitio iſta quæ fit per publicum proclama rei venditæ ligat clericos, vt etiam ipſi cogantur comparere coram iudice laico infra tempus in conſuetudine comprehenſum. Affl. deciſ. 24. ſub nu. 8. & magis communiter ſcrib. hic.

Annot. ad Singul. CCCXXXIV.

Adde Nepit. in conſ. Catin. tit. 42. conſ. 1. num. 4.

SINGVLARE CCCXXXV.

IN ead. conſil. vendita, nota ſingulariter
1 quod ſi * emptor poſt lapſum termini hac conſuetudine præfixi citaret conſanguineum, vel vicinum ad retractum, ſi ille deinde compareret non poterit opponi per emptorem lapſus termini cum per citationem prædictam videatur citatus habilitatus, & reputatus legitimus contradictor. Iaſo in l. de pupillo, §. ſeruo ſub num. 4 ff. de no. oper. nunt. Cæpoll. caut. 68. col. 2. quem refert Tiraq. in tract. de retra. lign. §. 1. gloſ.
2 10. nu. 20. niſi fuiſſet * facta citatio conditionaliter quatenus putauerit intereſſe, vel haberet ius contradicendi, quia tunc per eam non cenſetur citatus, habilitatus ad contradicendum. Soccin. de reg. & Fall. regu. 264. Fall. 1. vbi dicit hoc eſſe ſingulariter notandum, quia valdè vtile, & quotidianum. Bald. in l. fin. ſub nu. 42. verſ. & hoc c. de edicto Diui Adria. tollen.

Annot. ad Singul. CCCXXXV.

Adde Burg. de Laudim. par. 2. inſpir. 5. ad fin.

SINGVLARE CCCXXXVI.

IN ead. conſ. vendita, nota ſingulariter
1 quod veniens ad retractum iure * congrui non habet neceſſe probare rem eſſe in ſuo dominio, ſed ſufficiet eius poſſeſsionis probatio, vel nominatio illa quæ fit in contractu venditionis rei venditæ, puta confi-
2 nantis cum prædio, vel domus Sempronij * cuius præſumeretur eſſe, ſub cuius nomine demoſtratur res vendita. Cæpolla conc. 3. num. 11. in crim. Bald. in l. Gallus §. nunc de lege col. 2. not. 2 ff. de lib. & poſth. Affli. decil. 83. nu. 2.

Annot. ad Singul. CCCXXXVI.

Num. 1.] Quid in malæ fidei poſſeſſore, an illi competat ius congrui, vide Vinc. de Franch. deciſ. 42. nu. 3. & quid in emphyteuta, locatario, & alijs habentibus vtile dominium an habeant ius congrui, vide Affl. in conſt. regn. ſancimus. §. 1. nu. 38. de iur. proth. late Caball. conſ. 102. Et de eo qui poſſidet vigore venditionis cum pacto de retrouendendo, quod habeat retractum licet adueniente caſu retrouenditionis teneatur reſti tuere. late Caball. conſ. 112. per tot.

SINGVLARE CCCXXXVII.

IN conſil. ccc. ius prothomiſeos rub. de iure prothom. quib. compet. nota ſingulari-
1 ter, quod * laicus emens à clerico ligatur hac conſuetudine retractus. Tiraquell. de retr. ligna. §. 1. glo. 13. num. 12. in fine. Maraq.
8 diſp. 8. nu 50. verum quod ſi * clericus emat à clerico non habebit locum ius congrui. Maran. diſp. 8. nu. 51. fol. 45.

SINGVLARE CCCXXXVIII.

IN ead. conſ. ius prothomiſeos, nota ſingulariter. quod conſanguineus debitorũ,

mole

mole depreſſus ius retrahendi crediтori: ſuo reſolutorum ſui debiti credere poteſt, ſi is tantum fuerit conſanguineus venditoris, non autem in præiudicium aliorum conſanguineorum. Tiraquell. de retr. lign §. 26. gloſſ. 1. num 8 10. & 29. Paul. de Caſtro concil 1. nu 3. volu. 2.

SINGVLARE. CCCXXXIX.

IN ead. conſ. ius prothomiſeos, nota ſingulariter quod dominus in retractu rei emphiteoticæ venditæ præfertur conſanguineo vel vicino. Bald. in l. Imperator col. 1. verſ. modo quæris ff. de pact. Alber. in l. ex facto in princ. num 3. ff de pecul. Tiraquell. de retr. ligna. §. 21. gloſſ. vnica nu. 3. Iaſ. in l. fin. num. 12. C de iure emph. vbi teſtatur communem opinionem.

Annot ad Singul. CCCXXXIX.

Adde Bald. de iure prothom. num. 6. Capic. deciſ 99. nu. 1. Cum. in crit 69. num. 31. Caball. conſ. 102. nume. 7. Vinc. de Franch deciſ. 610. par. 4. vbi id ampliat, etiam ſi emphyteuſis fuiſſet conceſſa cum pacto de affrancando. Imuo, ſi dominus directus ſimpliciter acceptet emptorem in emphyteutam, non poſſunt amplius conſanguinei venditoris retrahere rem venditam, quia videtur emptor ab ipſo domino rem habere non ab emphyteuta, ita Nepit. in conſ Catinen tit. 40. conſ. vn. num. 15. Quod ego nullatenus probo. ſi enim id eſſet verum, numquam in rebus emphyteuticis poſſet eſſe locus retractui, Nam vbi quis emeret rem emphyteuticam, ſtatim obtineret conſenſum proprietarij: atque ita retractum excluderet. nec ratio per eum adducta quidquam mouet. nam etſi directus dominus conſentiat, ac venditionem confirmet, non per hoc dici poteſt ab eo res haberi, ſed ab emphyteuta, qui rem ipſam vendit, & illius poſſeſsionẽ transfert. qui enim actum imperfectum confirmat non dicitur dare, ſed actum perficere, vt not. Bar. communiter receptus in l. more maiorum num. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic. Quod maxime verum eſt in eo, qui tenebatur actum confirmare. in neceſſitatibus enim nemo liberalis exiſtit l. rem legatam ff. de adim. legat. cuiuſmodi eſt dominus directus, qui niſi velit emere, omnino tenetur intra duos menſes venditionem alteri factam confirmare iuxta tex. in l. fin. C. de iur. emphyt. Accedit, hoc priuilegium, vt dominus directus præferri debeat in venditione rei emphyteuticæ ita demum locum habere, ſi dominus velit rem pro ſe: ſecus, ſi illam velit pro alio, quia non poteſt hoc ius alteri cedere, ſicuti affirmant Guid. Pap. deciſ. 411. qui refert ita ſemper iudicatum in Cur. Delphin. Fran. Mar deciſ. 2. Oſaſc. deciſ. 157. in princ. Card. Tuſc. concl. 219 lit. E, nu. 4 tom. 3. & alij, quos refert Tiraq de retr. §. 26. gl 1. nu. 40.

SINGVLARE, CCCXL.

IN ead conſ. ius prothomiſeos. nota ſingulariter quod ius congrui cedi poteſt ſimul cum re ipſa vicina, & non aliter cum ſit reale. Afflic. in tractatu iuris prothomiſ in princ. quod incip. tota hæc lex. colum. 14 verſ. & ex his deciditur fol. 7.

Annot. ad Singul. CCCXL.

Adde ad hoc, quod ius prothomiſeos poſsit cedi cum ipſa re Tiraq. de retract §. 26. gloſ. 1. nu. 36. Vinc. de Franc. deciſ. 342. nu. 1. Caualc. deciſ. 5. nume. 12 p. 4 quinimmo re ſimpliciter alienata tranſit ius prothomiſeos abſque ſpeciali ceſsione. Bal. de iur. prothom. nu 6. Affl. in eod. tract § 6 num. 15. & 19. Caball. conſ. 36. nu. 11. & conſ. 122. num. 4. ideo ſi ego emo rem vicinam prædio Franciſci, qui poſtea infra tempus ad retrahendum prædium illud alteri vendidit, poterit hic nouus emptor à me retrahere, quamuis & ego quoque ratione dominij, quod in re habebam tempore quo ipſe emit, poſsim fundum ſibi venditum retrahere. atque ita eueniet, vt dum quis ſtudet rem alienam acquirere propriam amittar, vt nor. Paul. de Caſtr. conſ. 430. verſ circa ſextum, quẽ refert Cardin. Tuſc. concl. 583. ius congrui nu. 31. tom. 4 &c, an ius prothomiſeos competens ratione ſanguinis cedi poſsit, vide Boer. deciſ. 230. per tot. Tiraq d gloſ. 1 num 36 Marcabr. ab anguill. conſ. 111. num. 107. Caualc. d. deciſ. 5. num. 12.

SINGVLARE, CCCXLI.

IN conſ. ccc. ſi verò aliquis in text ibi ante lapſum anni. rubr. de iure ceſſo & c nota ſingulariter quod hæc conſuetudo diſpo-
1 uens vt ceſsionarius * non poſsit experiri iure ceſſo antè lapſum anni ſiuè ceſsio fuerit principaliter ſiuè incidenter facta puta in contractu donationis, procedit quotieſ-
2 cunque eiuſdem ceſsionis * cauſa fuerit lucratiua, ſecus vero ſi onèroſa, Ioan. de Amicis conc. 24. Blaſc. Lanc. & magis, communiter ſcrib. hic.

Annot ad Singul. CCCXLI.

Adde Milan. deciſ. 10. num. 132. lib. 1. vbi plura in materia huius conſuetudinis.

SINGVLARE, CCCXLII.

IN conſil. ccc. quod mulier quæſtum ſui corporis. rub. quod vilis fœmina, nota ſin-
1 gulariter quod * mulier dicitur meretrix etiam ſi ſolum vnus ad eam accedat cauſa amoris vel luxuriæ, & conſequenter habebit in ea locum diſpoſitio huius conſuetudinis. Lucas de Penna in l. ſi qua col. penul. verſ. vel c. de ſpect. ſcen. & len. libro xi. Afflict. in conſt. quæ paſsim nu. 2. libr. 3. rubr. 43. l. mariti §. quæſtum autẽ, verſ. ſiuè enim ſæpius, ſiuè ſemel ff. de adult. Blaſ. & Anton. Lanc.

Lanc.& magis communiter ſcrib.hic.& hoc
practicaſſe refert hic in apoſt.Petr. Rizz. &
in quodam ſuo conc. manu ſcripto. Quic-
2 quid dixerint * Iacob. Menocch. lib. 2. de
arb.iud.cent.3.caſu 29 nu. 7. & cent. 4. caſu
3 328.num.3.4.& 14.& * Ioſeph Maſcard. vo-
lum.2.de prob.concl.1063.nu.7.

Annot.ad Singul. CCCXLII.

*Num.*1.] Adde late Caroc.deciſ.124.

SINGVLARE, CCCXLIII.

IN ead.conſ.quod mulier quæſtum, nota
1 ſingulariter quod ſi * mulier meretrix
vel inhoneſta per triennium caſtè,& hone-
ſtè vixerit purgabit malam famam, & in ea
non habebit locum diſpoſitio huius conſue
tudinis.Clar.in §.fin.quæſt.21.verſ.fama ſo-
la,circa finem,eſt tex.in §.hinc autem,ver.
& dum triennio toto.in auth.de Monac.Ia
cob.Menoch.concil.94.num.54.vol.1. Tiraq.
in tract.de pœn.cauſa 29.num.4.cap. ſi quis
2 incognitus 17. quæſt. 2. Quicquid dixerit *
Afflı.in conſt.quæ paſsim ſub num. 2. verſ.
quid autem ſi rubr.43.libr.3.

SINGVLARE, CCCXLIV.

IN ead. conſ. quod mulier quæſtum. in
text.ibi duo teſtes idonei, nota ſingula-
1 riter * quando conſuetudo exigit probatio-
nem per teſtes idoneos debebit articulari,
& probari qualitas iſta idoneitatis in per-
ſonam teſtium, aliàs minime probabunt,
2 quia * agens ex conſtitutione aliqua omnes
qualitates ab ea requiſitas habebit neceſſe
probare,aliàs vna earum deficiente ſuccum
bet.Alban.concil.39.nu.15 & 16.Alex.conc.
82.colum. 1. verſ. pro hoc beneſacit.vol.2.
Marſil.in l.ſi quis ne quæſtio nu. 153. Pariſ.
conc.152.num. 5.lib.4.Hypol.ſing.187.circa
medium.Boſſ.tit.de capi.nu.46.Clar.in §.aſ
ſaſsinium in prin circa medium,& in §. fin.
quæſt.85. verſ.vbi agitur.Ioan.Andr. in c. 1.
de homicid.lib 6.Aualle conc.45 nu.9.vol.1.
Dec.conc.356.num.4.lib.3.Bart.in l.1.§.ait
prætor,ff.ne quid in flum.publico. Alexand.
conc.224.col.1.verſ. & vbicunque vol. 2. &
in conc.172.col.2.verſ.quinimò,volum. 2.&
concil. 41. col. 1. verſ. & prædicta maximè
vol.4.Socc conc.55.col.2.nu.3.vol.1. Tiraq.
de retr.lign §.8.gl.7.nu.1.Caualc.deciſ. 27.
nu.21.par.1.Menocch.conc.75.nu.99.libr. 1.
Pedani.deciſ.165.ſub num. 6. Ioan.Cæphal.
concl.223.nu.17.vol.2.& conc.225.num.53.
vol.2.Riminald.iun.conc.290.nu.4.vol. 3. &
conc.479.nu.58.vol.4.

SINGVLARE, CCCXLV.

IN conſ.ccc.ſiquis habeat domum,in tex.
ibi contiguam alicui cortile priuato,
rubr.quod non ſit licit.alic.facere feneſtrã,
nota ſingulariter quod non licebit domino
domus ſuperioris in pariete correſponden-
te ſuper regulis domus inferioris facere
aperturam ſeu feneſtram cauſa proſpectus,
ſed benè vt domum reddeat luminoſam,ſer
uata tamen in apertura fienda longitudine,
latitudine, & qualitate deſcripta per dictã
conſuetudinem, ſecundum magis communi
ter ſcrib hic.Tiraq.de retra ligna.§. 20. gl.
vnica ſub num.3.& ita non ſemel fuit deci-
ſum me patrocinante.

SINGVLARE, CCCXLVI.

IN ead. conſ. ſi quis habeat domum. in
tex.ibi via grauaminis, nota ſingulari-
1 ter quod * appellatio via grauaminis admiſ
ſa non ſuſpendit iudicatum. ſecundũ Blaſc.
Lanc.& communiter ſcriben hic. Abb. in c.
paſtoralis ſub nu.15.extra de appell quem
ſequitur Maran. in ſuo Spec. aureo par. 6.
actu 2.num. 106. gloſſ. in ver. oneramus ibi
fateor tamen, clemen. 2. de iure patron.
Bellamera deciſ. 18 circa finem. Quicquid
2 perperam ſcripſerit * Ioſeph.Cumia in cap.
ritus 85.nu.12.

Annot.ad Singul. CCCXLVI.

*Num.*1.] Adde in regno paſsim ſeruari, vt
tentato grauamine fiant literæ à M. C. quòd
veniant acta, & ſuperſedeatur per menſem:
quam praxim iuridicam cenſet Anton.de Ball.
lib.2.quæſt.27.num.24.fol.73.vbi plura conge-
rit in materia huius appellationis via graua-
minis.

SINGVLARE, CCCXLVII.

IN conſ.ccc.viri & vxoris bona in text.
ibi confunduntur,& in tex. ibi natis fi-
lijs.rubr.de confuſ.bono.iugal.nota ſingula-
riter quod confuſio iſta bonorum non ſit
præmortuo patre relicto poſthumo. Gu-
gliel.à Perno concil.140.manuſcripto.Salyc.
in l. ſi quis circa medium verſ. quia is qui
eſt in ventre c.de ſicarijs.

Annot.ad Singul. CCCLXVII.

Contrarium tenent Nepit. in conſuet. Ca-
tin.tit.3.conſ.vn.num.58. D. Muta in conſuet.
Panorm.cap.43.num.34.

SINGVLARE, CCCXLVIII.

IN ead.conſ.viri & vxoris bona,nota ſin-
gulariter quod matrimonium ſimplici-
ter contractum in dubio cenſetur celebra-
tum ſecundum vſum,& conſuetudinem pa-
triæ ſeu loci in quo contrahitur,cap 1. ex-
trã de ſponſ.vbi Abbas in fine.Ant.Gab.lib.
6.tit.de conſ.concl.2.nu.8.& magis commu
niter ſcriben.hic.

SINGVLARE, CCCXLIX.

IN conſ.ccc.domus locata rubr.de loca.
apot.dom.taber.Magazzi,nota ſingulari
ter

1 ter quod * fructus prædij locati ſunt domi-
no tacitè hypothecati pro penſione, leg. in
prædijs vbi Bart.ff in quib.cauſ.pign.vel hy-
po. tacitè contrah.l. qui fideiuſſor in fine ff.
2 loca.etiam quod * primus Colonus alij præ
divm ſublocaſſet l ſi in lege ſ.1.ff.loca & cō-
3 ſequenter * cedunt domino, & non colono,
niſi ſoluta penſione. Bertach. in reper. in
4 ver. fructus rei locatæ poteritque *domi-
nus fructus ſecatos adhuc intra fundum exi
ſtentes retinere loco pignorum, & prohibe-
re ne Colonus exportet. Bal. in l. ædem ſub
num.2.verſ.poteſt dominus c. loca. Alex. in
add.ad Bar.in l.in prædijs ff.in quibus cauſis
pig.tac.contrah.

Annot.ad Singul. CCCXLIX.

In materia huius ſingul.vide omnino *Iaſ.* in ſ. item ſeruiana num. 36.Inſtit. de act. Neguſ. de pignor. memb. 4. 2. par. numero 147. Menoc.de adip. poſſ. rem.3.quæſt. 16 numero 113. Caroc. de locat. par. 5. tit. de inuect. quæſt. 3. num.18.

SINGVLARE, CCCL.

IN conſ ccc.eminente rub.de alien. & obl.
bon.mino.in tex.ibi cum decreto curiæ,
1 nota ſingularite: quod * minor 18.ann. ma-
ior autem 14.ingrediens monaſterium ante
eius ingreſſum poterit diſponere de rebus
ſuis etiam ſtabilibus abſque decreto aliaue
ſollennitate ſtatuti. Abb. in c. in præſentia
nu.10.extra de probatio per illum tex. Iaſ.
in auth.ingreſsi nu. 4. c. de ſacroſanct. eccl.
ex ſacroſancta autem tridētina Sinodo ſeſſ.
2 25. cap. 16. vt * valeat renuntiatio obliga-
tio, & alia quæuis diſpoſitio, & ſi in fauo-
rem cuiuſcunque cauſæ piæ, & iuramento
vallata etiam per maiorem requiritur vt
fiat intra duos menſes proximos antè pro-
feſsionem, nec aliàs intelligitur effectum
ſortiri niſi ſequuta profeſsione.

Annot.ad Singul. CCCL.

*Num.*1.] Adde id intelligendum quoad diſpoſitionem in monaſterium quæ tacite reſultat ex ipſo ingreſſu, ſiquidem bona minoris ingredientis religionem tacite acquiruntur monaſterio, etiam ſine decreto, vel alia ſollemnitate.& ita loquuntur Abb. & *Iaſ.* allegati per Intrigl. quibus adeo Roman.conſ.394. num.6. Tiraq.de ll.connub gloſ.8.num. 190. *Aliæ* enim diſpoſitiones celebratæ à minore quamuis religionem ingreſſuro non valent, vt conſuluit Menoc.conſi 388.lib.4.

Num. 2. *ibi etiam per maiorem.*] Contrarium, quòd immo diſpoſitio Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 16. de regul. intelligenda ſit tantum de minoribus ſexdecim annis, expreſſim voluit idem Intrigl.conſ.29.num.69. quod verius credo: cum enim Concil. in cap. præcedenti dixiſſet religionis profeſsionem fieri non poſſe ante decimum ſextum annum: ſubdit deinde in d.c. 16. *nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, &c.* quæ verba ſunt continuatiua c.præcedentis, & implicant præcedentia, vt innuit, illud verbum *quoque*, & in terminis conſiderat Menoc.lib.2. de arbit. iudic.caſ.436.num.4.& ſic ea dictio *antea* refertur ad ætatem decimiſexti anni, de qua in præcedenti cap.fuerat facta mentio, Immo nec ad aliud referri poteſt, alias eſſet omnino ſuperflua. Nam quod ſcribit Cened. in col. lect. ad ius canon.par.1.coll.50.nume.5.referri ad verbum profeſsionem eſt planè ridiculum cum ſtatim ſubijciatur alia dictio antè, quæ ad aliud referri non poteſt, niſi ad profeſſionem, vt patet ibi *ante profeſſionem*, vnde ſi renuntiatio, vel obligatio fiat à maiore, vel etiam à minore, qui tamen decimumſextum annum expleuit, non requiruntur ſollemnitates concilij, quia cum hic caſus fuerit à concilio omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, & pro intellectu eiuſdem capituli adde illud locum habere in actibus inter viuos, non in vltimis voluntatibus.ita Menoc.d.caſ.436.num 8. Gutter.canonic.qq lib.2.cap.1 nu.26 Molin. de iuſt.& iur.diſp.139.col.6.verſ. ambiget fortaſſe Franc.Monal.conſ.47.nume. 1 lib.1.Caualc. deciſ.11.nu. 113.par 3 Cened.d.coll.50. num. 3. & 5.Geuall.comm coutr.comm.q 63.num.7. & q.121.nu.4.licet contrarium teneat Spino. de reſtam.gloſ.1 a num.50.

Item adde dictum capitulum procedere in his, qui iam ſuſceperunt habitum, & ſunt nouitij, ſecus in his, qui adhuc exiſtunt in ſeculo, nec habitum ſuſceperunt, licet ſint de proximo ingreſſuri, hi enim recte poſſunt contrahere ſine ſollemnitate d. cap. ſicuti affirmant Menoc.d.caſ 436.num.4.Gutter.in cap. quamuis pactum in ver. dum nuptui tradebatur nu. 5.de pact.lib.6.Caualc.d. deciſ. 11. nume. 113. Gratian.deciſ.37 Steph.Quaran.ſumm. Bullar. in ver.monaſteria ſ.dubium illud ſol.330.quorum plerique teſtantur ita deciſum per S.Congr. Card. ita vt non ſit amplius de hac re dubitandum, id quod refert etiam Nauarr.conſil. 81. & conſ. 82. de regul. licet ipſe contrariam ſententiam ſubſtinuerit, quam etiam probarunt Menoc. d. conſ.388.num.7. & conſ. 819.nume.20. Molin. d.diſp.139.verſ. ambiget rurſus.

SINGVLARE, CCCLI.

IN conſ. ccc. Viri & vxoris bona rubr. de conſ. bon. ing. fil. pro nota ſingulariter quod hæc conſuetudo procedit etiam in matrimonio putatiuo. Abb.in c.a circa me-[illegible]m extrà de donat. inter vir.& vxo.Ioan. [illegible].in rub.de donat.inter vir. & vxo. ſ. 36. [illegible].2.verſ.& hinc eſt. Couarru. ad 4. decret.

Digitized by Google

cap.7.par.2.nu.6.7.& 8.in fine.Barba.in c.ex literis nu.19. extra de pignor. Ioan. Lup in d.rubrica §.62.ſub num. 23. verſ. ampliabis Dida. à Segura in tract.de bon. conſt. matr. acq.col.4 fol.8.

Annot. ad Singul. CCCLI.

*V*ide late Roder.Suar.ad l.1. For. tit. de las ganancias num.1.& ſeqq.Gamm.deciſ.176.deciſ.207.num.1.& deciſ.220.Mut.in conſ.Panor. cap.34.num.59.

SINGVLARE CCCLII.

IN conſ.ccc. domus locata. in tex. ibi ad non modicum tempus ideſt à quinquennio vltra rubr.de loca. apot. dom. &c. nota
1 ſingulariter quod * conductor vltra quin-
2 quennium (cum hac * conſuetudine dicatur facta iſta conductio ad non modicum tem-
3 pus,& conſequenter * conductor habeat vtile dominium in re conducta) erit præferendus ſub eiſdem conditionibus nouiter oblatis, ſecundo conductori, in recondutione
4 eiuſdem rei,* quæ ſi fuerit denegata iure optimo appellabit ad ſuperiorem vt cogat eã fieri,Iaſ. in l 2.nu.39.c.de iure emph.Bar. in l.1.§.permittitur num.1.ff. de acqua quotid. & æſt.vbi add.ad eum ſub litera c Iaſo. in l. prætor § fin.ſub nu 15.ff.de nou oper. nunt. Bar.in l.1.num.1 ff.de priuil.cred Bar. in l. ſi mihi & Titio in prin num.7.ff. de verb. obl. Iul.Clar.in §.emphiteuſis q. 43. vbi teſtatur communem opinionem. Tiraq.in præfat.retr.ſangu.ſub nu.41. Ant Gab.lib.3.concl. tit. de iure emph concl. 1.nu.1.& nu.28. & nuncupatim Ant. & Blaſ.Lanc.hic Roman.conc. 22.ſub nume. 5 verſ. contrarium tamen ve-
5 rius idemque ſecundum aliquos dicetur in * conductore ad modicum tempus, vt ſi per eum oblata augmenta ſuſcipiat, & iam præferatur ſecundo, Afflict.deciſ.238. num. 2. & 3.Paul de Caſtro conc.4.nu.6. lib.1. Calcan. conc.8.nu.36.l.congruit c.de locat. prædio. ciuil.lib.11.cuius caſus ſecundum eos nõ eſt ſpecialis vt etiam fatetur Lucas de Penna ibi in medio comenti. Anton.Butr.in cap. 1.
6 colum.2.de loca.Quod vltimum nos * minimè admittimus per l. ne cui vbi glo. in ver. locandi c.loca.& eſt de mente noſtræ conſuetudinis in finalibus verbis,in tex.ibi vel niſi
7 in duobus,ex qua * antiquus conductor præfertur dumtaxat in duobus caſibus. Primo ſi dominus rem vendiderit, ſecundo ſi eandem pignorauerit, iſque æquè vtiliter contractum domino facere ſit paratus, non etiã ſi dominus alteri locauerit ſubdit.

Annot. ad Singul. CCCLII.

Num.6.] Eandem opinionem, vt antiquus conductor ad modicum tempus, quamuis eandem offerat penſionem,regulariter non ſit præferendus nouo conductori,probant Bald.& Salic.in l.ne cui C.locat.Boer.deciſ.107.nume. 3. Gomeſ.var.reſol.lib.2.cap.3. nume. 5. Nouell. reg.85.Mynſ.ſing.obſer. cent. 4. obſer. 24. late Chartar.deciſ.97.per tot.

SINGVLARE, CCCLIII.

IN eadem conſ.domus locata. in tex. ibi de qua neceſsitate ſtabitur iuramẽto do-
1 mini,nota ſingulariter quod ſi * dominus iurauerit fore rem per eum locaram ſibi neceſſariam ex quatuor cauſis hic deſcriptis,
2 * vt quia vult in ea habitare; vel eam vendere,vel pignorare, vel in dotem tradere; contra hoc iuramentum ſeu probationem ex iuramento admittitur probatio in contrarium,Couarr.lib.2 reſol.cap. 13.nume. 4. circa medium vbi teſtatur communem opinionem gloſſ.fina. cap propoſuiſti extrà de probat.glo.in verbo affectata cap.2.de tempor.ord.lib.6. Alex.in l.3.§.ſi abſens nu.7.ff. ſi ex noxa.cauſa agat.Angel. in l. qui vas in princ.num.4.& 5.ff de fur. Alexand. in l. qui bona §.qui damni nu.16.ff.de damno infecto Hypol.in rub.de proba.num.137.Plott de in litem iura.§.48.ſub nu.26. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opin. Tiraq. de retr. ſang § 4.glo.1.nu.1.& 3. vbi teſtatur comm. opin.Abb.conc.51.verſ 5.adduco vol. 1. Roman.conc. 241.in prin.Ang in tract. maleſit. in ver.necnon ad denuntiationem num. 15. Cœpolla caut.104.Alexan conc.114.col. 2. verſ circa tertium lib.4.& conc 91.nu.8.lib. 6.Soccin.de regu.& Fall.regul.380.vbi teſtatur comm.opin.Dec.conc.83.in prin.volu.1.
3 & ideo poterit * probare conductor quod eadem neceſsitas imminebat tempore contractus ob quàm poſteà expelli non poterit. Ant.Gab.lib.3.concluſ.tit. de loca. concl. 3. num.6.glo.magis comm.recepta in ver.ne-
4 ceſſariam l.ædem c.locati,nec etiam * expelletor conductor ſi probauerit quod poſt neceſsitatem dominus receperit mercedem, quia tunc videtur renuntiaſſe facultati expellendi ob neceſsitatem illam,niſi noua ſpecies neceſsitatis expreſsis ipſi domino ſuperuenerit. Ant. Gab. lib.3.conc.tit.de loc. conc.3.num.7.Bal.in l.ædem nu.13.circa fin. c. locat.

Annot. ad Singul. CCCLIII.

Num.3.] Adde Gomeſ.var.reſol.lib. 2. c. 3. num. 6.qui de comm.teſtatur,Caroc.de locat. par.4. tit. de recuſat. quæſt. 2.nume.7. Magon. deciſ.Lucen.75.num.6.

Num.4.] Adde Caroc.d.q.2.nu.27.Magon.d. deciſ.75 nu.9.

SIN-

SINGVLARE CCCLIV.

IN conſ. ccc. cõſumato matrimonio rubr. de temp. reſt. dot. &c. nota ſingulariter quod maritus conſequetur lucrum hic expreſſum etiam quod vxor fuiſſet ſpuria, & dos fuerit data à patre ſimpliciter & conſequenter ſuccedat loco alimentorum. Rolan. à Valle in tract. de lucro dot. q. 94. num. 10. Bald. nouell. in trat. de dote part. 6. priuil. 16. col. 3. verſ. ſed quid ſi ſtatutum. Ant. Gab. lib. 6. de alimen. conc. 1. nu. 32.

Annot. ad Singul. CCCLIV.

Adde Crauett. conſ. 186. num. 16. Menocch. conſ. 60. num. 29. Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 7. numero 48. Caualc. deciſ. 10. numero 28. par. 3. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. nu. 80.

SINGVLARE CCCLV.

IN conſ. ccc. quod vxori rub. quod non liceat vxo. ſine viri vol. ſe alicui, nota
1 ſingulariter quod * vxor poterit filijs donare ſine viri voluntate. Crauett. conc. 19. nu. 14. Bal. concl. 407. nume. 4. vol. 2. Rimin. Iun. conc. 15. nu. 5. volum. 1. R. pa lib. 5. reſp. cap. 10. Ioan. Cæphal. conc. 13. num. 4. volum. 1. & concl. 109. nu. 20. eod. volum. vbi etiam dicit
2 quod * hæc donatio non eget inſinuatione
3 * quod pro nunc non affirmo.

Annot. ad Singul. CCCLV.

Num. 1.] Adde late Caroc. deciſ. 12.

SINGVLARE CCCLVI.

IN conſ. ccc. domus locata rub. de loca nota ſingulariter quod conductor finita locatione actione perſonali cogitur reali-
1 ter, & cum effectu reſtituere * & tradere corporalem poſſeſsionem locatori non obſtante clauſula conſtituti appoſita in inſtru-
2 mento conductionis, per quam * licèt vera, & naturalis poſſeſsio transferatur, non tamen corporalis transfertur à qua per dictã clauſulam conductor non erit liberatus. Caualc. deciſ. 44. nu. 101. par. 1. vbi teſtatur magis comm. opin. Villalo. in concl. com. op. in ver. venditor num. 12. Ruin. concl. 94 num. 1. volum. 1. vbi teſtatur comm. opin. Tiraq. de conſt. par. 1. num. 10. & 11. vbi etiam teſtatur comm. opin. Alex. conc. 28. colum. 2. verſi. plus etiam dici poteſt volum. 2. vbi etiam teſtatur hanc eſſe magis verã & communem opin. Guid. Papa quæſt. 101. circa medium, & quæſt. 509. Dec. conc. 281 colum. 2. ſub nu. 3. verſ. nec huic promiſsioni volum. 2. vbi etiam dicit magis communem opin. Plottus de in lit. iura. §. 4. num. 55. vbi etiam teſtatur magis communem opin. Cagno. in l. contractus ſub nu. 34. ver. & venditor ff. de reg. iur. Caualc. deciſ. 7. num. 2. par. 2. Pedam. deciſio. 35. num. 5. vbi ait in deciſiuis non eſſe recedendum ab hac opinione, Rimin. Iun. conc. 285. num. 139. volum. 3. Quicquid dixerint
3 * glo. in l. ab emptione ff de pact. & * Bar. ibi nu. 7. & ſequaces.

Annot. ad Singul. CCCLVI.

Num. 2.] Adde Caroc. de locat. par. 6. tit. de remed. locat. & cond. comp. remed. 14. numero 10.

FINIS.

DON NICOLAI
INTRIGLIOLI
PATRICII CATINENSIS,
Iuriſconſulti celeberrimi,

OLIM IN ALMO PATRIÆ SVO GYMNASIO VESPER-
tinis horis maxime omnium applauſu iura ciuilia publicè inter-
pretantis, & in Magna Regia Curia Aduocati,
& Conſultoris integerrimi,

NVNC TERTIA VICE IVDICIS MAGNAE RE-
giæ Curiæ, regijque optimè meriti conſiliarij.

SINGVLARIVM.

EX REGNI SICILIAE CONSTITVTIONIBVS, CA-
pitulis, Pragmaticis, Sanctionibus, & Conſuetudinibus.

CVM ANNOTATIONIBVS MARCELLI
Conuerſani Leontini I. C.

LIBER SECVNDVS.

SINGVLARE PRIMVM.

IN cap. regni regis Ca-
rol. 78. nota ſingulari-
1 ter, quod * contractus
factus à minore ſine
ſollennitatibus requi-
ſitis ab iſto ſtato, dein-
de ratificatus effecto
maiore, valebit, vt ex
tunc, non autem vt ex
nunc, Surd. deciſ. 70. colum. 2. Ant. Gabr. lib. 2.
concl. tit. de minor concl. 4. nu. 2. Alex. conſ.
2 117. nu. 2. vol. 5 Et quia talis * contractus ab
initio non fuit inualidus ex parte vtriuſque
contrahentis, ſed tantum ex parte ipſius mi-
noris, eo demum volente. Bal. in l. cum inter-
dictum, C. arbitrium tutelæ, Surd. deciſ. 70.
num. 22. Bald. in l. dolum, nu. 2. C. de pericul.
& comm. rei vend. Matheſil. notab. 155. Iaſ.
in l. eum hi, §. eam tranſactionem nu. 2. verſ.
limita tamen, ff. de tranſact. Socc. conſ. 80. nu.
12. vol. 4. Guid. Papa quæſt. 159. Fæli. in cap.
dilectus col. 5. verſ. 3. facit, extra de reſcr.
Dec. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 8. verſ.
additis tamen, extra de conſtit. Ruin. conſ.
11. nu. 6. vol. 4. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 12. C. de
bon. mater. Tiraq. de ll. connub. glo. 8. nu. 91.
Corn. conſ. 187 col. 2. vol. 2. Surd. conſ. 9. nu. 10.
Rodoan. de reb. eccl. non alien. quæſt. 46. nu.
10. & quæſt. 51. cap. 7. nu. 14. Caualc. de tut. &
curat. nu. 170. Menocch. conſ. 655. nu. 7. vol. 7.
3 Non requiritur * nouus conſenſus con tem-
poraneus, & ſimultaneus vtriuſque contra-
hentis, ſed poterit fieri ratificatio ex tunc,
abſente parte, Surd. deciſ. 70. nu. 24. vbi ſub-
4 ijcit, non ſolui * noua gabella, neque obliga-
tiones medio tempore factas obeſſe Bar. in
l. quo enim, circa finem, ff. rem ratam habe,
& in l. Pomponius col. 2. verſ. ex eodem fon-
te, ff. de neg. geſt. Alex. conc. 126 in fin. vol. 5.
Dec. in l. ſemper qui non prohibet, nu. 10. ff.
de reg. iur. Ruin conſ. 153. nu. 18. vol. 1. Natt.
conſ. 101. nu. 6. & conſ. 341 nu. 4. Curt. in auth.
Sacramenta puberum num 138 C. ſi aduerſ.
vend. Aluar. & Præpoſ. in cap. 1. §. item Sa-
cramenta. col. 6 de pace iuram. firm. Me-
nocch. de præſum. lib. 2. præſump. 45. num. 10.
5 Si verò contractus fuiſſet * nullus ipſo iure
ex parte vtriuſque contrahentis, ratificatio
ſubſequens non confirmaret eumdem ex
tunc, ſed ex nunc. Bald. in l. fin. in princ. limit.
1. C. ad macedo. Milanenſ. deciſ. 4. ſub nu. 80.
lib. 2. marcabr. ab Anguill. conſ. 51. n. 36. Bar.
in l. obſeruare opp. 1. nu. 5. ff. de off. proconſ.
Surd. deciſ. 245. nu. 5. Alex. conſ. 78. num. 17. in
fin. vol. 5. Ruin. conſ. 72. num 10. vol. 3. Natt.
conſ. 262. nume. 10. Oſaſc. deciſ. Pedam. 119.
nu.

Digitized by Google

nu.26 Dec.in l.ſemper qui prohibet,nu.16.ff.
de reg.iur.& conſ.367.nu.4. Menocch. conſ.
6 666 ſub nu.12.vol.7. Veluti in * geſtis à falſo
procuratore,à domino ratificatis,vel in mu
tuo recepto à filio familias conualidato ex
patris ratificatione,Natt.conſ.262.nu 10.,l.
7 licèt,ff.de indit.l.fin. C. ad Macedon. Quia *
ratificatio talis contractus inualidi dicetur
nouus contractus,Surd.deciſ.70.nu.14. Bar.
in l.ab emptione, ff de pact. Aret. conſ. 128.
col.2. verſ. ſecunda ſpecies, Surd.conſ.136.
num.31.& 34.Dec.in l.quod initio. circa fin.
ff.de reg iur. Milaneſ.deciſ,4.num 81. 82. &
8 83.lib.2.& tunc * requireretur nouus con-
ſenſus ſimultaneus vtriuſque,Surd.deciſ.70.
nu.12.& 27.verſic minus,Aret.conſi.128.col.
3.verſ.venio ad tertium.

Annot.ad Singul. I.

*Num.*1.] An, & quando ratificatio retrotrahatur, vide late Coſt. de retrotract.c. 8. caſ. 4.

SINGVLARE, II.

IN conſ.felicisſimæ vrbis Panorm.cap.43.
in tex ibi & docetur recuperat, nota ſin-
1 gulariter,vxorem poſſe retinere * bona viri
præmortui,pro dote ſua, & mutare titulum
poſſeſsionis ſuæ iure familiaritatis, quem
forſan anteà habebat,*I*oſeph.Ludoui.deciſ.
Peruſ.109.nu.13 par.2 Burſa conſ.8.num 15.
verſ inſuper,vol.1.Canalca.de vſufru.mulie.
Rel.num.201.Milaneſ deciſ. 13.num. 1.lib.
1.gloſſ.& *D*octor in l.cum nemo, C. de acq.
poſſ.Bald.in l.penult.C.de pignorat.actio. Ri
min.Iun.conſ.100.nu 14.& 22.vol.1. Verum-
2 tamen prædicta tituli mutatio tribus * cop-
pulatiue concurrentibus fieri tantùm per-
3 mittitur, primò, quòd coſtaret de tali * vo-
luntate & mutatione, Rimin. Iun. conſ.100.
nu.23.in fin.vol.primo,per l.3.§.ſi rem in fin.
ff.de acquir.poſſ.Soec conſ.131.col.3.vol. 1.
Curt.Iun.conſ.168 nu.36.Butr.conſ.9.vol. 1.
*H*ieron.Gabr.conſ 51.nu.38.lib.1.& ſuffiecet
4 * declarationem dictæ mutationis tituli fie-
ri tempore moleſtiæ,Burſa.conſ.425.nu. 18.
5 vol.4 Secundò,quòd fiat demum * noua cau-
ſa accedente poſt primam,& non ex cauſa
de præterito,Hiero.Gabr.conſ.51. num.27.
vol.primo,Auall.conſ.77.nu.28.vol. primo,
Socci.Sen.conſ.131.nu. 7. vol. primo, Ruin.
conſ.61.nume.13.verſ.nec obſtat, quod iſto
6 caſu,volu.1.Tertio,vt * non fiat in præiudi-
tium tertij, cui anteà fuiſſet ius quæſitum,
Rimin.Iun. conſ. 100. ſub nu. 25.vol.1.Cra-
uett.conſ.171.nu.91.vol.primo.

Annot ad Singul. II.

*Num.*1.] In materia huius ſingul. vide latisſime Caroc.deciſ.21.Magon.deciſ.Lucen.64.

SINGVLARE, III.

IN cap ritus 138.nota ſingulariter, abſo-
1 lutionem * à periurio debere peti à ſum-
mo Pontifice,non autem ab ordinario,Cra-
uett.conſ.6.nu.93.vol.1.& conſ.1000. nu. 7.
vol.4.Gemin.conſ.105.num.6.

SINGVLARE. IIII.

IN cap.ritus 112.in tex.ibi,dentur credito
1 ri in ſolutum, nota ſingulariter, quod *
creditor,qui fuerit poſitus in poſſeſsionem
bonorum debitoris ex ſecundo decreto,non
poterit agere pro eodem debito contra per
ſonam ipſius debitoris, vel alia eius bona,
Theſaur.deciſ.*P*edam.147 nu.2 & 3. vbi te-
ſtatur hanc eſſe magis communem opinio-
nem,Socc Iun.conſ.41.col.2.& conſ.62.nu.21
vol.3.Alciat.conſ.109.col.1.Pariſi. conſ. 81.
num.27.vol.2.*Silua*.conſ.102.col.1.Crauett.
conſ.477.nu.6.vol.3.Quicqnid dixerit, Dec.
in l.iubere cauere,num.16.ff.de iur.om. iud.
& conſ.12.col.1. Curt. Iun conſ. 132. col. 1.
2 Quæ quidem * poſſeſsio,ſeu poſſeſsionis tra
ditio eſſet neceſſaria etiam in incorporali-
bus,corporalibus inhærentibus,Tiraq.de re
tr.ſangu.§.6.gloſſa 1 nu 9.in fin.Bald.in l.tra-
ditionibus,circa fin.C.de pact.& in l.1.circa
fin.C.comm.vtriuſque inditij, Alex. conſi.
184.col.2.verſ.vltrà prædicta,vol.6. Licet ſe-
3 cus * eſſet non ſequuta traditione rei adiudi
catæ,Gozza conſ.42.nu.15 quem videtur ſe
qui Theſaur.deciſ.147.ſub nu.1.

SINGVLARE, V.

IN pragm.2.tit 47.tom.1. fol. 156. in tex.
ibi de furti & rapinæ,nota ſingulariter eſ-
1 ſe magnum diſcrimen inter * furtum & ra-
pinam, quia furtum dicitur à furuo verbo
græco,quod latinè nigrum dicitur, eo quòd
clandeſtinè abſque vi contrahitur, Plot. in
tract.de in litem iur.§.42.nu.4.per l. 1. ff. de
furt.gloſſ. 1 §.fin.auth.iud. gloſſ. l. ſi cum ex-
ceptione,§.qui vim, ff. de eo quòd met. cau-
ſa,Barth.in auth. ſed nouo. C. de ſeru. fugi.
2 Rapina verò * dicitur, quando palam fue-
rint bona aſportata,etiam quòd vis non in-
teruenerint,dummodo habuerit arma, pa-
ratus vim facere,Bart.in l.2.ff. vi bon. rapt.
Alex.conſ.103.nu 8 & 9.vol.1. Ioan. Andr. in
add.ad Specul.tit.de rapt.§.1.in prin.Angel.
in l.ſi quis ex domo,ff. de furt. Plott. in d. §.
3 42.nu.5.Vndè * ſtatutum faciens mentionem
de rapina,non haberet locum in furto,Plott.
in d.§.42.num.7.in fin. Bald.in l. ſi te, C. ex
quib.cauſ.in fam.irrog.& in l.tranſigere,col.
3.C.de tranſact.

SINGVLARE, VI.

1 IN ead.prag.2. nota ſingulariter, vt * fa-
uore paupertatis in extrema famis neceſ
ſitate

ſitate conſtituto permiſſatur in foro fori,& in foro poli commeſtibilia ſurripere.Benincaſ.in tract. de pauper 9. ſpecial. circa iud. nu.20.Archid.in cap.pœnale 14.quæſt. 5. Cagnol.in l.quæ propter,num.4. ff.de reg. iur. ſurd.in tract.de alim.tit.8 priuil.39.num.4.
2 Ac etiam * alias res,quæ eſui non ſeruiunt, vt ex earum pretio fami occurratur,Surd.d.
autem valeret ſubiugatio pro debito tertij,
etiam confeſſo, vt irreuocabiliter ſubſiſtat,
Paris conſ.75.nume. 77. & 78. vol.4. Viuius
lib 2 deciſ.369 num.6.Niſi in prima inſtan-
3 tia * quia ſtatutum loquens de ſolutione ha-
bet locum in confeſsione Milanenſ.deciſ. 6.
num.27.par.2.Bal.in l.ſi non ſortem,§ inde-
bitum col.2 ff.de cond. indeb. Dec. in l. 2. §.
4 vlt.col.5. ff. ſi cert. petatur. Quinimo * nec
etiam exacto, ſaltim propter impenſas in
exactione erogatas, Milanenſ.deciſ.2.nu.50.
par.2.fol.15 Corn.conſ.37.verſ.nec tantum,
vol.2. *Maſcar* vol.2.de prob.concl.661.nu.2.
5 *Verum tamen* * pro ſumma exacta deductis
expenſis remaneret valida ſubiugatio, &
pro ſumma nô exacta, vel pro impenſis cor-
rueret, Bal.in cap.1.col.1. extra de iure iur.
Natt.conſ.497.num.11.vol.3. Milanenſ. de-
ciſ.2.num.52.63.& 64 par.2.vbi teſtatur.ita
omnes teſtari & alias fuiſſe deciſum. Et ſi-
cut poteſt dari debitum, vel alia res pro con
ſtituendo cenſu, ita pro eius diſſolutione, &
caſſatione, ſeu redêptione, emptore conſen-
tiente, Milanenſ.deciſ.2.num.74.par.2. *Mar*
tin.Azpilcuet.in tract de vſur.quæſt. 37. nu.
123.ſol.85.gloſſ.in verſ. conſentientis l. pre-
tij.cauſa, C.de reſcin.vend.Franc. Marc. de-
ciſ.21.num.15.& 16.par.2.

Annot.ad Singul. X I.

*Num.*1.] Vide late *Ant.* de Ball. lib. 5. ad
prag de cenſ.q.5.fol.279 Maſtrill. in addit. ad
Gregor.de cenſ.q.5.nu.172.

SINGVLARE, XII.

1 IN ead. pragm. nota ſingulariter, quòd *
tertius poſſeſſor exactus, obtinenſque ceſ
ſionem à ſubiugatario, ſi egerit contra alios
poſſeſſores bonorum, eorum oppoſitiones
reijciuntur pro rata corporum, etiam in pri
ma inſtantia, ex practica. quæ in magna cu-
ria inoleuit, & de indè fit liquidatio, quantû
capiet rata pretij per ceſſionarium poſſeſ-
ſi, quia ſufficiet ab initio ſubiugationem cô
tinere ſummam certam ſuper omnibus præ
dijs ſubiugatis Milanenſ.deciſ.1.num 29 30.
31. & 32. par. 2 per doctrinam Gram.deciſ.
58.num.11.Socc.in l.pecunia quam, vbi *Dec.*
num.8.ff ſi cert.pet.Vrſill.ad Aff. deciſ. 205.
ſub num 7. Dec.conſ.383.verſ. & hoc maxi-
me dicendo, Burſa conſ.104.num. 25. vol. 1.
Surd.conſ.38.num.24.& 25.Capic. deciſ. 51.
2 num.3.& 9 Niſi * bona à tertio poſſeſſa fuiſ-
ſent indemnia ſeruata ab altero ſubiugan-
tium, puta, quia ad eum tantùm ſpectabat
debitum, quia tunc oppoſitiones aliorum
poſſeſſorum in totum reijcerentur, Mila-
nenſ.deciſ.2 num.54.verſ.& in hoc par.2.

Annot.ad Singul. X I I.

*Num.*1] Adde late Maſtrill. in addit. ad
Gregor de cenſ.quæſt.6.nu.104.

SINGVLARE, XIII.

1 IN ead. pragm. nota ſingulariter, quòd *
exequutionem paratam, & priuilegiatam
non ſolum habebit ſubiugatarius principa-
lis, ſed etiam eius ceſsionarius, Caſſan.ſuper
conſuet.burg.tit.de cenſib.rub.11.§ 6.num 8
Xuarez in l.poſtrem.iudicatam verſ. ſepti-
mo ff. de re iud. fol. 571. Duen. regul. 277.
ampl 3.Maſſa.de forma cammeral. oblig. 2.
quæſt.1.particul obl.ſol.40.Berous conſ.187
num.26 vol.1.Cum.in cap.ritus 29. nume.1.
per illum tex.& in cap.ritus 25.num.26 Bar.
in l.1.ff.de act.& obl.Foller.ſuper Bulla verſ.
tanquam res iudicatas nu.26.Bal.in l. ex le-
gati, in fin.C.de legat. Paul.de Caſt. in l. po-
ſtulante col.2.ff.ad Trebel.Bar.in l.1. col. 5.
ff.de actio.& obligat Quicquid dixerit, Bald.
2 in l.per diuerſas, C.mãdati. Conſtito * prius
de iuribus ceſsionis citatis debitoribus,
Boer.deciſ.10.in prin, Socc.conſ.89.volum.3.
Alex. conſ.95.num.9.vol.2 Bertrand.conſ.21
vol.1.Auall.conſ.20.num.14.vol.1.Brunor. à

Sole

Digitized by Google

Sole quæſt.12.Lauren.Rodulph.in tract.cau-
telar 256.cautela,Surd.conſ.22.num. 1. & 2.
vol.1.Peregrin.Iann.in tract.de citat.realib.
lib.2.cap.2.num.19.Aſin de exeq.§.1.cap.28
num.14.& cap.49.num.4 Menocch.conſ 658.
3 ſub num.4.vol 7.Licèt in regno * diſcutiatur
de iuribus ceſsionis poſt adimpletam exe-
quutionem,Milanenſ.deciſ.1.nu.41.

Annot.ad Singul. XIII.

*Num.*1.] Adde late eund.Intrigl.ad Bull.de cenſ.quæſt.12 Graſſ.de except.in prælud num. 181.Iannin.de cit.real.lib.2.c.2.nu. 3. Chartar. deciſ. 63.

SINGVLARE, XIIII.

1 IN ead. pragm. nota ſingulariter, quòd *
pactum de repetenda ſorte principali vi-
tiatur & non vitiat contractum ſubiugato-
rium habentem omnia ſubſtantialia bullæ,
etiam quòd fuerit adiectum in eodem con-
textu inſtrumenti,poſt tamen perfectionem
ipſius contractus,& in diuerſa oratione,Mi-
lanenſ.deciſ.2.num.27.& 31.par.2.Berous in
rub.extra de appell num.13 Fan. de pignor.
4.membr.circa fin.num. 34. Guerard. conſi.
150.verſ.tamen quoniam prædictum,Rimin.
2 Iun.conſ.777.col.2. Verum tamen ſi * pactũ
prædictum adiectum fuerit antequàm con-
tractus ſubiugatorium perfectus fuerit, ſeu
omnia eius ſubſtantialia haberet, vitiare-
tur,& vitiaret Milanenſ.deciſ.2.nu.30.lib.2.
3 Niſi * adeſſet clauſula apponi ſolita à nota-
rijs,quod omnia verba & pacta, quæ repu-
gnarent diſpoſitioni bullæ,& regiæ pragma-
ticæ, haberentur pro non appoſitis & regu-
lentur ad formam,& tenorem ipſius bullæ,&
regiæ pragmaticæ,Milanenſ.deciſ.2.num.32
lib.2.Hieron.Gabr.conſ.47.num.7.vol.2.Ni-
4 col.Guerard conſ.150.circa fin.Vel niſi con-
ceptum fuerit pactum,caſu quo res ſubiuga-
ta periret,vel deſierit eſſe in dominio ſubiu-
gantis,puta ſi ex pacto de retrouendendo,
vel ex diſpoſitione ritus redimeretur, vel
emphiteutica incideret in commiſſum, vel
feudalis deuolueretur non iure ſucceſsionis,
ſed ex pacto & prouidentia,vel alijs reperi-
retur obnoxia,& obligata, ſeu fideicommiſ-
ſo ſubiecta, vt tunc poſſet cogi venditor ad
expromendam pecuniam ad ſortem aſcen-
dentem, vt emantur alij redditus tutiores,
vel alia prædia libera,quæ intelligantur nũc
pro tunc ſubiugata,pro vt ipſe venditor ca-
ſu prædicto euenientem ea ſubiugauit,& ſub-
iugat,onerauit,& onerat,grauauit,& grauat
qu ià valeret,Milanenſ.deciſ.2.num.104.105.
& 120.lib.2.fol.18. & 19. vbi ſubijcit, ſecus
5 eſſe,ſi conciperetur,vt aliquo caſu prædicto-
rum emptor poſſet repetere ſortem prin-
cipalem.

Annot.ad Singul. XIIII.

Num 1.] De pactis quæ in contractu cenſuali vitiant,vel vitiantur,vide late Roder. de ann.redit.lib.2. quæſt.1. Ant. de Ball. lib. 5. ad prag.de cenſ.quæſt.17.fol.296.

*Num.*4.] Vide eund.Intrigl.ſingul. 159. hoc eod.lib.& ſuper Bull.de cenſ.quæſt. 82. Ant. de Ball.d.quæſt.17.num. 11.Maſtrill.deciſ. 95.& in addit.ad Greg.de cenſ.q.5.nu.240.

SINGVLARE, XV.

IN ead.pragm.nota ſingulariter,vt valeat
1 pactum de redimendo * cenſu in pluribus,
& diuerſis ſolutionibus ſortis,Milanenſ.de-
2 ciſ.2.num. 75. lib. 2. Quià (inquit) in * hoc
pacto eſt maior emptionis ratio,quàm vſu-
ræ ſuſpitio,Sot.de iuſt.& iure,quæſt.5.art.3.
concl.4.Ioan.Baptiſt.Lup.in l.2.C.de pact.in
ter empt.& vend.comm.2.§.2 num. 7.

Annot.ad Singul. XV.

Adde quod econtra validum eſt pactum ne poſſit redimi cenſus,niſi tantum in vnica maſſa.Sarmien.ſelect.interp.lib.7.c.1.nn.28.Iacob. de Graſſ.deciſ.aur.lib 2.c.118.nu.24. Molin. de contract.diſp.393. verſic. cum Pius V. Spin.de teſtam.par.13.gloſſ.rubr. nu.37. Roder. de ann. redit.lib.2.q 18.num.35.Feder. Martin. de iur. cenſ.c.6.num.386.Leſſ.de iuſt.& iur. lib. 2. cap. 22.num 73.Videtur enim hoc pactum iuri communi conforme,per quod depoſitum debet eſſe integrum,vt extinguantur vſuræ l. obſignatione,vbi Gloſ.& DD.C.de ſoluc. l.tutor §.Lucius ff.de vſur.Foller.ad pragm.de cenſ.in ver. inſtrumento gratiæ num.49.& 50.Milan.deciſ. 18.num.27.lib.2.

SINGVLARE, XVI.

1 IN ead. pragm. nota ſingulariter, quòd *
ſubiugatio facta in contractu dotali ad
electionem ſponſi, ſi maluerit cenſum eme-
re tempore maturatæ ſolutionis, vel pecu-
niam dotalem exigere,non valet,ne ſtaret in
pendenti,vel collata in voluntatem tantùm
emptoris,Milanenſ.deciſ.2.num. 125. lib. 2.
fol. 19. per l. in vendentis, C. de contrahen.
empt.& vend.cuius meminit,Alexan. conſi.
2 23.num.7.vol.7.Niſi in * ſubiugatione fuiſſet
adiecta clauſula ex nunc,pro tùnc,& è con-
trà,quæ trahit tempus futurum ad præſens,
& præſens ad futurum,Menocch. conſ. 106.
num.326.vol.2 Alciat.reſp.528.num. 4. Bo-
nifat.Roger.conſ.5. num. 16. vol. 1.Hieron.
Gabr.conſ.109.num.8.& 9.vol.2. Surd. conſ.
271.num.22.& conſ.179.nu.12. vol.2. Tiraq.
de retr.conuent. §.2. gloſſ.1.num. 86. Marc.
3 Ant.Eugen.conſ.7.num.20.Vel niſi * collatio
in voluntatem contrahentis fuiſſet facta ad
tempus præfinitum,Hiero.Gabr.conſ.73.n.
5.vol.1.Cyn.& Ang.in d.l.in vendentis,Ioan.
Faber in §.emptio.inſtit.de actio.

4 Et talis * nullitas cum proueniat ex inſpe-
ctione actorum, ſeu inſtrumentorum ipſius ſubiugatarij, admittitur, etiam in prima inſtantia iuditij exequtiui, ſecus ſi nullitas veniret probanda ex inſtrumentis, etiam publicis ipſius ſubiugatis, vel tertij poſſeſſoris, quià tunc non admitteretur antè factam ſolutionem, Milanenſ. deciſ. 2. num. 159. par. 2. fol. 21. *Alex.* conſ. 36. num. 3. volum. 6. & cõſ. 203. num. 4. volum. 7. Imol. in *l.* 2. num. 3. ff. qui & à quib. appell. non licet.

SINGVLARE, XVII.

1 IN ead. pragm. nota ſingularitèr, quòd * ſubiugatio facta ſecundùm formam bullæ, & Regiæ pragmaticæ nullis expreſſis pactis, & requiſitis ipſiarum valet, ac ſi fuiſſent omnia requiſita expreſſa in inſtrumento bullari, Milanenſ. deciſ. 2. numero 85. par. 2. fol. 17. Decian. conſ. 33. num. 28. & 29. volum. 1. & conſ. 72. num. 33. & 34. volum. 2. Dec. Cagn. & Mainer. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regul. iur. Surd. conſ. 198. numero 6. verſ. contrarium vol. 2.

2 Et ſi * dicatur ſeruanda pro forma non ſufficere adimpleri per relationem, *Plot.* de in litem iur. *§* 9. num. 7. vbi teſtator communem opinionem, Socc. conſ. 24. num. 20. 21. & 22. vol. 1. Bald. conſ. 110. col. 2. vol. 1. Magiſter ſententiarum. *Petr.* Lombard. lib. 4. ſenten. rubr. de forma baptiſmi capit. 2. & capit. 3. *Abb.* in capit. 1. columna fin. extra de baptiſmo, Fab. Turrett. conſ. 91. numero 19. Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 7. numero 188. cum concord. in 1. cent. de ſubſtit. quæſt. 12. num. 80.

3 fol. 23. Reſpondetur in * contractu ſubiugatorio de forma ſubſtantiali tria ſolùm exiſtere conſenſum, ſcilicèt, rem ſue cenſum, & pretium, alia verò dici de forma accidentali, Milanenſ. deciſ. 2. num. 184. & deciſ 8. nu. 52. in fin. par. 2.

Annot. ad Singul. XVII.

Contrariũ tenet Maſtrill. in additt. ad Greg. de cenſ. quæſt. 5. num. 260.

SINGVLARE, XVIII.

1 IN ead. pragm. 2. nota ſingularitèr, quòd * ſi teſtes ſuper poſſeſſione, ſeu detentatione tertij concludenter producti non fuerint ante exequtionem, non prodeſſet alios teſtes produci poſt exequutionem, Milanenſ. deciſ. 3. num. 7. par. 2.

Annot. ad Singul. XVIII.

Ad materiã huius ſingul. vide omnino Graſſ. de excep. excep. 16. nu. 9. Burg. de Laudim. par. 3. inſp. 40. num. 96. Maſtrill. in add. ad Greg. de cenſ. q. 6. num. 98.

SINGVLARE, XIX.

1 IN ead. pragm. nota ſingularitèr, quòd * illi tertij detemptores obligatur ad cenſua lia, qui detinent ad proprium commodum, atquè ita non intelligitur de detentatione nuda, infructuoſa, & inutili, Milanenſ. deciſ. 3. num. 61. par. 2.

SINGVLARE, XX.

1 IN ead. pragm. nota ſingularitèr, quòd * pater qui donationem fecerit filio bonorum ſubiugatorum ſecundum bullam, & pragm. prædictam de cenſibus, conuentus vti tertius pro annualitatibus, non auditur in exceptione poſſeſsionis iure familiaritatis, Mila-

2 nenſ. deciſ. 3. num. 70. par. 2. Quia & ſi * in bonis donatis filio, non acquiratur ipſi patri vſufructus, *Anna* alleg 73. numero 3. & 4. Caccialup. & Iaſ. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. ille, num. 76. & 91. iſte. numer. 44. *Crauett.* conſ. 543. num. 2. & conſ. 555. num. 3. Surd. conſ. 259. num. 15. Iaſ. in l. 2. §. quòd in patris, num. 30. & 31. ff. ſol. matr. Vince. de Fran-

3 ch. deciſ. 4. numero 17. Licèt * contrariam ſententiam, vt patri acquiratur vſufructus in bonis donatis, vti ſuſtentabilem tenuerit, Mi

4 lanenſ. deciſ. 3. numero 124. par. 2. Tamen * acquiritur ipſi patri commoditas vſufructus, & in bonis donatis, & in omnibus alijs, in quibus aliàs vſufructus non acquiritur, Milanenſ. deciſ. 3. num. 74. 75. 76. & 77.

5 par. 2. vbi ſubijcit, commoditatem dici * fructus fructuum, quos filio in tempore habili reſeruare neceſſe habebit, Paul. de Caſt. conſ. 455. ſub numero 7. volum. 2. Iaſ. in l. cum filio, ſub num. 58 ff. de leg. 1. Burſa. conſ. 133. numero 32. volum. 2. *A Ponte* conſ. 31. nume. 5. atquè ita poſſidet, & ad ſui commodum.

6 Et * poſſet eſſe adminiſtrator filij minoris, quamuis ei non quæratur vſufructus, Milanenſ. deciſ. 3. num 97. par. 2. Cagnol. in d. l. frater à fratre, numero 161. per l. non ſolum, §. ſin autem in ſecundo C. de bon. quæ lib. Corn. in auth excipitur, C. eod. Vinc. de Franch. deciſ. 10 nume. 8. par. 1. Burſat. conſ. 135. num. 31. vol. 2.

SINGVLARE, XXI.

1 IN ead. pragm. nota ſingularitèr, quòd * pactum apponi ſolitum in contractu ſubiugatorio ſecundùm bullam, & pragm. de cenſib. ſcilicet, quòd pignora vendantur ad diſcurſum vltimo exemptori, & plus offerenti ſeruatur, etiam contra tertios detemptores bonorum ſpecialitèr ſubiugatorum, Mila-

2 nenſ. deciſ. 7. num. 31. par. 2. Quia * contractus ſubiugatorius vti indiuiduus, eſt vnitè obſeruandus, Surd. conſ. 150. numero 21. & conſ. 13. numero 19. A Ponte conſ. 12. numero 10.

3 Vnde * quatenus pragmatica, priuilegiat exequutionem contractus bullæ contra tertium, videtur eam priuilegiare cum omnibus pactis in eo contractu adiectis.

L Annot.

3 Contrariam * ſententiam tenuit *Me*-
nocch.d præſum.129.ſub nume. 37. Roman.
conſ.318.num.5.iaſ.in l.vnica, *C.* de his quæ
pænæ nomine,Tiraq.de nobil.cap. vlt. num.
105 Iacob. de *Arena* in tract. de ceſſ actio.
ſub nu.50.Maſcar.vol.1.de prob. concl. 558.
nu. 21.vbi teſtatur communem opinionem.
Iacob.à S.Georg.in l.1. num. 13. ff. de alien.
jud.mut.cauſa,Duenn. reg. 88. limit. 4. Go-
mes.ad regul.cancell.in reg de ſubroga.col-
litigator.quæſt.1.verſ.dicitur etiam.
Præſumitur etiã ceſsio ſimulata de iure
4 communi,quando * in potentiorem, etiam
non ratione fori facta fuiſſet; Menocch. lib.
6.præſum.par.2.præſum 129.num.36. Bal. in
l per diuerſas,num.23.C.mand.& in l.2.C.ne
liceat potent.Ioan.de *Amic*.conſ.24.num.7.
Iacob.de Arena in tract de ceſs. actio. nu. 6.
Ioan.de Graſsis in tract.eiuſdem tit.§.1.nu.
5 2.*V*eluti ille * qui haberet merum, & mixtũ
imperium,& poteſtatem ſuper alium de iu-
re,& de facto,Menocch d.præſum.129. num.
37 Bald.in d l.per diuerſas,num.23. & conſ.
151.col.1.lib.1. Crauett.conſ. 205. num. 43.
*A*bb.in cap.2. de alien.iud. mut.cauſ. facti.
Ioan.Iacob.de Leonard conſ.114 nu.350.in-
ter conſ.Alber.Bruni.Niſi * fuiſſet facta po-
tentiori ſanguine coniuncto, quia tunc va-
leret.Menocch d.præſum.129.num.39. Bald.
in l.qui ſtipendia,num.3 C.de procur.& in d.
l.per diuerſas quæſt.9 Ioan.de Amicis conſ.
24.num 8.Tiraqu.in præfat.tract.de retract.
lign num.53.& 54.Cephal.conſ 64 nume. 32.
volum 1.*A*uall.conſ.16.num.45.vol.3.Affl.in
tract.de iure prothomit.§.5.num.5. Et mul-
7 to fortiùs ſi conuinctos * fuiſſet,etiam ſcho-
laris.Rebuff.de priuil.ſchol.377.priuil.num.
1.Horat.Lutius in tract.eiuſdem tit.25. pri-
uil.Angel.in l.1.ff.ſol.matr.Ioan.de Graſſ. de
ceſs.iur.& act.§.3 num.3.Iacobin.in l.1.num.
8 92. *C.* ne liceat potent. Sicut * etiam inter
coniunctos valeret ceſsio ſine expreſsione
tituli,Tiraq.in præfat. tract. de retr. ſangn.
nu.54.Alber.in l.patrem,nu.3.ff.quæ in frau-
de.credit.Salic. in l.2. verſ tertio ſi. titulus.
*C.*ne liceat potent.Bald.in cap.literas, col.
vlt. extra de præſum. *Ant.* Gabr. d.concl.5.
9 num. 34. Licèt * regulariter ſi non interue-
niat titulus præſumatur ſimulata.Bar.in d.l.
per diuerſas,*I*oan.de Graſs.in tract.de ceſs.
iur.§.1.in fin.Specul.tit.de procur.§.ſequitur
videre in prin.Bald.in l.2.C.ne liceat potẽt.
Menocch.d.præſum.126.num.20.Ant. Gabr.
d.concl.5.num.32.Milanenſ.decil.19.num.28.
10 par.2.Generaliter autem * quis dicatur po-
tentior iudicis arbitrio remittitur, Menoc-
ch.de præſum.129.num.38.Bald.in d.l.per di
uerſas,num.23.C.mand.
11 Item præſumitur * ceſsio ſimulata quate-
nus accedit numeratam quantitatem, Me-
nocch.d.præſum.129.num.2. & ſeq. vbi am-
pliat limitat, & declarat, Ant. Gabr. lib. 2.
concl.tit.de action.concl.5.num.1.vbi etiam
ampliat.& limitat,Bald.in l.2.col.1.C. ne li-
ceat potent.*I*nnoc.in capit.fin de alien.iud.
mut.cauſa fact.Soec.conſ.18. col. fin. vol.1.
Ruin.conſ.72.col.1.vol.5. Iacob. de *A*ren. in
tract.de ceſſ.actio.num.12.*I*oan.de Graſſ. in
12 tract.eiuſdem tit.§.1 nume. 3. *N*iſi * facta
fuiſſet non animo vexandi illum,contra quẽ
huiuſmodi ceſsio facta fuerit, ſed ex iuſta
cauſa,Ant.Gabr.d.concl.5.nu. 15. Menocch.
d.præſum.129.nu.16.gloſſ.Bart.Cyn. & Ioan.
13 Faber in l per diuerſas, C.mand. *V*el niſi *
ex legitimo titulo contractus nominati, vel
innominati,quià tunc ſemper ceſſaret præ-
ſumptio ſimulationis, Ant.Gabr.d.concl. 5.
num.18.& 20.Bart.& *I*oan.Faber in d. l. per
diuerſas,C.mand.Salic.in l.ab anaſtaſio, co-
lum.2.C mand.Bal.in l.1.C.de actio & oblig.
14 Item præſumitur * ceſsio ſimulata, quan-
dò de numeratione pretij,etiam iuſti ſolum
conſtaret per confeſsionem cedentis,& ceſ-
ſionarij.Menocch.d.præſum. 129. nume. 20.
vbi teſtatur hanc eſſe magis receptam opi-
nionem *A*nt.Gabr.d.concl.5.num. 23. Cra-
uett.conſ.145 num.7.Tiraq.in l.ſi vnquam in
ver.donatione largitus,num.77.C.de reuoc.
donat.& in tract.de retr.ſangui §.1.gloſſ.18.
num 85.Roma.conſ.86.num.9.Alex.conſ.36.
col.1.lib.2.*P*lot.in tract.de in litem iur.§ 16.
ſub.num.11.verſ.& quamuis,Viuius lib.1.de
ciſ.158.num.1.& 2.vbi ait procedere, etiam
quòd confeſsio fuiſſet iurata, Anchar conſ.
338 col 1.Quicquid dixerit,Bald. in l. 2. nu.
5.C.ne liceat poterit.
15 Item præſumitur * ceſsio ſimulata, quan-
do in ipſo ceſsionis actu fuiſſet pretium nu-
meratum, deindè paulò poſt fuerit illud re-
ſtitutum ceſsionario, Menocch. d. præſum.
129.num.25.Bart.in l.per diuerſas,C. mand.
ille,nume. 17. iſte, num. 20.Rimin.Sen.conſ.
407.num.8.lib 3.Affl.in cap.1.in prin.nu. 42.
ff.de feud.dato.in vicem legis commiſſ. Soc.
Iun.conſ.97.num.70.lib.2.Viuius lib.1.deciſ.
158.num.7.Carauit.ritu 328.num. 12. Fulg.
conſ.179.col 4.
16 Item præſumitur * ceſsio ſimulata,quan-
dò cedens finxerit ceſſionarium eſſe ſuum
creditorem,& deindè cauſa illius crediti ei-
dem ceſſerit actiones contra ſuum aduerſa-
rium.Menocch.d.præſum.129 nume.26.Bar.
in l.per diuerſas,num.19.C.manda. Roman.
conſ.450.nu.1.Fulgoſ.conſ.205. *A*ret. conſi.
36.col.1.& conſ.95.in 2.dub.
17 Item præſumitur * ceſsio ſimulata, quan-
dò fuiſſet pro parte vendita.& pro parte do
nata,*M*enocch.d.præſum.129.nu. 27. & 28.
vbi declarat,Bald.in l.vlt.col.1.C.mand.& in
l.vlt.C.ne liceat potent.& in l.vlt. C. de re-

Digitized by Google

pud.hæred.Bart.in l.per diuerſas,nume. 5.C. mand.Roma.conſ.450.nu.2.Cepoll. in tract. de ſimul.contract.num.43.Socc.Iun. conſ. 97. num.71.lib.2.Innoc.in cap. fin. de alien. iud. mut.cauſa facta,Ant.Gab.d.concl.5.num.45. & 46.vbi ampliat tribus modis, Specul. tit. de ceſſ. action. colum. 6. Iacob. de Arena in tract.ceſſ.actio.nu.11.Ioan.de Graſſ. in tract. eiuſdem tit.§.1.ſub.num.3.Plot.in d.§.16.nu. 15.ſub.verſ.& quamuis.

Annot.ad Singul. XXXI.

*Num.*2.] Vide Iannin.de cit.real.lib.2. cap. 2.num.43.

*Num.*11.] Vide late Iannin.d.c.2.nu.47.cum multis ſeqq.

SINGVLARE, XXXII.

IN cap.ritus 112.in tex. ibi ad diſtractio-
1 nem,nota ſingulariter, quòd * tertius ha-
bens vltrà hipotecam anteriorem, conſtitu-
tum rei hipotecatæ poterit comparendo im
pedire adiudicationem,& diſtractionem,Mi
lanenſ. decif.12.num.135.par.2.Gram. deciſ.
92.numero 21.Natt.conſ. 300. vol. 2. Etiam
2 quòd * tractetur de nomine debitores, quia
poſſet idem tertius impedire adiudicatio-
nem,& petere,vt ſibi aſsignetur,Natt. conſ.
300.nume. 2. volum. 2.Milanenſ.d.deciſ.12.
num.136.par.2.Alex.conſ.15. nume. 4. & 5.
vol.6.Goffred.conſ.6.num.17. Crauett. conſ.
109.num.33.vol.2.

Annot ad Singul. XXXII.

Adde Anton.de Ball.lib.5.ad pragm. de cenſ. q.2.nu.6.fol.270.

SINGVLARE. XXXIII.

IN cap. regni Regis Charoli 118. in text.
1 ibi refutatione,nota ſingulariter, quòd *
refutatio facta, etiam proximiori ſub con-
ditione non valet ſine regio aſſenſu, non ob-
ſtante extrauagante volentes, Milanenſ. de-
ciſ.1.num.161.lib.1.Ioan. Thom. de Marin. in
tract.de genet. & qualit. feud. rub. de feudo
ex pacto,& prouid.antiq.num.123.in fin. Si-
giſm.Lofred.conſ.9.colum. 2. cum concord.
in 3.cent.feud.concl. 30. nume. 103. Licèt in
2 * proxime ſucceſſurum,etiam cum reſerua-
tione vſufructus valeat non obſtante diſpo-
ſitione d.cap.volentes,in text.ibi feudo inte-
gro,& indiuiſo permanent,& conſt. conſtitu-
tionem diuæ memoriæ, Milanenſ. deciſ. 1.
numero 158.lib.1.& deciſ.8.num.326.eod.lib.
vbi teſtatur communem opinionem, Ioan.
Franc.Aponte,conſ.12.nu.1.

Annot. ad Singul. XXXIII.

*Num.*2.] Contrarium aperte ſubſtinet,idem Intrigl.deciſ.43.nu.77.

SINGVLARE, XXXIV.

IN eod.cap.regni Regis Charoli.118. nota
1 ſingularitèr, quòd * valebit refutatio in
proximè ſucceſſurum inſpecto tempore re-
futationis, quò ad præiuditium ipſius refu-
tantis, non autem in præiuditium compre-
henſi in inueſtitura, proximioris tempore
mortis,Anna in cap.1.num.191.de vaſſall.de-
2 crep. æta. quia * feudatarius habet feudum
ex pacto,& prouidentia,vel mixtum,vt poſt
mortem ſuam reſtituat proximiori vocato
adinſtar fideicommiſsi,Alex.Trentacinq; in
tract.ſubſt.par.4.cap.12.colum. pænul. verſi.
primo feudum,Dec.conſ.445.nume.33.Ruin.
conſi.151.num.3.volum. 2.Iſern.in cap. 1. §.
hoc quoque de ſucceſſ. feud. Sed quando de-
3 bet * fieri reſtitutio incertæ perſonæ proxi-
miori tempore mortis,non poterit fieri præ
matura reſtitutio, ſeu refutatio proximio-
ri tempore refutationis, in præiuditium il-
lius, qui reperiretur proximior tempore
mortis,Pariſ.conſ.27. ſub numero 22. vol. 3.
Molin.de Hiſpan.primogen. lib. 2. capit. 4.
num.23.24.25.26.& 27. fol. 229. vbi teſtatur
communem opinionem,& dixi in cauſa feu-
di mangia daini,pro Franciſco Sieri,& latiſ-
ſimè in 3.cent.feud.concluſ.86.

Annot. ad Singul. XXXIV.

*Num.*1.] An,refutatione facta in filium primogenitum, vita militia debeatur fratri ſecundo genito à die refutationis,vel à die mortis patris refutantis,vide Ann in rubr. de vaſſall.decr.ætat.nu.224.vbi tenet deberi à die refutationis, ſed contrariam opinionem tenuit idem Ann.all.23.ſecundum quam iudicauit M. R. C. die 20. Decemb. 1595. pro D. Baldaſſare Monteaperto barone Gruttarum contra D. Gaſparem Monteaperto.

*Num.*3.] Vide eund.Intrigl.deciſ. 43. nu. 74. & ſeqq.

SINGVLARE, XXXV.

1 IN cap.ritus 123.nota ſingularitèr, quòd *
clauſula apponi ſolita in inuentario, vt
pro oppoſitis habeantur apponenda, & pro
non appoſitis, non apponenda prodeſt hæ-
redi,Cum.in cap.ritus 27.nume. 12. Bald. in
l.fin.§. cum igitur colum. 4. C. de iure delib.
Bart.in l.item ſolent,colum.4.ff.de off.præfe.
2 vrb.Iaſ.in d.§.cum igitur,colum.3. Niſi * hæ-
res ſcriuerit aliquid eſſe addendum, & non
appoſuerit,vel ſcriuerit non debere apponi,
& appoſuerit,quia tunc non prodeſſet,Surd.
deciſ.216.num.2.Phanut. in tract. de inuent.
par.3.num.40.quem refert & ſequitur,Mila-
nenſ.deciſ.1.num.170 & 171.par. 1. Alex. de
Neno conſ.38.circa fin.Montieui. in tract.de
inuent.quæſt.8.num.52.Cum.in d.cap. ritus
3 27 num.13.Verumtamen * ſcientia, & dolus
tutoris non obeſſet pupillo, Milanenſ. deciſ.
1.num.189.lib.1.

Annot.ad Singul. XXXV.

Adde idem,ſi hæres in confectione inuenta-

rij proteſtetur,quòd alias res non inuenit, & ſi contingat alias reperiri addet. hæc enim proteſtatio eum releuat: excluditque omnem doli præſumptionem Bald.in anth.ſed cum teſtator nu.18.C.ad leg.Falc.Dec.conſ. 633. numero 11. Grat.conſi.25.volum.2.Roland. de confect. inuent.par.4.§.quid ſi hæres potuit numero 7.fol. 104 Surd. deciſ. 222. numero 21. Gamm. deciſ. 148.num.2.

SINGVLARE, XXXVI.

IN conſuetudine nob. vrbis Meſſanæ, cap. 36.rub.de foro compet.nota ſingulariter,
1 quòd viduæ Meſſanenſes non guadebunt priuilegio fori ſuorum virorum præmortuorũ eis conceſſo ratione adminiſtrationis,exercitij,ſeu artis,Milanenſ.deciſ.9. numero 14. & 16.verſ.& ſecundum,lib.1. Alber. in tract.
2 ſtatut.par.1.quæſt. 114. ſecus * ſi fuerit conceſſum ratione dignitatis,Milanenſ.d. deciſ. 9.num.15.

Annot.ad Singul. XXXVI.

*Num.*1.] Adde viduam non gaudere foro mariti defuncti,ſi turpiter viuat,Alex. *Iaſ.* & alij in l.cum quædam puella ff. de iuriſd.omn. iudi. Palac.Ruu.in rubr.de don.int.vir.& vxor.§.67. numero 16.

SINGVLARE, XXXVII.

IN cap.ritus 193.nota ſingulariter, quòd
1 promiſſio * de rato alicuius, eo mortuo ante moram expirat. alias poſt moram habebit neceſſe promictens ratificari facere eius hæredem,vel ad intereſſe teneri, Milanenſ.deciſ.10.num.88.89.91.& 98 lib. 1. Maran,in eiſp.7.num.24.Far.Paul.de Caſt. Fulgoſ.& Angel.in l ſi fine,§.ſi in ſtipulatione,ff. rem ratam haberi,Ang.& Salic. in leg. quòd autem.§.1. ff. de conſt. pecun. Cœphal conſi. 41 nume.7.volum.1 Ruin.conſ.42. nume. 26. volum.1.Mazzol.conſ.24.num.25.Bald.conſ. 102.num.2.vol.3.Ioan.*Petr.*Bimius,conſ. 56. colum.2.

SINGVLARE, XXXVIII.

IN cap.regni regis Ioannis 40. nota ſingulariter,quòd ſi per teſtes aliquis minor ante delictum in aliquo contractu iurauerit ſe maiorem,non debet admicti (per ſuppoſitis literis diſpenſatiuis,& modo procedendi ex
2 arrupto) ad probandum * minorem ætatem antè torturam,ſed benè per inſtrumenta,atque ita per probationes probatas,quæ in notorium tranſitent, Milanenſ. deciſ.12. num. 3.& 9.lib.1.Imol.in l.2.numero 3.verſic. & ſic propriè, ff. qui, & à quib. appell. non licèt, Bald.in cap.paſtoralis, numero 6. ex. de appell. Stefan. Labert. in tract. de contractu, gloſſ.8.verſ.mariti,numero 76. *Anchar.* Iun. in quæſt.famil.lib.1.quæſt,16.num.7.8.& 9.Pariſ.conſ.97.numero 60.volum.1. Ruin. conſi. 194. ſub numero 11.volumine 1.& ſpeciatim ſcriptum reliquit, Prouinzal. in addict. ad repert. Bertacch. in verſic minor, vbi ait ſæpius fuiſſe in M. C. obſeruatum. Et facit,
2 quia ſicut * cauſa principalis,eſt priuilegiata,ita omnes incidentes, & emergentes, & acceſſorij articuli, Alber. de ſtatut. par. 1. quæſt. 57. numero 17. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verſ. ſumariæ, numero 3. Menocch de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.numero 444.& de arbitr.Iud.lib 1 quæſt. 45. numero 9.Rimin.conſi.234.numero 273. lib. 3. Natt. conſi.121.numero 12.Alciat. conſ. 12 lib. 6. Iaſ.in leg.2.numero 5. & 7 C. de edend. diui Adr.tollend.Socc.conſil.136.numero 2.in fin. lib.2.*Plot.*in l.ſi quaudo,numero 153. C. vnde vi,*Phanut.*de in litem iur.part.2.capit.2. ſub,numero 69.Cum.in capit.ritus 46.numero 36. Rimin. Iun.conſil. 741.numero 38.volumine 7.

SINGVLARE, XXXIX.

IN cap.Regni Regis Charoli 78. nota ſingulariter,quòd tutor poteſt conſtituere
1 actorem,maximè * ex cauſa, putà, infirmitatis,abſentiæ,& nobilitatis,vel huiuſmodi, & cum decreto iudicis, Ioſeph. Ludouic. deciſ.Peruſ 4.numero 1. §. fin. inſtit. de curat. Bart.in l.actor,verſ.3. quæro, ff. rem ratam haberi, & in leg.decreto,ff.de admin.tutor.
2 Verùm tamen ſi * actor fuerit conſtitutus pupilli intuitu,is habebit eius bona obligata, aliàs ſi intuitu tutoris creatus fuerit, tutor ipſe eius bona habebit obnoxia Ioſeph. Lugdo.deciſ.4.numero 2.Bart.in l.actor, numero 7. ff. de rem ratam haberi, *Aret.*in §. præterea,numero 41.inſtit.de except.& in §. fin.nu.7.inſtit.de curat.Iaſ.in l.properãdum, §.fin.numero 5.C.de iudit.

Annot.ad Singul. XXXIX.

*Num.*1] Adde,quòd ad hoc, vt tutor poſſit actorem conſtituere,omnino neceſſaria eſt cauſa,ſicuti not. Bart. in l. actor numero 3. ff.rem rat.hab.Alex.& *Iaſ.*in l.neque tutores C.de procur. cum enim neceſſarium ſit decretum iudicis leg.decreto ff.de admin. tut. Gail. qui de comm. teſtatur,obſer.cam.imper. lib. 2. obſer. 107.numero 6.ſequitur,vt neceſſaria etiam ſit iuſta cauſa, nam vbi requiritur decretum in dubio intelligitur cum cauſæ cognitione, l. cũ hi §. vult igitur, vbi Bart. *Iaſ.* & alij ff. de tranſact.

*Num.*2.] In materia an actoris bona ſint tacite obligata pupillo pro adminiſtratione, vide omnino Aldobr.in §.vlt. nu. 23. inſtit. de curator.

SINGVLARE, XXXX.

IN cap.Regni Regis Charoli 214. in text. ibi,pacto de retrouendendo, nota ſingulariter,

1 lariter, quòd * arbores tempeſtate vento-
rum euulſæ, rei venditæ cum pacto de retro-
uendendo, non cedunt emptori, nec vendi-
tori, ſed cauetur per emptorem, de reſtituē-
do eorum pretio venditori redimere volen-
ti, ne, aliàs haberet nudum fundum, & retra-
heretur à redemptione, Ioſeph. Ludouic. de-
ciſ. Peruſ. 5. num. 5. arg. l. arboribus, & l. pro-
culus, §. fin. ff. de vſufr.

SINGVLARE XXXXI.

1 IN cap. ritus 169 nota ſingulariter dici *
notorium delictum facti permanentis,
vel momentanei, ſi etiam illius qualitates
notoriæ non fuerint, puta nullam competere
exceptionem, vel defenſionem reo, Farin.
quæſt. 21. num. 51. vbi etiam teſtatur commu
nem opinionem, Capra. in tract. de notorio
4. membro, num. 59. & 69. Foller. in practica
crimin. ver, item, quòd commiſit crimen no-
torium, Quicquid dixerit, Clar. in §. fi. quæſt.
9. circa prin. verſ. ſed aduerte, Et diſtinxerit,
Maſcar. vol. 2. de probat. concl. 1101. num. 55
& 52.

SINGVLARE, XXXXII.

IN cap. ritus 112. nota ſingularitèr, quòd
1 in * actione pecunioſæ non datur quinde-
na, vt ibi etiam teſtatur Ferdin. Boniornus
in verſ. quindena, quem refert, & ſequitur
Milaneſ. deciſ. 57. num. 56. lib. 1.

SINGVLARE, XXXXIII.

IN cap. Regni Regis Charoli 78. nota ſin-
1 gularitèr, quòd * curator datus filio, vti
dementi à patre in teſtamento, non inducit
eum furioſum, niſi ſequuto iudicis decreto,
ita vt actus à tali filio geſtus ante decretum
validus reputaretur, Ioſeph. Ludou. deciſ. Pe
ruſ. 1. num. 57. & 58. Dec conſ. 86. num. 7. Alex.
conſ. 85. col. 3. lib. 2. Corn. conſ. 69 nume. 30.
volum. 1. Ant. Gabr. lib. 2. Cornel. tit. de ſen-
tent. concl. 5. num. 3.

SINGVLARE, XXXXIIII.

IN cap. Regni Regis Charoli 75. nota ſin-
1 gularitèr, quòd * curator non poterit cō-
promittere in arbitros cum clauſula proce-
dendi de iure, & de facto auferendo vni, &
dando alteri, etiam cum decreto iudicis, Io-
ſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 2. num. 11. 12. & 13.
Ruyn. conſ. 31. nume. 4. lib. 4. Lap. alleg. 102.
Alex. in l. ſi plures, col. 2. ff. de pact. & conſi.
2 254. col. 2. Auall. conſil. 76. num. 12. lib. 1. Et *
compromiſſo nullo, laudum ſubſequutum eſ-
ſet nullus, cum dependeat à tenore ipſius
compromiſſi, Soec. conſ. 95. colum. 4. & conſ.
121. num. 3. lib 3. Dec. conſ. 431 num. 2. Goz-
zad. conſ. 72. num. 5. Auall. conſ. 39. nume. 2.
lib. 1. Crot. conſ. 114 num. 1. Ioſeph. Lugdou.
d. deciſ. 2. num. 18 Pariſ. conſ. 45. num. 31. 32.
& 61. lib. 1. & conſ. 24. num. 96. & 147. vol. 2. l.
non diſtinguemus, §. de offitio, ff. de arbitr.

Annot. ad Singul. XLIV.

Num. 1.] *An*, & quando tutores, vel curato-
res poſſint compromittere cauſas eorum,
quorum tutelam, vel curam gerunt, vide late
Paul. Mont. de tutel. c. 33. nu. 210.

SINGVLARE, XXXXV.

IN cap. Regni Regis Ioannis 45. nota ſin-
1 gulariter, ſuſpendi * poſſe officialem per-
petuum, vel temporalem ab adminiſtratio-
ne offitij, ſi ex informatione capta aliquid
ſubſtantiale appareret circa corruptelam,
vel aliud delictum in ipſo offitio eiuſq; calo
re commiſſum. de quo tamen legitimato
proceſſu ab offitio veniret remouendus,
Vinc. de Franchis deciſ. 8 num. 1. 2. 3. 6. & 7.
2 par. 1. Vbi ſubijcit, poſſe * ſuſpendi ante da-
tionem termini ad defendendum, quià eo da
to non deberet fieri nouatio, Pariſ. in tract.
ſindic. in ver. accuſatio. col. 1. Bart. in l. liber-
tus. §. in quæſtionibus, ff. ad municip. & in l.
quòd ſi fortè, §. ſunt quidam, ff. de ſolu. Ioan.
Faber. in §. ſi quis autem inſtit. de ſuſp. tut.
Bal. in cap 1. verſ. credentia circa finem de
pace conſtantiæ.

Annot. ad Singul. XLV.

Num. 1.] Vide quæ ſcripſi in § ſiquis autem
Inſt. de ſuſp. tut. Cum. in pract. ſyndic. cap. 17.
numero 9.

SINGVLARE, XXXXVI.

IN conſil. nobiliſſimæ vrbis Meſſanæ, cap.
1 22. circa fin. nota ſingulariter, natum * ex
milites Hieroſolimitano, qui profeſſionem
expreſsè fecerit, dici inceſtuoſum ad inſtar
nati ex monaco profeſſo, Vinc. de Franch.
deciſ. 28. num. 1. Imol. & Card. in cap. ad no-
ſtram extrà de hære. ille, col. pen. verſ. dein-
de quæritur iſte, in 7. oppoſ. 3. quæſt. Fælin. &
Dec. in cap. at in clerici extrà de iudit. ille,
col. penult. verſ. ſed ſimile, iſte, col. 12. Paul.
Grilland. in tract. de pen. omnifariam coi-
tus, quæſt. fin. Paleot. in tract. de notis, & ſpu-
rijs, cap. 16. in fin. Bermond. tit. de incell. nu.
30. verſ. & quòd coitus.

Annot. ad Singul. XLVI.

An milites Hieroſolymitani ſint vere, & pro
prie religioſi, vide late *Iacob.* de Graff. conſi.
11. de regul.

SINGVLARE, XXXXVII.

IN cap. ritus 112. in tex. ibi quindenam ad
ſe opponendum, nota ſingulariter, quòd
1 pariat * ſunt non ſe opponere, vel ſe oppo-
nendo proponere exceptiones oſcuras, & ge
nerales, Milaneſ. deciſ. 10. num. 127. 128. 129
lib. 1. Alexan. in l. titiæ textores in princ. ſub

num.

num. 2. ff. de leg. 1. in fin. *Add.* ad *Port.* in §. item Romæ, inſtitu. de excuſat. tutor. in litera b.

SINGVLARE, XXXXVIII.

1 IN cap. ritus 3. nota ſingularitèr * vt quamuis aduocatus litigantis poſſet in magna curia citari infrà ſex menſes, tamen eius citatio non prodeſſet coram delegatis datis de nouo, Marian. Soc. in tract. de citat. art. 7. in caſibus, in quibus requiritur citatio, verſ. 12. arg. leg. edictum, ff. de iudic. Ioan. Andr. in add. ad Specul. rub. de citat. §. fin. num. 8. in l. C. Guid. Papa deciſ. 21. Cum in cap. ritus. 3. num. 10. & 11.

SINGVLARE XXXXIX.

1 IN cap. ritus 139. in tex. ibi cedulæ, nota ſingularitèr cedulam * purificatoriam infrà vigintiquatuor horas ad effectum non miſſam, tranſire in rem iudicatam ex prattica, & obſeruantia Magnæ Curiæ, ſecundum Bonior. Milum, *Platamonem*, & magis communiter noſtrates.

Annot. ad Singul. XLIX.

Vide Mar. Mut. in conſuet. *Panorm.* cap. 42. numero 14.

SINGVLARE, L.

1 IN cap. ritus 119. nota ſingularitèr, vt * liquidatio debeat præcedere exequutionē, *Paul.* de Caſt. conſ. 31. num 4. volum 3. Alex. conſil. 192. num. 3. vol. 7. Oſaſc. deciſ. Pedam. 129. num. 5. & 6 Dec. conſ. 682 num. 9. Bart. in l. per diuerſas, quæſt 10. C. manda & in l. proinde §. notandum, ff. ad l. aquil. Bald. in l. 2. C. de exeq. rei iud. Alex conſ. 188. num. 1. vol. 2. & conſ. 119. num. 2. verſ. facit etiam, volum. 1. Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. & in l. elegantèr, in princ. ff. de cond. indeb. & in l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quant. profer. Bald. in l in teſtamento circa fin. C. de teſtamen. Man. Alex. conſ. 90. ſub num. 8 vol. 3. & conſ 93. circa princ. vol. 4. Iaſ. in d. l. 1 num. 31. Iaſ. in l. ſ. quidem, num. 5. C. de except. Boer. 52. num. 8. Grat. conſ. 40. num. 27. vol. 1. *Auall.* conſil. 20. nu. 9. vol. 1. *Surd.* deciſ. 179. num. 14. *Milanenſ.* deciſ 6. num. 28. lib. 2. & deciſ. 10. num. 67. lib. 1. Carauit. ſuper ritus Neap. 167. num. 4. Caualc. deciſ. 21. num. 35. Magon. deciſ. 62. num. 19. & deciſ. 78. num. 9. Seraphin. de priuil. iur. 77 priuil. numero 39. in fin. Maſſa de camer. oblig. ſub tit. de liquid. num. 6. in fin. & tit. de vi Inſtr. obl. camer. num. 4. & 7. Theſaur. deciſ. 26. num. 5. Menocch. de adipiſc. poſſ. 5. remed. numero 59.

2 Et probaretur * pretium quanti plurimi, etiam quòd penuria fuiſſet paruo tempore, ſeu momentanea, ac etiam quòd res venderetur in domibus priuatorum, & modio ſi fuiſſet talis, quæ minutim vendi ſoleat Milanēſ. deciſ. 6. num. 30. 31. & 32. lib. 2. Maſc vol. 2. de probat. concl. 658. num. 5. vbi teſtatur communem opin Cagnol. col. 2. nume. 351 & 352. C. de reſc. vend.

3 Et ſi * fuerit intereſſe extrinſecum parte citata liquidabitur, Dom. Meus in cap. rit. 24 num. 10. vbi ſubijcit, quòd aduerſus dictam liquidationem poterit pars opponi ante exequutionem, non autem aduerſus liquidationem intereſſe intrinſeci, ſeu pretij ipſius rei, quod parte incitata liquidari poſſet Ioan. *Aloiſ.* de *Sept.* Blaſc. Lanc. Petr. *Penol.* in d. c. rit. Bald. in l. ſi tantum circa fin. & in l. 2. C. de exeq. rei iud. Paul. de Caſt. conſ. 91. nu. 6. vol. 1. & conſ. 165. vol. 2. Socc. conſ. 82. num. 6. vol 3 Couarr. lib. 2 var. reſol. cap. 11. num. 2. verſi. in ſumma.

4 Et * poſſet liquidatio fieri per omnes probationum ſpecies, ſcilicèt, inſtrumenta, teſtes, inſpectionem oculorum, & partis confeſſionem, Caualc. deciſ. 44 num. 67. par. 1. Cum. in cap. ritus 24. num 21. Bal. in l. 2. C. de exeq. rei iud. *Ant.* Maſſ. Galeſ. in tract. de forma Cameræ. ſol 221. num. 4.

5 Et * exequutio eius. quòd eſt liquidum, nō debet retardari propter illud. quod non eſt liquidum, Surd. deciſ. 148. num. 4 per l. ſtatu liberi rationem ff de ſtatu liber. gl. l. reſiduum, C. de diſtract. pignor. l. fin. C. de compenſat.

6 Secus ſi * ratione partis illiquidæ tota ſumma redderetur illiquida. Milanenſ. deciſ. 1. nu. 28. lib. 2. per l. ſeruus, quem §. bone ſubrepto, ff de cond. furt. & *Doct.* in l. pecuniam quam, ff. ſi cert. petat.

7 Et * poſſet opponi exceptio ad eneruandam liquidationem, quamuis denegetur contra contenta in inſtrumento, Purpur. in l. admonendi, ſub num, 41. ff. de iur. iur. Bald. in l. ſi cauſam, colum. fin. C. de exeq rei iud. Cum. ſuper ritu 24. num. 17. & 19. Socc. conſ. 51. num. 5. lib. 1. Strach. in tract. de aſſicur. gloſſ. 29 nu. 8. *Hiero.* à Laur deciſ *Auenio* 35. num. 1. Maſſa. de obl camer. tit. de liquidat. nu. 3. Couarr. lib. 2. variar. reſol. cap. 11. num 1.

8 In * cauſa tamen liquidationis non concederetur reſtitutio. ſi in principali fuerit conceſſa, *Afflict.* deciſ. 35. num. 3. & 4. & deciſ. 124. ſub num. 1.

9 Et * ſi liquidator viderit vnum teſtem extimantem rem valere centum, alterum centum viginti, & alterum centum. & decem, habebit neceſſe acquieſcere mediæ ſummæ, quia in ea duo teſtes ſunt concordes, *Arius* Pinel in l. 2. par. 3. cap. 4. ſub num. 10 C. de reſcin. vend. vbi etiam Salic. col. pen. & Pantal. Cremenſ. circa fi. *Afflict.* deciſ. 240. nu. 5 Paul. de Caſt. in l. fi. §. 1. n. 4 ff. de leg. 2. Maſcard. vol. 2. de prob. concl. 654. nu. 16. Alex. conſ. 64. nu. 9. vol. 2. *Hercul.* de erob. negat. num. 251.

10 Et

10 Et ſi * proſpexerit teſtes variare circa extimationem illos admictatur, qui meliorem afferant rationem non habita conſideratione ad negatiuam atteſtationem, vel affirmatiuam, Arius Pincll.in l.2.par. 2. capit. 4. ſub num.14.C.de reſc.vend. *Alex.*conſ. 64. lib. 2. Alciat.in l.1.§.ſi ſtipulanti, numero 40. ff. de verb.oblig.

11 Quamuis * verus liquidator ſit *Iudex* l.2. vbi Accurſ. Lucas de penn.& Ioan.de plat.*C.* de iure fiſci, lib.10.

12 Liquidatio * autem, quæ fieri deberet virtute ſententiæ, ſufficiet fuiſſe ceptam infrà annum, licèt infrà illud tempus perfecta non fuerit, arg.eorum, quæ not. Cum. in cap. rit. 37.ſub.num.19.vbi, ait ſufficere exequutionem fuiſſe incoatam infrà decennium, vt perpetuetur exequutio ad tantundem tempus, Bart.conſ.36.incip.ſtatuto Ciuitatis Aſsiſij, num. 1.2.& 3.volum.1.per not.in l.3.§.minorem, ff.de minor.

13 Et tandem circa iſtam materiam (amice lector.) centum manibus notabis valere * liquidationem, ſeù calculationem factam ſine partis citatione vbi nô requireretur aliqua cognitio, puta aduerſus officialem præteritum, qui librum rationum introitus, & exitus vniuerſitati reſtituerat, contra quem poterit fieri liquidatio, & condemnatio eo non citato, Bar.in l.1 §.quòd de frumentaria, ſub num.1.ff. de admin. rer. ad ciuit pert. Ruin. conſ.140.ſub num.10.vol 1. *Mara* de ord.cogn.part.6.in verb.citatio, nume. 24. fol. 177. Socc.in l.ſi quis arbitratu, ſub num.30. ff.de verb.obl. *Præpoſ.* in cap. dilecto in 4. quæſt. prin.& in cap.cum ſit extrà de appell *Affl.*in capit.1 num.40.de nouo benef. *Peregr.* de iure fiſci, lib.6.tit 7.num.6.

Annot. ad Singul. L.

*Num.*1.] *V*ide omnino Carol. Graff. de except.except.36.

*NuN.*2.] Vide Caroc.deciſ.35.

SINGVLARE, LI.

1 IN cap. ritus 131. in tex. ibi fia exequutio ſententiæ.nota ſingularitèr, quòd * plures rei condemnati ſimplicitèr exiguntur pro rata, etiam ſi aliàs inſolidum obligati fuiſſent, *Affl.*deciſ.215.num.1.& 2. vbi Vrſill. in add.num.v.per Bald.& Paul.de Caſt.in l.1.C. ſi plures vna ſenten.Alber.in l.ea quæ, C. famil.herciſc.Socc.conſ.242.verſ. circa ſecundam, vol.2.Boer.deciſ.59.num.8.

Annot.ad Singul. LI.

*A*dde eund.Intrigl.deciſ.*13*.num.29.

SINGVLARE, LII.

1 IN conſ.feliciſsimæ vrbis Panhormi cap. 43.in text.ibi vnam debitam eis iure naturæ, nota ſingularitèr, quòd ſi * contigerit fieri condemnationem in legitima portione ſuper rebus per iudicantem declarandis, nô erit neceſſaria in declaratione partis citatio, ſi in proceſſu deciſo fuerit oppoſitum probatum, & diſcuſſum de qualitate rerum, & de omnibus his, quæ iterum repreſentantur ab aduerſario, *Arg.* eorum, quæ docuit Calcan.conſ.16.num.43.Bart.in l.1.§.quòd de frumentaria, ſub num.1.ff.de adm. rer. ad ciuit.pertin.Surd.deciſ.111.num.8.Natt. conſ. 474.num.20.Crauett.conſ.148.num.11.*Auall.* conſ.2.num.173.vol.1.

2 Et quia * declaratio in omni actu retrotrahitur, vt vna cum primo emanaſſe videatur, Surd.conſ.192.nume.10.vol. 2. Bart.in l. omnes populi, num.44. verſ.1.caſu, ff. de iuſt. & iure, *Paul.*de Caſtr.in l.hæredes palam, §.ſi qui d num.3.circa fin.de teſtam. Ioan. Andr. in add.ad Specul.tit. de teſte. §. nunc videndum, *Socc.*Sen.conſ.23.ſub num.19.volum. 4. Ruin.conſ.225 num.6.vol 1.*M*enocch.de arbitr.iud.quæſt.73.ſub.num. 26. *Ant.* Gabriel lib 6.concl.tit.de reg.iur.concl.3. numero 9. Surd.deciſ.29.num 4. Tiraq. de retr. ſangui. §.1.gloſſ.18.num.77.*A*uall.conſ. 46. numero 38.volum.2.

3 Verumtamen ſi * pars non citata aliquid non ſubſtantiale de nouo proponeret in proceſſu deciſo non deductum, neque diſcuſſum redderetur declaratio nulla, quia ad talem declarationem præiuditialem debuerat pars citari, Bart.in l ab exequutore, in princ. nu. 7.& 8.ff.de appell. quem refert, & ſequitur, Ant.Gabr.lib 2.concl. tit. de citat. concl. 1. num.19.Bald.in l.ea quæ, C.commin. vel epiſto.Dec.in l.edita, num.49.*C.* de eden. & côſ. 533.circa fin.*I*nnoc.in cap.cum olim, extrà de verb.ſign.Ruin conſ.38.num.10.vol 1.

Annot ad Singul. LII.

*Num.*2.] Adde, quòd licet regulariter declaratio retrotrahatur, fallit tamen, niſi lex declaratoria imponat pœnam de nouo. nam reſpectu pœnæ non retrotrahitur Abb. in cap. cum tu nu.7.de vſur.Caroc.ſingul.410. Coſta de retrotr.c.8.caſ.13.nu.11.

SINGVLARE. LIII.

1 IN cap.rit.113.nota ſingularitèr quòd * debitor, etiam ſciens adeſſe alios creditores, ſoluens primo creditori aduenienti, non dicitur in dolo, Paul. de Caſt. in l. in ſumma cum ratione, nu.6.ff.de pecul.

2 Neque ſolutum * poſſet reuocari à creditoribus anterioribus, etiam debitore indè decocto, Affl.deciſ.190. per l. fin. §. ſi præfatam, C de iure deliber.

Annot. ad Singul. LIII.

*Num.*2.] *V*ide Menoc.conſ.46.num.2. Surd. conſ.4.nu.10.& deciſ.60.num.9.Canal.deciſ. 29, numer.36.par.3.Macerateñ. reſol. fin. caſ. 15. lib.2.

Digitized by Google

lib.2.latiſſime Caroc.deciſ.109.per tot.

SINGVLARE, LIIII.

IN conſuetudine clariſsimæ vrbis Cataniæ rubr.quo caſu filij efficiantur ſui iu-
1 ris,nota ſingularitèr emancipationem * non poſſe fieri circa vnum actum,Campeg.de dote par.1.quæſt.102.num.1.Bald.in l. ſenſum, numero 7.C. qui teſtam. facere poſſ. Honded.conſ.32.numero 9.vbi teſtatur hanc eſſe magis comm.op.Aret.in §.præterea, numero 8.inſtit.quib.mod.ius patri poteſt ſolui, Alex.conſ.189.nu.6.vol. 5.Tiraq. in l. ſi vnquam in verb.donatione largitus,nu. 284. C. de reuoc.donat.Alex.& Iaſ.in l. 1. §. hoc autem,ff.ad Treb.ille,nu.8.iſte,nu.6.
2 Nequè per * procuratorem, niſi ſequuta ratificatione,Cur.Sen.cōſ.4.vol.1.Socc.conſ. 47.num.36.vol.4.Alber.in l.poſt mortem, §. neque adoptare,num.2.ff.de adopt.
3 Nequè in * vltimo vitæ ſpiritu ipſius. filij emancipandi, Honded.conſ.31.num.22.& 49 Iaſ.in l.filijs matrem num.3. verſ. iſtam difficultatem,C.de inoff teſtam.Menocch.conſ. 226.num.15.vol.3.

SINGVLARE, LV.

IN conſt.Regni ſtatuimus,rub. de off. Ma-
1 giſtri Iuſtit.nota ſingularitèr,quòd * impubes emancipatus,etiam viuo patre dicetur pupillus,& poſſet eligere forum principis,l.pupillus in princ. ff. de verb. & rer. ſignificat.gloſſ.in l.1.C. quando. Imper. inter pupill.& vid.

Annot.ad Singul. LV.

Contrarium ſcribit Gouarr.pract.qq c.6.n.2.

SINGVLARE, LVI.

IN conſt.Regni exceptiones, nota ſingu-
1 laritèr,exceptionem * de iure tertij etiā penitus excluſiuam iuris agentis,non amitti in feudis,Iſern.in capit.1.in princ.num.3. verſ.item contrà.de capit.Corradi, à Pern. conſ.11.nu.6.in fin.verſ.vnde connentus.
2 Intellige,idem eſſe in * Allodialibus, non declarata excluſione ad inſtantiam, illius tertij,Menocch.conſ.740.num.23. volum.7. Aret.in l.cum ſeruum,num.2.verſ.ex quibus omnibus,C.de ſeru.fugit.Socc.in l.2.num.6. ff.de except.rei iud.Apont.conſ.4.nume. 66. Viuius lib.1.deciſ.180.num. 11. Rimin. Iun. conſ.835.num.47.& conſ.818.num.12.vol. 7. & conſ.111.num.77.vol.1.Ruin.conſ.3.vol. 1. Crauet.conſ. 1000.num.278.vol.6.

SINGVLARE, LVII.

IN eadem conſt.exceptiones, nota ſingu-
1 laritèr,quòd in * omnibus caſibus,in quibus de iure non requiritur diſcuſsio principalis,poterit fideiuſſor,vel alius ad quē res, ſeù pecuniæ petitæ non peruenerint, & ſecundario onus pertineret,excipere, & implorare iudicis offitium,vt diſcuteret principalem proprijs expenſis,& interim ſuperſederi iuditium,Burſa.conſ. 112. numero 21. vol.1.vbi teſtatur hanc eſſe comm.opin.Bar. in l.cum in plures,§.veſtimenta,num.1.verſ. ſed ex iſto,ff.comm.Paul. de Caſt. in l. ſicut certo,§. ſi duobus,num.17.ff. eod. vbi ſubijcit,ità in practica obtinuiſſe, Roma. conſi. 114.nume. 4.vbi Mandoſ. in add. in litera b, Barbat.conſ.43.ſub nume. 5. verſ. & adduco elegans,lib.2. add. ad Abb. in litera d, circa princ.verſ.item adde,extrà de fideiuſſ. Ant. Gabr.lib.3.concl.tit.de fideiuſſ. concl. 1. nu. 43.& ita obtinui in M.C.pro D.Diana Daynotto,& Stizzia.Quicquid dixerit,Bal. in l. 1.circa fin.C.de conuen.fiſci debit.lib.10.

SINGVLARE, LVIII.

IN ead.conſt.Regni exceptiones,nota ſin-
1 gularitèr, exceptio * teneris approbare factum defuncti pro tantundem, quòd retinens,admittitur effectualitèr, ſi illud tantundem fuerit liquidatum,Cannet. in capit. volentes,§.ſed occurrit quæſtio. in fin. fol. 102.Menocch conſ.89.num.27.in fin.volu. 1. Burſa.conſ.296.num.8.lib.3.

Annot.ad Singul. LVIII.

An,& quando hæres teneatur approbare factum defuncti,vide late Gabr.lib.6.de reg.iur. concluſ.11.Phanut.de innent.par.7.nume. 110. tract.tom.8.par.2.fol.313.Barz.deciſ.Bonon.64 Card.Tuſc.concl.53.lit.H.tom.4.

SINGVLARE, LVIV.

IN ead.conſt.Regni exceptiones,nota ſin-
1 gularitèr,quòd exceptio * quò ad te liberas ædes habeo,eſt litis finitæ, Burſa. conſil. 173.num.83.lib.2.l.loci corpus, §.,competit, ff.ſi ſeruit.vend.Crauet.conſ.182.nu.7.& cōſ. 195.nu.7.Felin.in cap.ſuper his,nu. 18. ex de accuſat.Milanenſ.deciſ.8.ſub nu.339.lib.1.

SINGVLARE, LX.

IN ead.conſt.Regni exceptiones,nota ſin-
1 gularitèr,quòd * exceptio dilatoria continens grauamen ſucceſsiuum, poterit opponi quandocunquè antè ſententiam,Iaſ. in l.ità demum,numero 4.verſ.11.Cod.de procur.Archid.in cap.hortamur,3.quæſt.9. Bal. in l.peremptorias,col.3.C.ſent.reſc.non poſſe,Alex. in l.de ætate,col.2. ff. ad Treb. Gemin.in cap.ſtatuimus,col.2.de off.deleg. lib. 6.Bald in l.elegantèr,§.ſi quis poſt.col. 3. ff. de cond.indeb Felin.in cap.accedens,col. 2. nu.15.extrà,vt lite non conteſt.

SINGVLARE, LXI.

IN cap.Regni Regis Martini 57.nota ſin-
1 gularitèr, Magnam Curiā * equitatis ma-

M trem,

Digitized by Google

trem, nũquam, aut rarò admittere præſcriptionis, exceptionem, vti rigoroſam, niſi immemorabilem, Bonior. Platamonus, Mulus, Pert. Rizzari, & magis communiter noſtrates.

Annot. ad Singul. LXI.

29 *D*eclara decimotertio, vt * nihilominus poſſit opponi exceptio, quæ ſublato rigore pacti, vel ſtatuti potuiſſet opponi, quandò fuiſſet diſpenſatum per *P*rincipem ſuper tali rigoroſitate, vt etiam euenit, quandò mandat procedi attenta realitate negotij, tunc enim conſueuit Magna Curia, etiam ad literas permittere probationem infra totam inſtantiam ſex menſium cauſæ oppoſitoriæ, ad verificandas oppoſitas exceptiones, Cuma in cap. ritus 17. nu. 98. in fi. & videbis in deciſ. 332. lib. 2. Quicquid ſentiat Gramm conſ. 84. in ciuil.

30 Declara decimoquarto, vt * nihilominus poſſit opponi omnis exceptio, vel delentio parte non reluctante, Cum. in cap. ritus 240. nu. 220. per cap. 1. extra de reſt. ſpolia. *A*nt. Gabr. lib. 5. concl. rub. de reſt. ſpol. con. 1. num. 48. & 61. Cremenſ. ſing. 42. *A*. ex. conſ. 77. nu 17. vol 2. Cepol. Cautel. 253. nu. 1. *M*enocch. de recuper. poſſ. remed. 1. nu. 164. Maſſa. in tract. obl. Camer. par. 4. q. 4. num. 1. fol. 81. Suarez in l. poſt rem iudicatam, quæſt. vlt. num. 1. circa fin. fol. 725. ff. de re iud.

31 Declara decimoquinto, vt * nihilominus poſſit opponi exceptio inſtrumenti non liquidi. *S*urd. deciſ 77. nu. 6. Stracch. in tract. de aſſicurat gloſſ. 29 nu. 8. Cum in cap. ritus 24. nu. 18. Bal. in l. 2. C. de exeq. rei iudi. Caccialup. in l. admonendi, col. 12. ff. de iure iuran. Corn. conſ. 296 num. 11. vol. 3. *A*ſin de exequut. par. 1 cap 29 numer. 8. & 18. Becc. conſ. 5. nu. 6. *A*lex. conſ. 115. num. 10 vol. 7. Dec. conſ. 322. nu. 3. Ant. Maſſa. in tract. de forma Cameral. obl. tit. de liquid. fol. 125. Bar. in tract. guarantig. par. 1. q. 2. Crauett. conſ. 231. num. 8 & 9.

32 Declara decimo ſexto, vt * nihilominus poſſit opponi exceptio conditionis contractus non adimpletæ, *A*lex conſ. 119. num. 2. vol 1. Bal. in l. ſi cauſam, C. de exeq. rei ind. Imol. in l. fi. col. 10. ff. de acq. poſſ. Bart. in l. etiam, colum. 1. C. de exeq. rei iud. Natt. ad Alex. conſ. 90. in litera D vol. 3. Dec. conſ. 107. circa fin. l. hoc iure, ff. de verb. oblig. l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. *A*lex. conſ. 93. circa princ. vol. 4. Socc. conſ. 51. nu. 7. vol. 1. Cum. in cap. ritus 16. num. 43. 44. & 47. & in cap. 6. nu 98. & 103 & in cap. 24. num. 16. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 11. n. 2. Magon. deciſ. 25. nu. 77. Marius Anguiſſ. conſ. 3. num. 19. *P*aul. de Caſtr. conſ. 327. nu. 2. vol. 2. Cæphal. conſ. 387. nu. 31. vol. 3. Maſſ. in tract. de obl. Cameral. nu. 2 & in 1. q. par. 4. nu 9. & tit. de liquid nu. 11 Guid. Pap. deciſ. 15. nu. 4. Suarez in l. poſt rem iudicatam 4. limit. num. 1 fol. 599. & limit. 5 nu. 2. fol 606. ff. de rei iud. Seraphin. de priuil. iura. 77. priuil. nu. 43. & 86 Rebuff. de liter. oblig. art. 2. gloſſ. 1. nu. 71. & 74 Loffred. deciſ. 175. cent. 2. Gigās in tract. de penſion. q. fin. nu. 15 Croff conſ. 148 nu. 3. lib. 1. Alias declarationes videbis in 1. cent. q. pract. quæſt. 1.

Annot. ad Singul. CLXXIII. I.

Num. 6.] Adde Carol. Graſſ. de except. excep. 10. num. 47.

Num. 9] Adde quòd huiuſmodi exceptio ex defectu perſonæ agentis ſemper opponi poteſt, etiam poſt tres ſententias conformes, Otalc. deciſ. 1. nu. 36. Et etiam confeſſus in iudicio in quem nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, poteſt eam opponere Hipp. in l. ſi quis num. 7. ff. de quæſt.

Num. 16.] an exceptio notoria admittatur aduerſus executionem cenſus bullalis, vide late Foller. de cenſ. in ver. quæ quidem executio nu. 4 & ſeqq. Cum in c. Rit. 17. nu. 54 eund. *I*ntrigl. ſuper bulla q. 19. & deciſ. 5. num. 2. Milan, deciſ. 12. num. 28. & 29. & 56. Graſſ. de excep. excep. 5. nu 4.

Num. 21.] Adde Burg. de Laudim. p. 1. inſp. 40. nu. 90. late Graſſ. de except. except. 40 Et vltra limitationes traditas hic per Intrigl. Adde hanc exceptionem, quòd obligatio fuit facta ſine cauſa, opponi non poſſe inter mercatores, vt tradunt Vueſemb. conſ. 31. num. 23 lib. 1. Graſſ. d. except. 40. nu. 12. qui ad hoc allegant Bart. in l. quintus ff. mand. Bald. in l. ſi pro ea C. mandat. & alios, qui nihil aliud probant, niſi, quòd in curia mercatorum pactum nudum actionem producit, quod mihi videtur longe diuerſum, nec quidquam facere ad concluſionem per eos firmatam. Nam (eſto inter mercatores efficax ſit pactum nudum, quod non eſt ſine controuerſia) non tamen maioré efficaciam habere debet, quàm inter alios ſtipulatio. At clariſsimum eſt aduerſus agentē ex ſtipulatione ſine cauſa opponi poſſe doli mali exceptionem. l. 2. §. circa ff. de except. doli. *A*ccedit in foro canonico ex pacto nudo actionem oriri ex magis comm. ſententia canon. in cap. 1. de pact. & tamen nec in eo foro vim habere pactum ſine cauſa. cap. ſi cautio

de

Digitized by Google

de fid.inſtrum.quem tex.Felyn.ibi in princ.ex
preſsim not.pro limitatione eorum, quæ ha-
bentur in c.1.de pact.Hier. Zannet. de differ.
iur.ciuil.& canon.diff.57.nu.97.

*Num.*25.] Adde Mancin.de iuram. p. 5.
eff. 24.

*Num.*31.] Vide eund. *Intrigl.* ſing. 50.
hoc eod.lib.& deciſ.13.n.14.

SINGVLARE, CLXXIII.

IN cap.ritus 112.nota ſingulariter adiu-
1 dicationem dici * nullam, quandò fuiſſet
facta in plus,quàm deberetur à *V*all.conſ.
7.nu.87.& 88.vol.2.Simon de Præt.conſi.35
nu.14.vbi teſtatur communem opinionem,
Surd conſ.217.num.17.vol.2. Tiraq. de re-
tr.ſang.§.23.gloſſ.1. nu. 23. Menocch. conſ.
91.num.49.volu.1.Sforz.Odd.conſ. 96.num.
1.Duen.reg.185.ampl.4.*A*ſin. de exeq. §. 4.
cap. 12.nu.1.Marius *A*nguiſſ conſ.25.nu.50.
Pancirol.conſ.142.num.6.Roman.conſ.454
vbi Mandoſ.in add.ſub numer. 12. Surd. in
tract.de alim.tit.9. quæſt. 32. num. 79. fol.
393 Burſa.conſ.73.nu.27.vol.1.vbi teſtatur
communem opinionem,Cæphal.conſ. 207.
nu.86 vol.2.Crot.conſ.192.num 22. vol. 2.
vbi teſtatur hanc eſſe communem,& veram
Doctorum cõcluſionem.Curt.Iun. in tract.
de feud.par.1.q.6.nume. 14. fol.130.*I*oann.
Franc.à Ponte,conſ.74.in princ.

2 Intellige primò, vt * procedat, etiam ſi
fuiſſet plus debito in vno nummo,Tirsq.in
tract.de ind.in reb.exig.verſ.26.fol.85. Vi-
tal.de Gambin.in tract.de clauſul.clauſula
non errore,num. 35. & in clauſul.de errore
calculi,num 12.tractat.tom.18. fol. 404. &
414.Cum.in cap.ritus 17.num.156. *M*ara.
in Spec.par.6.actu 3.princ.num.20.fol.326.
Aſin.in d.§.4.cap.12.verſic.ampliatur, hæc
concluſio,Sforz.Odd.conſ.96.nu.11.Milan.
deciſ.14.nu.81.& 82.lib.1.Simoncell.de de-
cret.tit.9.in Spec.5.nu.59.*I*oann.Petrus Bi
mius,conſ.3.nu.30.Surd.conſ.39.nu.5. *M*i-
chael *V*rcur.in l.finita,§.Iulianus,nu. 25.ff.
de damn.infec.

3 Intellige ſecundò, vt * procedat, etiam
reſpectu quantitatis debitæ, Sforz. Odd.
conſ.96.nu.6.in fin *A*ſin.in d.§.4.cap.13.ſub
nu.1.quia (inquit) ratione indiuiduitatis
non poteſt pro parte valere, & pro parte
corruere,Foller.ſuper Bulla, verſ. nihil vl-
tra nu.8.Menocch.de arb.iud. lib. 1. quæſt.
40.nu.10.vbi teſtatur communem opinio-
nem,Syluan.conſ.26 num. 10 vol. 1. Natt.
conſ.646 nu.6.& conſ.631.ſub num.37. vol.
4 Cauale. in tract. de vsuf. mulie. relicto,
ſub nu.208. *A*fflict.deciſ.218.nu.4.*S*urd. de-
ciſ.45.nu.3.*A*nchar.Iun.in quæſt.famil. lib.
2.quæſt.14.num.7.

4 Niſi * fuiſſet erratum in æſtimatione,
quià tunc ſuſtineretur pro quantitate de-
bita,& reuocaretur,quatenùs debitũ tran-
ſcenderet,Surd.in tract.de alim.tit 9.q.32.
nu.80.Bart.in l.quamuis,num.2.ff. de ſoluc.
Rum.conſ.136.num.5.vol. 1. Paul. de Caſt.
& Alex.in l.ſi non ſortem §. ſi centum, nu.
3.ff.de cond.indeb. Affl.deciſ.178. ſub nu. 3.
Bald.in c.quoniam frequenter,§.fin autem
5 col.1.extra vt lite non conteſt.& * tunc ei.i-
pſo anno æſtimationis non audiretur pars
grauata,niſi fuiſſet minor,vel abſens,Bald.
conſ.267.volu.3.Maſcard.vol.2. de probat.
concl.650.num.11.

6 Vel niſi * alicui res adiudicaretur pro
credito ſibi competenti,& patri ſuo, cuius
non haberet mandatum, quià nihilominus
ſubſiſteret adiudicatio ratione ſui crediti,
Aſin.in tract.de exequut.§.4.cap.12.num.2.
Cum.in cap.ritus 17.nu.160 Bal.in l. ordo,
C.de exeq.rei iud.Alex.in l.iuſte poſsidet,
nu.22.ff.de acq.poſſ.*A*ret.in l.certi condi-
tio,§.quoniam,ff.ſi cert.pet.

6 Vel niſi * eſſemus in datione in ſolutum
voluntaria in qua creditor poterit offerre,
id quod plus valet,Ioann. Franc. à *P*onte,
conſ.74.nu.1.per l ſi §.fin.autem minus, C.
de iure dom. impetr.Surd.in tract.de alim.
tit.9.quæſt.32.nu 82.Burſat.conſ. 72. num.
29.& 34.volum.1.

8 Intellige tertiò, vt procedat non ſolùm
reſpectu debiti principalis, ſed etiam ex-
penſarum,*S*forz. Odd.conſ 96 n.1.Bertrãd.
9 conſ.169.nu.9.& 10.lib.3.& ſi * vnus ex tri-
bus non ſe oppoſuerit,expenſæ aliorum ſe
opponentium non deberent grauare non
ſe opponentem.Milan.deciſ.1.nu. 85. 86. &
87.lib.1 Oſaſc.deciſ.Pedam.44.nu.1.Gram.
deciſ.68.nu 9 Boer.deciſ 59.nu. 8. Loffred.
deciſ 329 cent.4.Abb. conſ. 33.num. 7.& 8.
10 lib.2.Quinimò *etiam ſi omnes litigaſſent,
quilibet teneretur pro rata, Milan. deciſ.
14.nu.89.lib.1.Cauale.deciſ.15.nu 31.vol.1.
11 & * dictæ expenſæ habent priuilegium
pacti ad diſcurſum, ſicut debitum princi-
pale,Milan.deciſ.14.nu.91.& 94.lib.1.Cum.
in cap.ritus 112.vbi ait ita ſeruari, Aduer-
12 ſus * quas non competit noua quindena
ad opponendum, ſed ad modificandum,
ideoque ſolet interloqui reijciantur, facta
prius modificatione,Milan.deciſ. 14. num.
95.lib.1.

13 *I*ntellige quartò,vt * procedat etiam,quòd
pro illa ſumma, pro qua proceſſerat adiu-
dicatio, fuiſſet interloquutum reijciantur,
quia non impediret talis interloquutoria,
quò minus poſſet iterum opponi,ſed requi-
reretur ſententia lata in cauſa oppoſitoria
in qua plenè cognoſcitur de cauſa, cum in
ea non obſit pacti de non opponendo rigo-
roſitas, Bonior. ſuper ritu 17. per Imol. in
cap.

cap.ſuſcitata,col. 3. extra de reſt. interg. Bald in l.ſi videre,ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.Abb.conſ.5c,col.1.volu.1.quem refert,Ant.Gabr. lib. 2. concl. tit.de except. concl.2.num. 6. Bald. in l.nam,& poſtea in princ.ff.de iureiur.

14 Licèt * Magna Curia hanc intelligentiã nunquam fuerit ampleza, ſed conſueuerũt aduocati coram eadem intentare ſimul, & ſemel contrarium imperium interloquutoriæ reijciantur, & nullitatem adiudicationis.

15 Declara primò iſtam materiam,vt *etiã dicatur nulla adiudicatio, quandò ad eam fuerit proceſſum pendentibus oppoſitionibus tertij de dominio,& poſſeſſione.Iaſ.in l.à Diuo pio,§.ſi ſuper rebus,nu.9. circa fi. verſ.idem tenet,ff de re iud.Bal.in l.ob maritorum,nu.5.C.ne vxor pro mar. per tex. §.ſi ſuper rebus.ſub nu.1.à Vall.conſ.5.ſub num.16.vol.2.Soce.ſen.conſ.158.nu.22.circa fin.volu.2.Gozzad.conſ.103.col.5. Alex. in d.§.ſi ſuper rebus nu.9.circa med.Milan. deciſ.12.nu.69 lib.2.Contrard.in l.vni.q.24. nu.34.C.ſi de mome.poſſ fuer.appell. quin

16 imò * ſufficiet, vt tertius ſibi proteſtetur contra aduerſarium coram Iudice de dominio,& poſſeſſione.à Vall.conſ.5.num.16. vol.2 Socc.ſen.conſ.158.nu.22.circa fi. vol. 2.Bald.in l ob maritorum.nu.4.C. ne vxor pro marito,Iaſ.in d.§.ſi. ſuper rebus,nu.9. in fin.

17 Tertius nanque * opponens de dominio, & poſſeſſione,oſtenſis maxime per publica documenta impedit exequutionem, & miſſionem ſuper eius bonis. Corſett. in q. forenſ.ſuper ritu lib.2.quæſt.4.verſ.primus eſſet,Couarr.pract.quæſt.cap.16.ſub nu.2.à Vall.conſ.5.nu.9.vol.2.vbi teſtatur communem opinionem.gloſſ.in ver.fiat.§.ſi ſuper rebus,l.a diuo pio,ff.de re iud. Viuius deciſ.304.nu.2.Bald.in l.ob maritorum, num. 1.& 4 in fin.C. ne vxor pro mari. vbi ampliat procedere etiam, quod non fuerit citatus, ſed ſciens de ſua poſſeſſione diſputari,oppoſuerit,vel proteſtatus fuerit. Alber.in d.§.ſi ſuper rebus,ſub num. 1. vbi etiam Iaſ.ſub nu.9. quem refert Menocch. conſ.746.num.10.vol.8.Crauett. conſ.997. nu.28 vol.7.Marius Anguiſſ.conſ.279.num. 9.Rimin.iun.conſ 82 1.nu.79. vol.7, Milan. deciſ.12.nu.65.lib.2.Cum. in cap. ritus 17. num.108.Felyn.in cap.cum ſuper,num. 18. extra de re iud.

18 Idem eſſet,ſi tertius probaret de poſſeſſione tantum, quia tunc etiam impediret miſſionem.Iaſ.in d.§.ſi ſuper rebus,nu.1.in fin.& nu.9.vbi teſtatur communem opinionem,à Vall.conſ.5.num.15.vol.2.Couarr.in d.cap.16.num. 4. ver ſ.ſed huic,vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem,Iaſ.in d. §.ſi ſuper rebus,col.2.Ioan. de Guber.in l. 1.C.de priuil.fiſci,Boer.deciſ 255 ſub num.

19 10.Milan. deciſ.12.nu.65.in fi.lib.2.modò * allegaret etiam ſe eſſe dominum, aliàs non audiretur,Iaſ.in d.§ ſi ſuper rebus,num. 8. in fin. Alex conſ.94.vol.2.Salic.in l.certi iuris,C.loca.Bald in l.rem alienam,colu.2.ff. de pignor.actio.& in l.cum quid,colu.fin.ff. ſi cert.pet.

20 Quod * procederet,etiam ſi tertius contradictor vitio debitoris poſſediſſet, putà quia poſt cauſatam exequu ionem dolo deſiiſſet poſſidere, quia tunc habebit neceſſe creditor prius agere reuocatoria cõtra ipſum tertium,& poſtea in eundem exequi condemnationem,Bar. in d.§. ſi ſuper rebus ſub num.7.verſ.ego dico, vbi etiam Iaſ nu.10.à Vall.conſ.4.nu.9.vol.2.vbi teſtatur communem opinionem,Bald.conſ.149. verſ.in contrarium videtur,vol.3. Anchar. conſ.292.ſub num. 1.Crauett.conſ.235.ſub nu.2.vol.2.Soce.Sen.conſ.33.num. 1. vol. 4. Ruin.conſ.87.nu.1.vol.4.vbi teſtatur communem opinionem.

21 Et ſi * comparuiſſet poſt addictum pignus, tamen antè adeptam realem poſſeſſionem ipſius, quia etiam tunc impediret actualem apprehenſionem,Prouinc.in add. ad reper.Bertacch.in verſ.tertius, vbi teſtatur communem opinionem,per §.ſi poſt addictum,ver.certè,d.l.à diuo pio,Bart.in l.non eſt mirum.ff.de pign actio.

22 Secus autem * eſſet, ſi tantùm de dominio doceret, quia tunc, non impediretur exequutio nudæ poſſeſſionis, prouinc.in add. ad reperr. Bertacch. in verſ. tertius, quia (inquit) nihil eius intereſt agere potius contra vnum,quàm contra alium,Iaſ. in d.§.ſi ſuper rebus,nu.19.in fi. vbi etiam Hercul.col.2.Bald. in cap eum ſuper col.1. extrà de re iud.& in cap.quoniam frequenter,§.fin.col.3.extra,vt lite non conteſt.

23 Licèt * referuentur iura ipſi tertio opponenti,Socc.ſen.conſ 106. col.fin. verſ. 4. & vltimo,vol.4.Bal.in l.conſentaneum, nu. 25.C.quomodo & quando iudex.

24 Declara ſecundò,vt * etiam dicatur nulla adiudicatio, quandò deſecerint ſubhaſtationes,quæ ſunt neceſſariæ etiam ex forma ritus,cap.17. & cap. & data prius l.ordo, vbi Bald. C. de exeq. rei iud. Iodoch. Burgenſ.in tract.ſubhaſt.cap.3.nu.1.tract. diuerſ.tom.6.par.1.fol.79.Milan.deciſ.14. nu.34 & 36.lib.1.Suarez.in ver. decretum, nu.20.Quicquid dixerit Roma. conſ. 203. colum, 1.

25 Circa quas * ſubhaſtationes, tàm reſpectu loci, quàm reſpectu modi, & temporis deberent ſeruari ſtatuta, & conſuetudines loco-

locorum, aliàs eſſent nullæ, & in efficaces, Iodoch. Burgenſ. in tracta. ſubhaſtat. cap 7. nu. 2. & 3. & 5. Bald. in l. ordo, C. de exeq. rei iud. à Vall. conſ. 33. ſub nu. 14. vol. 1. Simoncell. de decret. tit. 1. ſub n. 55. verſ. & licet.

26 Veruntamen * ex lapſu longiſſimi temporis, ſi fuerint in adiudicatione enunciatæ præſumentur interuenisse, Crau. de antiq. temp. par. 2. ſect. ex præmiſſis. nu. 47. & par. 3. in princip. num. 13. Menocch. lib. 2. de præſ. par. 1 præſ. 75. nu. 12. Dec. in cap. quoniam contra, nu. 55. de probat.

27 Declara tertio, vt * dicatur nulla adiudicatio, vbi non proceſſerit extimatio rei, in caſibus in quibus deeſt pactum ad diſcurſum, quæ de neceſſitate præcedere debet, etiam ex forma noſtri ritus, Cum. in cap. ritus 37. nu. 199. per illum tex. Coſm. Nepit. in conſuet. Catin. tit. 26. num. 14. & 15. fol. 230.

28 Et * ſi aliquando ſubſtinuimus, non eſſe neceſſariam extimationem, niſi dato concurſu creditorum per c. ritus 113. & aliud cap. ritus 114. in text. ibi pretium condecens, non obſtabit noſtræ ſententiæ ſi lanceis, oculis inſpiciatur, quia loquitur reſpectu ſummæ executionis, & expēſarum, & benè confert, Becc. conſ. 45. nu. 17.

29 Idem * eſſet, ſi præceſſiſſet extimatio, ſed non legitima, arg. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Iodoch. *Damhoder.* in Enchirid. parium, vel ſimil. in ver. nullum. fol. 240. Iaſ in l. cum quærebatur, nu. 3. ff. de re iud.

30 Requiritur enim, vt * eligantur æſtimatores ab vtraque parte, ſaltim duo, Angel. in §. quod autem, auth. de non alien. Coſm. Nep. in conſuet. Catin. tit. 49 num. 10. in fin. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. n. 5. de reſc. vend. vbi etiam Cremenſ. nu. 296. à *V*all. in tract. de lucro dot. quæſt. 65 ſub num. 3. Panciroll. conſ. 98. num. 16 & conſil. 142. nu. 21. Cagnol. in d. l. 2. num. 259. verſ. de conſuetudine obſeruatur.

31 Vel * in contumaciam alterius. à iudice, Hiero. Gabr. conſ. 168. nu. 105. vol. 1. Bart. in l. creditores, col. fin. C. de pignor. Cagnol. in l. 2 nu. 259. C. de reſc cond; vbi etiam Pinell. par. 3. cap. 4. nu. 4. fol. 281.

32 Item * quòd citetur pars ad æſtimari videndum, & aſſiſtendum tempore æſtimationis, Coſm. Nep. in conſuet. Catin. tit. 49. nu. 18. fol. 207. Cagnol. in l. 2. nu. 261. C. de reſc. vende. Couarr lib. 2 var. reſol. cap. 13. verſ. nona concluſio, Hier. Gabr. conſ. 168. num. 102. vol. 1. Hieron. de Monte in tract. de finib. regend. cap. 31. num. 1.

33 Et * caſu quo æſtimatores diſcordarent eligi deberet tertius à iudice, Bal. in l. 2. col. penult. C. de reſc. vend. Salic. in l. hæc a dictali, §. his illud, in princ. de ſecund. nupt. Coſm. Nep. in conſuet. Catin. tit. 49. nu. 14. vbi ait ita ſeruari in Magna Curia, & in Conſiſtorio Sacræ Regiæ Conſcientiæ, à Val.
34 in d. q. 65. num. 3. Citatis tamen * partibus, Hier. Gabr. conſ. 167. nu. 1. vol 1. Bar. in leg. Theopompus, col. fin. ff de dote prælég. & in l. creditores, col. fin. C. de pignor. Bal. in l. fin. q. 3 in fin. C. de contrah. empt.

35 Licet * alij, vt eligatur tertius à iudice, intelligant demum procedere poſt moram partium aliàs partes ipſæ tertium eligere debeerent, Hiero. Gabr. conſ. 168. nu. 166. vol. 1. Bald. in d. §. his illud, Bar. in l. item ſi vnus, §. principaliter, ff. de recept. arb. *Alex.* in l inter partes nu. 7 ff. de re iud Pantaleon, in l. 2. nu 298. & 295 C. de reſc. vend. Maſcar. vol. 2. de prob. concl. 57. nu. 16.

36 Qui * cum iuramento debent referre in actis eorum æſtimationem, etiam partibus abſentibus, Coſm. Nep. in conſuet. Catin. tit. 49 nu. 17 fol. 307 Bart. in l. Theopompus. nu. 11 ff. de dote prælég. & in l. qui bona ff. de dam. inſe. & in l ſuſceptores C. de ſuper exact. & Arch lib. 10 Marin. in Spec. par. 6 in verſ. citario nu 23. Afflic. in praxi iud. § 7. limit. 107. *Pancirol.* conſ. 98 nu. 15.

37 Quam * facere non debent, niſi prius acceſſerint ad locum rei æſtimandæ. Bal. in l. 2. ſub nu. 25. C de reſc. vend. Coſm. Nep. in conſ. Catin. tit. 49. nu. 12.

38 Et * poſſent æſtimare inſpectis redditibus & fructibus rei, Pinell. in l. 2. par. 3. nu. 28. C. de reſc. vend fol. 289. *Turris enim, vel Caſtrum (inquit) non æſtimatur ex ſumptibus & valore ædifi. ij, ſed ex reddito,* l. ſi quos, in tex. ibi rei qualitas, & fructuum quantitas, C. eod. l. ſi fundum in tex. ibi excuſſo pretio ſecundum redditum, ff. de leg. 1. l. ſi fundus in tex. ibi pro modo fructuū, ff. de reb. cor. *I*oan Plot. in l 2 C. de præd. & omn reb. naut. lib. 11. Bar. in l qui bonis, C. de ceſſ. bon. Iaſ. in §. ſed & ſi quis. nu. 11. inſt. de act. & in l. ſi conſtante, nu. 130 ff. ſol. matr. Boer. deciſ. 19. nu 6. Alex. in l. maritum, col. fin. & in l. ſi maritus, ff ſol. matr. Afflict. deciſ. 58. num. 6. Burſat conſ. 70 num. 18. vol 2. Alex. conſ. 109. circa fin. vol. 4. Lanfranc. de teſtib. nu. 121. col 27. verſ. quomodo autem. Franc. Marc. deciſ 485 par. 1. cum concor. in allegat. 81. vol 4 ad inſtantiam *D. Aloyſij,* & *D.* Beatricis *S*ances iugalium, contra Principem Caſtriueterani.

39 Et * vnus poſſet ſe ſubſcribere, & referre ad iuditium alterius, Dec in cap. propoſuiſti, col. fin. nu. 15. verſ. & licet, extra de pro
40 bat. Ang. in l. ſi quis, §. 1 ff. de edend. Tum * quia potius æquiparantur teſtibus, quam iudicibus, Purpur. in l. 1. nume. 71. ff. ſi cert. pet. Sylue. Aldobr. in add. ad Dec. in cap. propoſuiſti, nu. 10. extra de probat. Bald. in l. fin.

Digitized by Google

l.fin.quæſt.3.in fi.C.de contrah.empt.Hier. Gabr.conſ.168.quæſt.8.ſub num.104.vol.1. Quicquid dixerit, Bar. in tract. de teſtib. verſ.teſtis dicit aliqua.& Ioan.de Anan. in
41 cap. ſignificaſti, extra de homicid. Tum * quia potius iurant de credulitate, quàm de veritate, Dec.in d.cap.propoſuiſti, ſub nu. 10 extra de probat. Abb.in cap.fraternitatis extra de frig.& malc.Bart. in proem.ff. circa prin.Angel.in l.comparationes, in 4. not.C.de fide inſtr.

42 Declara quarto, vt * dicatur nulla adiudicatio, quandò fuiſſet ad eam deuentum non citatis debitoribus, dominis, ſeu poſſeſſoribus bonorum adiudicatorum, quia in ea requiritur citatio, cum fiat cum cauſæ cognitione, Bart.in l.ſi finita, §.Iulianus, num.27.in l.quamuis, n.11.in fin.ff.de dam. inte. Alex.in l.iuſtè poſſidet, nu.3.ff.de acq. poſſeſſ.& conſ.5.num 1. vol. 2.vbi Natt.in add.Iaſ.in l.ſi pacto, quo pœnam nu.6.C.de pact.Anchar.conſ.3.num. 5.Bertrand.conſ. 104.vol.4.Rim.Iun.conſ.3.nu 29.vol.1.

43 Non * enim ſufficeret citatio colonorũ, ſeu Inquilinorum, quia aduerſus eos interpoſitæ adiudicationes, dominis, quorum nomine poſſident, non præiudicarent, Soccin.ſen.conſ.18 nu.28.vol.1.Innoc.& Ioan. Andr.in cap.quoniam frequenter, §.quòd ſi ſuper extra, vt lite non conteſt.Specul.tit. de primo decreto, § reſtat, verſ. hoc etiam not.& verſ.quòd ſi coloni, Marſil.in leg.de vnoquoque, nu.29.in fi.ff.de re iud.

44 Neque * ſufficeret citatio facta in domo, non præcedente ſaltim vnica citatione perſonali, Boniorn.in cap. ritus 112. verſ. ſed quæro in 2.decreto, vbi teſtatur ita communiter Doctores tenere in d. §. Iulianus, & in ſpecie Ludou. Bologn. in verſ. in ead. gloſſ.in, domini ſuæ.

45 Citatio autem * tria continere debet, ſcilicet commiſſionem de citando, quæ præſumitur, ſic aſſerente officiali publico exequutionem commiſſionis, ſeu ipſam citationem, & relationem iam factæ citationis, in actis deſcriptam die non feriato, Maran.in Spec. par. 7. in materia citationis, nu 51.53.& 55.fol.180.Bald.in l.fin.C. de ferijs Felyn.in cap.gratum, colum.3.extra de off.delega.Paul.de Caſtr conſ.81. colum. 4. volum.2.

46 Licèt * alij dixerint, tunc magis debere dici iniuſtam, quam nullam, atque ita ordinariè agendum, Socc.ſen.conſ.158.nu.21. vol.2.Milan.deciſ 9.nu.79.lib.2.

47 Declara quinto, vt * dicatur nulla, ſi ad eam fuerit deuentum non præcedente primo decreto, Cum.in cap ritus 2.num.60.& cap.17.nu.152.& 153.Milan deciſ.14.nu. 1. & 31.lib.1.Michael Vrcur.in d. l. ſi finita, nu.186.Alex.conſ. 53.col.3.lib.5.Boniorn.
48 in allegat.canſæ Siculianæ, quia * primum decretum, eſt præambulum ad ſecundam, Bart.in l.ſi finita, §.Iulianus, ff.de dam.infe. Mara.de ord.iud.par.6.actu 1.num. 2.fol. 241.Cum.in cap.ritus 17.num.155.

49 Et * ſecundum decretum non poteſt eſſe ſine primo, Butr.in cap.cum contingit extra.de dolo, & contum.add.ad Bald.in l.ordo, nu.2.C.de exeq.rei iud. Vrcur. in d. §. Iulianus, nu. 125.Alex.conſ.33.num. 5. & 6. vol 5.Imol.conſ.110.nu. 9.Fan.de pignor. par.3.membr.3.nu.4.Roman.conſ.424. col. 2.Abb.conſ.84.vol.1.Cum.in d.cap.ritus 17 ſub nu.153.

50 Etiam quòd * annotatio apud acta præceſſiſſet, & non primum decretum ſi pro debito vltra vncias quinque effectum habuerit D.Auus meus, & magis communiter noſtrates ſuper ritu 112.per illum tex.

51 Ac etiam ſi præceſſerit primum decretum, ſed non ſuper omnibus, ſuper quibus fuerit ſequuta adiudicatio, Milan. deciſ. 14.numer.1.12.26. 30.37. & 44.lib.1.Berous conſ.107.vol.3.Guid.Pap.quæſt 348.Capic. deciſ.46.num.6 Alex.conſ. 105 num.4.& 5. vol.7.Ancar.conſ.40.num.2. Quicquid dixerit Bart.in l.cum vnus ff.de bon.auth.iud.
54 poſſid. Et * tunc non valebit etiam de re, ſuper qua præceſſerit primum decretum, Berous conſ.182.num.9.lib. 1. Pariſ. conſ. 100 num. 24. vol. 1. Natt.conſ.631.num.37. vol.3.Milan.deciſ.14.nu.37.38.39.40.& 41. lib.1.Rimin.iun.conſ.5 nu.229 lib.1. Simonc. de decreto inſpect.4.lib.1.nu.45.

55 Idem * ſi fuiſſet deuentum ad adiudicationem elapſo anno ipſius primi decreti, qui annus currere incipiet oppoſitionibus de medio exiſtentibus à die latæ ſententiæ procedat exequutio, vel interloquutoriæ reiciantur ſtante pacto de non opponendo per cap.ritus 112.& data in tex. ibi ſi verò
56 ſe oppoſuerit, & per cap ritus 105. Aliàs * oppoſitionibus non præſentatis vel præſentatis antè, vel poſt quindenam curreret annus à die interpoſitionis primi decreti, & ita ſæpius deciſis Magna Curia, Paria enim
57 * ſunt non fuiſſe præſentatas oppoſitiones, vel fuiſſe præſentatas antè, vel poſt quindenam, Paul.de Caſt.conſ.233.ſub nu. 1.vol. 2.Bal.in l.miſſ.ff. de tut. & ratio. diſtrah.& in l.fin.col.1.C.qui adm.Cum. in cap. ritus 17.nu.27.& 28.

57 Idem * ſi alijs modis primum decretum fuiſſet nullum, quia etiam ſecundum ſtante nullitate primi, redderetur nullum, Honded.conſ.82.num.20.Roman.conſ.454.in 2. & 3.dub.Abb conſ.43.in 2.dub vol.2.

58 Declara ſexto, vt * ſecundum aliquos dicatur nulla adiudicatio expreſsè non dato

ter-

Digitized by Google

termino ad reddimendum debitori à ritu
ſtatuto vt legitur in d.cap. ritus 17. in tex.
59 ibi reſeruato nihilominus debitori Quia *
omnia per ritum diſpoſita ſunt de forma,
Cum.in præludi.rit.Magnæ Curiæ,nu. 5. per
Felin.in cap.cum dilecta,nu. 6.extra de re-
ſcr.Brun.in tract.de forma.art.quando ali
quid cenſeatur datum pro forma, col. 10.
verſ. quinta concluſio, Carau. ſuper rito
Neap.cap. 1. Mila. deciſ. 14.ſub nu. 34.lib.
60 1. Et * forma non ſeruata, redditur adiudi-
catio,& quilibet actus nullus, Mila. deciſ. 2.
nu. 173.lib. 2. fol. 21. Cum.in cap.ritus 17.nu.
155.fol.103.Straccb.in tract. de mercatura
rub.mandati.num.9.Dec.conſ.532.nu.5.Be-
nincaſ.in tract.de pauper.quæſt.3. num 35.
Tiraq.de retr.ſang.§.1.gl.21.num. 11. & de
retr.conuent.§.4.gl.6.nu. 31. Dec. in auth.
qui rem.nu.19.C.de Sacroſanct. Eccl. Plot.
de in litem iura.§.9.ſub.nu.13.Iaſ. conſ. 91.
col.1.vol.2.Surd.deciſ.144.num.17.Turrett.
conſil.91.num.20.lib.1.
61 Contrarium * & receptius tenuit Cum.
62 in cap.ritus 17.ſub nu.165.quia * ritus non
diſponit dari terminum ad reddimendum
debitori, ſed eidem reſeruat dictum termi
num, quaſi abſque eo quòd aſſignetur, ipſe
debitor ſcire deberet diſpoſitionem ritus
in volumine ſtatutorum inſertam, ſaltim
per aditum ad peritiores, vt veniens infrà
dictum terminum habeat recuperare bona
adiudicata per cap. ritus 8. in tex. ibi.cum
termino infra menſes quatuor,& in cap.ri-
tus 17.in tex.ibi reſeruato nihilominus.
63 Declara ſeptimo, vt * dicatur nulla adiu
dicatio, quandò fuiſſet facta ad literas di-
rectas alicui, qui incolatum, aut natiuita-
tem in loco fuerit ſortius, per prag. regni
tom.1.tit. 20. rub. de off. commiſſa. in fine
prin.fol.83.
64 Declara octauo, vt * dicatur nulla adiu-
dicatio quandò pretium oblatum non fuiſ
ſet præſens, ſed de eo fuiſſet habita fides,
Iaſ. in l. à diuo pio, §. ſed ſi emptor, circa
princ.per illum text.ff.de re iud.
66 Idem eſſet, ſi * de pretio oblato fuiſſent
accollata debita ſoluenda per debitorem
dominumque rei adiudicatæ, & ſi publicis
verificata documentis Prouinz. in add. ad
repert.Bertacch. in verſ.decretum.
67 Non tamen idem * eſſet, ſi oblatio tantù
fuiſſet facta de vero credito adiudicantis,
licet vltrà illud fuerint accollata debita,&
onera, etiam non innegabilia, quia tunc er-
ronea illa accollatio, non redderet nullam
adiudicationem, Cum. in cap. ritus 17. ſub
nu. 149. vbi ait ita ſeruari.
68 Idemque eſſet, ſi * ſubhaſtatio, & vendi-
tio fuiſſet facta pro expenſis iudiciariis fa-
ctis, & faciendis, vſque ad interpoſitionem
ſecundi decreti, pro quibus non fuit cauſa-
ta exequutio, nec capta quindena, quia red
deret adiudicationem nullam, Milan. de-
ciſ.9.num.76.lib.2.
69 Declara nono, vt * dici poſſet nulla adiu-
dicatio, ſi proceſſerit ſuper bonis proprijs
ipſius hæredis, non obligatis cum hæredita
rio nomine conueniretur, Milan.deciſ.9. n.
25.lib.2.Ruin.conſ.190.nu.26.vol.2.
70 Idemque diceretur * nulla, ſi fuerit in-
terpoſita ſuper bonis non obligatis, Milan.
deciſ.9.nu.77.lib.2. Affl.& Vrſill.deciſ. 218.
idem Vrſill.deciſ. 178.nu.9.
71 Et * diceretur nulla in totum, etiam quò
ad bona obligata ſi fuerit adiecta ſuper bo
nis obligatis, & non obligatis, Mila. deciſ.
14.n.39.& 40.lib.1.Ancha.q.14.lib.2.
71 Declara decimo vt * poſsit dici adiudi-
catio nulla ſi facta fuiſſet pro pretio incer-
to, Milan.deciſ.14.nu.43.lib.1.Surd.conſ.39
num.5.volum.
72 Declara vndecimo iſtam materiam, vt *
annullata adiudicatione teneatur creditor
ad omnes fructus perceptos, Surd.conſ. 115
num.21.& deciſ.45.nu.14.vbi teſtatur com-
munem opinionem, Cum. in cap. ritus 17.
nu.157.per l.1.§.fin. C. de pignor. act. Affl.
deciſ.218 Franc.in cap.dilecto, extra de ap
pell.Roman.conſ.454.nu.26.& 27. arg. l. fi-
lio §.contra tabulas ff.inoff. teſt. vbi Man-
doſ.in add.in litera H.Felin in cap.cum cau
ſam,nu.37. extra de conſt. Simon de Prat.
conſ.206.nu.39.Natt.conſ.535 n.12.Oſaſc.
deciſ.160.nu.12.Quicquid dixerit Becc.cōſ.
95.nu.15.verſ.quibus, Neuizz.conſ.77. nu.
73 22.Burſa.conſ.73.num.30.Non * autem ad
percipiendos, Specul.titu. de primo decre.
§.iam de effect. verſ. miſſus ergo vere, nu.
13.Quicquid dixerit Cum.in d.cap.17. nu.
158.in fin.
74 Declara duodecimo, vt * bona nulliter
adiudicata non poſſint retineri pro credi-
to Iaſ.in d.§.ſi centum, ſub n.10.vbi ait hoc
75 eſſe regulare. Niſi * præceſſerit ſententia,
& deinde fuerit ſequuta adiudicatio, Surd.
76 deciſ.46.nu.10. Vel niſi * fauore dotis, Mi-
lan.deciſ.7.ſub nu.78.& 85.lib.1.Bal.in leg.
quoniam frequenter, § fin autem, ſub nu. 2.
extra vt lite non conteſta.
77 Declara duodecimo, vt * adiudicatio nō
poſſit dici nulla ex cauſis, de quibus fuit
oppoſitum, & ſuper eis ſententiatum, Ca-
pice deciſ.51.nu.5.Alex.in l. iuſte poſsidet
nu 18 ff.de acqui.poſſ.in l.ſi finita, §. Iulia-
nus, num.47.in fin.ff.de damn.inf. Hieron.
Gabr.conſ.33.num.8.vol.2. Boniorn. ſuper
ritu ... col.1. verſ. & exceptio.
78 Declara decimotertio, vt * ſi ſemel fue-
rit oppoſitum de nullitate adiudicationis,
eaque fuerit declarata valida, non poterit

iterum agi de nullitate, Bar. in l. ſi expreſſim nu. 3. ff. de appell. Mila. deciſ. 5 nu. 2. lib.
79 1 Niſi * ex alia cauſa non deducta, cap. ad probandum, extra de re iud.
80 Declara decimoquarto, vt * circa annullationem petendam adiudicationis, procedi debeat dato termino extraordinario, Ioan. Baptiſt. Ferrett. conſ. 45. Bellam. deciſ.
81 317 Roma. ſing. 519. Niſi * non indigeret probatione extrinſeca, ſeu aliquam facti dubietatem minime haberet, quia tunc ex arrupto per viſionem ſcripturarum procederetur tanquam ſuper notorio, Rot. deciſ. 5. tit. de litis conteſt. & deciſ. 140 in nouis, Mila deciſ. 3. nu. 156. & deciſ. 5 num. 9 lib. 1. vbi ait in regno eſſe receptam opinionem, Bal. in l. poſtquam liti, C. de pact. Ioan. Baptiſt. Ferrett. conſ. 45. colum. 1. Iacob. Emilia. conſil. 44. Franc. in cap. dilecto num. 48. extra de appell.
82 Dicetur enim * tunc quæſtio iuris, cum ab vtraque parte pro conſtanti factum præſupponitur, Cagno. in l. quatenus, nu. 16. ff. de reg. iur, Angel. in l. eum quem temere, §. 2. ff. de iudic. Bal. in l. Aretula, la 2. circa fin. ff de ſtatu hom. & in cap. 1. in verſ. porro, de pace Conſta. Blanc. in tract. de compromiſſ. quæſt. 4 ſub nu. 1. Ioan. Baptiſt. Ferrett. conſ. 45. Mila. deciſ. 3. nu. 156. lib. 1.
83 Declara decimoquinto * (ſecundum aliquos) quod reuocata adiudicatione omnia ad priſtinum ſunt reducenda eodem priuilegio, quo actum fuit, Vincen. de Franch. deciſ. 130 num. 3 lib. 1. Bal. in l. videre, per illum tex. C. comm. vel epiſt. Dec. in l. iubere cauere, in 2 not. ff. de iur. omn. iud. Verum-
84 tamen * pro veritate huius declarationis, delego Lectorem ad deciſionem Magnæ Curiæ 308. par. 3. in qua videbit probatiſſimam diſtinctionem.

Annot. ad Singul. CLXXIII. II.

Num. 2.] Adde late eund. Intrigl. deciſ. 46. numero 1.

Num. 4. & 5.] Adde eund. Intrigl. deciſ. 15. num 83. & 84.

Num. 13.] Vide omnino D. Garſ. Maſtrill. deciſ. 11. per tot.

Num. 20.] Adde eund. Intrigl. deciſ. 46. numero 59.

Num. 27] Vide eund. Intrigl. deciſ. 15. nu. 17 & nu. 69. & 70.

Num. 47] Adde Mut. in confuet. Panor. c. 2. nu. 55. & 56. & in cap. rit. 112. num. 19. Maſtrill. deciſ. 58 nu. 1. & ſeqq.

Num. 64] Adde Vrſill. ad Affl. deciſ. 358. nu. 4. vbi maxime aduertendum dicit, vt adiudicatio fiat præſenti pecunia, quia alias eſſet nulla. Contrarium tamen, quod ſcilicet adiudicatio facta non præſenti pecunia non ſit nulla, quamuis poſſit retractari, expreſſim probare videntur Bart. *Ang.* & alij magis communiter in l. à diuo *Pio* §. ſed ſi emptor ff. de re iudic. dum dicunt poſſe hoc caſu rem venditam ab emptore reuocari, & alteri diſtrahi, & apertius Paul. de Caſtr. qui dicit huiuſmodi venditionem haberi pro non facta, ſubditque rationem, quia poteſt de facili retractari, cuius verba recenſet *Iaſ.* ibid. idem affirmant Sura. conſ. 168. nu. 24. Aſin. de execut. §. 6. c. 31. nu. 47. Quæ opinio, ſi recte aduertatur, expreſſe deducitur ex eo. §. ſed ſi emptor, quo loco dubitat *I. C.* quomodo ſe habere debeat iudex, qui rem vendidit non præſenti pecunia, ſi emptor precium non ſoluat. nam ſi condemnare eum velit, res in longum protrahetur, eritque opus nouo iudicio, quòd, ſi velit eum habere pro condemnato, non videtur æque agere, præſertim, ſi dicat emptor ſe pretium ſoluiſſe, vel neget rem emiſſe, quod ſatis dicere poteſt quando pignora venduntur in abſentia iudicis, vel eo præſente, ſed non conſtat ex actis, vt conſiderant Ang. Imm. Cuman. *Alex.* Iaſ. Zaſ. & alij ibi. ideo conſulit, vt ad euitandas has difficultates iudex præſenti pecunia vendat; Quòd, ſi ſecus vendiderit, illud putat eſſe breuius remedium, vt rem ipſam capiat, atque iterũ diſtrahat. Quare aperte ſupponit venditionem valere. nam, ſi non valeret, remedium illud condemnandi emptorem ad ſoluendum precium non ſolum eſſet longum ſed prorſus inutile. neque enim poſſet ex venditione nulla aliquo modo agi cõtra emptorem. *Rurſus* ſi venditio facta non præſenti pecunia erat omnino nulla poterat I. C. vnico verbo ſe expedire, dicẽdo eam nullam, nec oportebat aliud remedium quærere quo vti deberet iudex, ſi quando non præſenti pecunia vendidiſſet. Coadiuuatur hoc ex eo, quod in ſimili dicitur de procuratore Cæſaris, qui debet præſenti pecunia vendere. leg. ſi procurator §. vlt. & ibi Gl. ff. de iur fiſc. & tamen, ſi vẽdat habita fide de precio, cõtractus non eſt nullus, licet non transferatur dominium, niſi pretio ſoluto l. cum vendente, & ibi Bal. & Salic. C. vbi cauſ fiſc. Alex. & Iaſ. in d. §. ſed ſi emptor Peregr. de iur. fiſc. lib 6. tit 4. n. 9. Ex quibus poſtrema hæc opinio videtur in puncto iuris verior. qua retenta, quod dicitur huiuſmodi adiudicationem factam non præſenti pecunia reſcindi poſſe, Declaratur primo, vt verum non ſit, quando emptor iam pretiũ ſoluit, vel promptus eſt illud ſoluere, hoc enim caſu ſine dubio non eſt locus diſpoſitioni d. §. ſed ſi emptor, quia loquitur tantum, quando emptor non vult precium ſoluere, mandatque rem primo emptori auferri, & alteri diſtrahi, vt creditori ſatisfiat, vnde, ſi iam fuerit ſolutum, vel modo ſoluatur, poſſitq; ex eo precio ſatisfieri, ſuperfluum eſt, & contra mentem illius tex. nouum emptorem quærere, ac rem

lon-

longius producere: & id aperte ſentit Gloſ. ibi in verſ. liberatam, quæ dicit non eſſe auferendam rem emptori, ſi dicat pretium ſoluiſſe, cũ qua tranſeunt Bart. Ang. Alex. & alij ibid. licet limitent, niſi iudici conſtet emptorem re vera non ſoluiſſe. idem quoque ſentire videntur Caſtr. & alij ibi dum dicunt rem auferri poſſe pretio non ſoluto.

Declaratur ſecundo, niſi creditor conſentiat. Nam cum hoc, vt adiudicatio fiat præſenti pecunia, ſit introductum in fauorem creditoris, vt citius debitum conſequatur, poteſt ipſe, ſi velit, huic fauori renuntiare, vt tradit Maſuer. in pract. tit. de execut. & ſubhaſt. nu. 36. quem ſequitur Prouinz. in quadam all. incip. tria ſunt circa med. Quod omnino verum eſt, quando pretium rei venditæ non excedit creditum, ſed totum creditori adiudicatur: ſecus, ſi vltra creditum fuiſſet aliquid oblatũ, quod eſſet debitori ſoluendum. nam reſpectu huius reſidui videtur potius neceſſarius conſenſus ipſius debitoris, vt late probat Nicol. Sacean. conſ. 41. incip. in cauſa nullitatis verſ. vltimo dicta liberatio, in cuius fine habetur, ita iudicatum in M. C. de menſe Iulij vij. Ind. 1534.

Declaratur tertio, vt locum non habeat, quando iudex expreſſe conſentit, vt pretium poſt tempus ſoluatur. tunc enim non poteſt res auferri, licet poſſit creditor conqueri de iniuſta executione, ac iudicem doli conuenire, vt ſing. voluit Zaſ. in d. §. ſed ſi emptor ad fin. Quæ declaratio prima facie videtur falſa, & contra tex. expreſſum in d. §. ſed ſi emptor. Niſi dicas eum tex. loqui, quando ſimpliciter venditio fit non præſenti pecunia, non quando expreſſe habetur fides de pretio. Quod ſuaderi videtur ex eo, nam in eo tex. dicitur hanc venditionem factam non præſenti pecunia, ſi emptor pretium non ſoluat, poſſe ab eodem iudice reuocari; quod turpe videtur in eo iudice, qui expreſſe habuit fidem de pretio.

Num. 67] Adde Mut. in cap. rit. 112. num. 81. & 82.

Num. 68.] Vide eund. Intrigl. deciſ. 15. nu. 17. Mut. in d. c. 132. num. 63.

SINGVLARE, CLXXIV.

IN conſuet. clariſſimæ vrbis Cataniæ in caſu vero mortis ſub de conceſſ. & licentia, nota ſingulariter, ſupplementum legitimæ peti * poſſe vna cum fructibus à die mortis patris, vel matris, quandò res hæreditariæ fuerint tales, quæ fructus præbeant, aliàs minimè venirent in condemnatione, Peregr. in tract. de fideic. art. 36. ſub num. 89. Decian. conſ. 79. vol. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam in verſ. ſuſceperit liberos, num. 97. C. de reuoc. donat. Caualc. deciſ. 8. ſub nu. 13. par. 3. Cephal. conſ. 56. nu. 49. lib. 1. Niſi * per hæredes ſteteſſet quo minus fructus facerent, puta quia hæreditas conſiſteret in pecunia, Cephal. conſ. 56. num. 50. volu. 1. per Capram conſ. 153. in prin. iuncto nu. 10. verſ. quod etiam ex alia ratione.

SINGVLARE, CLXXV.

IN conſt. regni qui falſitatem, nota ſingulariter, quòd * ſtabitur dicto teſtis priori, etiam ſi ſecundum dictum contrarium approbatum fuerit cum tortura, quando teſtatus fuerit in propria cauſa, vel de ſe ſimul, & alijs, Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 13. nu. 8. verſ. quod autem, Bart. ſol. 574. Bart. in l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſt. Aret. conſ. 61. col. 1. Dec. conſ. 175. col. 1. & conſ. 189. col. 2. Burſa. conſ. 311. nu. 29. vol. 3. Ant. Gabr. lib. 7. tit. de crimin. concl. 29. num. 4. Socc. conſ. 353. col. 2. vol. 2. Grat. conſ. 80. num. 9. vol. 2. Gram. voto 34. nu. 11. & conſ. 30. nu. 7. Crauett. conſ. 6. ſub num. 45. Alciat. de præſ. reg. 2. præſ. 29. num. 10. & ita aliàs conſului, & obtinui contra quendam nobilem Catanenſem.

Annot. ad Singul. CLXXV.

Vide Farinac. quæſt. 66. n. 181. & 182.

SINGVLARE, CLXXVI.

IN cap. regni 49. Regis Ioannis, nota ſingulariter, inditia ad torturam ſufficientia, deberi * eſſe probabilia, veriſimilia, nõ leuia, ſed grauiora vrgentia, certa, & clariora luce meridiana; ita quòd nil aliud deeſſe videatur, quam rei confeſſio, Farin. quæſt. 37. nu. 3. & 5. vbi ſubijcit, ſicut ad condemnandum requiruntur probationes certæ, & claræ ita ad torquendum deberent requiri inditia clara, & certa, cum idem ius ſit de toto, quò ad totum, quòd de parte, quò ad partem, Franciſc. Perſon. in tract. de indic. ad tort. nu. 93. verſ. tamen hoc intelligas, Brunor. à Sole in conſ. crim. ad ſui defenſionem, nu. 136. lib. 1. ibi, vt ſola confeſſio reorum deeſſe videatur, ff. de quæſtib. l. milites §. oportet in text. ibi ſed argumentis veriſimilibus, probabilibuſque vti, C. eod. leg. cum cognitionaliter in text. ibi ſi præſſita fuerint ex tanto ſcelere argumenta, vt videantur accedere ad veriſimilia cauſæ crimina, C. eod. Foller. in pract. crim. verb. item quod ſuffocauit vxorem, numero 25. Carrer. in pract. crimin. in 2. tractat. de ind. ad tort. & §. circa quartam numero 5. Nouell. in pract. crimin. in prin. rub. indicia, quæ præcedere nu. 40. Blanc. de indic. num. 7. Brun. de indic. & tort. par. 2. quæſt. 3. nu. 8. Boſſ. tit. de indic. nu. 17. Flum. Carfar. in pract. inter. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 77. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 170. nu.

5.& 6.& de præſ.lib.1.par 1 quæſt.89. nu.3. Maſcar.concl.385.n.ſi.30.Marcab. ab Aguill.conſ.30.nu.23.Marc.Ant.Eugen.conſ.27.nu.14.Bertaz conſ.38.num.3.lib 1.crim. Tob.Non.conſ.99.nu.1.Becc.conſ.85.nu.1. Vulpell.conſ 97.nu.1.Decian.conſ.88.nu.6. vol.3.Burſat.conſ.336.n.16.vol.3.Theſaur. deciſ.24.nu.6.Honded.conſ.106.nu.66.& 67

2 Et * inditia remota (ſcilicet non ſuper ipſo delicto immediatè) deberent probari per duos teſtes omni exceptione maiores, Fari.quæſt 37.num.13.18.& 28.vbi teſtatur hanc eſſe communem veriorem, & probabiliorem opinionem, Oſaſc.deciſ.Pedam.79 nu.14.15.& 16.gloſſ.in verſ.vel inditijs,l.fin. C.fam.hercif.Ant. Gomez. var. reſol.tom. 30.cap.13.num.18.& 19.Maſcar.concl.894. nu.3.Menocch.de præſ.lib.1.quæſt.91.nu.5. & 6.Burſa.conſ.316.nu.25.vol.3.& conſ.346 num. 8.vol.4.Bonacoſſ.in 2. par.com opin. crim.verſ.inditia aut ſunt proxima col.3. fol.35.

3 Etiam * in atrociſſimis, Farin. quæſt. 37.num.10.& 31.Boſſ.tit.de indit.& conſider.ante tort.nu.15.

4 Conteſtes * & non ſingulares, Bal.conſ.515.nu.2.vol.5.Grat. cóſ. 45.nu.11.vol.2 Pariſ.conſ.163.nu.11. vol. 2. Marſil.conſ.118 nu.12.Alex.conſil.180. nu. 6.lib.2.Gram.conſ.3.num.18.Cepol conſ. crim.32 nu 16.Cephal.conſ.104.nu.19 ,vol. 2.Ant.Gomez.tom.3.var,reſol.cap.13. ſub num 18.

5 Niſi * tribus concurrentibus,primò quòd fuerint teſtes omni exceptione maiores, ſecundò quòd deponent ſuper inditijs proximis delicto, non autem remotis, tertiò quod inditia ſint plura, & talia, quæ reddãt animum iudicis quaſi certum , quòd reus deliquerit, quia tunc inditia probata per teſtes ſingulares ſufficerent ad inferendam torturam, Farin quæſt.37.nu.38. Petr. Ant. à Petra de fideicom.quæſt.12.nu.251.

6 Et * regulariter inditia remota debent eſſe plura, ita vt vnum non ſufficiat ad inferendam torturam, Farin.quæſt.37.nu. 43. Bar.in l.fin.numer.9.ff. de quæſt.quem eſſe communiter approbatum, teſtatur Auguſt. ad Ang.de malefic.in verſ.fama publica,nu. 52.verſ.& eſt etiam ratio vera. Ioan. de Amic.conſ.117.nu.36.Blanc.de indit.nu. 150. Villalob.in com.op.in litera I.nu.17.conſ. 41.nu.6.lib.1.Boſſ.de indit.num.21. Carrer. in pract.crim.2.tract.de indit.& tort.§.ſed an vnum inditium,ſum.2.Conrad.in pract. tit.de negat.crim.& torm.nume. 30. in fin. Bonaccoſſ.in ſuis com.opin.crimin. par. 2. verſ.tortura non poteſt adhiberi per vnum inditium remotum, fol.83.Bombi. conſ.47. nu.3. Natt.conſ.162.nu.6. lib.2. Menocch. de arb.iud.lib.2.caſu 270.ſub nu.72.Rimin. conſ.88.nu.8.vol.1.Franciſc.Becio in tract. de indit.& tort.num 96.verſ.vnde ſuccedit concluſio, vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, Burſa.conſ.136.num.1. vol.3. Marc.Ant.Euge.conſ.27.num.10.vbi ait ita ſeruari in practica.

7 Niſi * fuiſſent talia, quæ valde ad maleficium inferrent, licèt immediatè non tangant delictum, quia tunc vnumquodque de ſe ſufficeret ad torturam, Farin. quæſt. 37. num.46.Clar.in §.fin.quæſt.64.verſ.ſed quæro quot inditia verſ.cæterum quicquid ſit, Bar.in l fin.nu.6.in fi.verſ. ſed ſi eſſet vnum inditium non remotum,ff.de quæſt.Marſil. in pract.crim.§.diligenter.nu.17.Angel.de maleficiis in verſ.fama publica nu.

8 Verumtamen * inditium, immediatum maleficio, vnicum ſufficeret ad torturam, etiã alijs non concurrentibus, Farin.quæſt. 37.nu 54.& 56.vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem communiorem, & in practica obſeruatam, gloſſ. in verſ. coniunctus l.3.C.ad l. iul.maieſt. Bar.in l.1.§.ſi idem Cornelio ff.de quæſt.Bal.in l.milites.num. 20. eodem Salic in l.fin.num.10. C.eod.Abbas in cap.at ſi clerici,nu.14.extra de iudicijs.

9 Nec * iudex deberet obedire Principi mandanti, vt reus torqueatur ſine legitimis inditijs, & ſecus faciendo, teneretur in ſindicatu ſaltem reſpectu penæ extra ordinariæ, Farin.quæſt.37.n.74.77.& 78.Grat. voto 32.nu.9.Clar.in §.fin.quæſt.64.verſ.dixi quoque Carrer.in pract.crim.in 2.tract. de ind.& tort.§.circa quartum,nu.12.Menocch.de arb.iud.lib.2.caſu 334. nume.8

10 Niſi * eſſemus in atrociſsimis, & occultis delictis, ſeu difficilis probationis. Farinac. q.37.ſub num.89.

11 Ex quibus infertur, primò * vnicum teſtem de viſu delicti immediati omni exceptione maiorem facere inditium ad torturam abſque alijs coniecturis. Farin. q.37. num.54 & 58.vbi teſtatur communem opinionem, Viuius com.op. in verſ. teſtis vnicus de viſu num.7.Clar. in §. fin. quæſt. 21. verſ.vnus teſtis, Ant.Gomez.var.reſol.cap. 13.nu.7 tom.3.Carrer.in pract.crim. in 2. tract.de indit.& tort.§.quæ autem ſint iſta inditia,nu 3.& 5.Soarez.in coll.com.op. in littera I. nu. 109. Plot.de in litem iur.§ 54. num.2.Cephal.conſ.433.nu.23 vol.4. Maſcar.vol.2.de probat.concl.462.nu.10.Hier. Gabr.conſ.178.nu.6.vol.1.

12 Niſi * (ſecundum aliquos) eſſemus in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus vnus teſtis de viſu faciet inditium ad torturam, etiam quòd non fuerit omni exceptione maior, Caſon.de indit.tract.to cap.1.nu.12.

13 Contrariam * ſententiam iudicamus veriorem, & in practica magis obſeruatam, quam

Digitized by Google

quam etiam fuit amplexus, Farin. quæſt. 37. num. 62. & 63.

14 Vel niſi * inquiſitus fuerit leuis vitæ quia tunc vnicus teſtis de viſu faciet contra eũ inditium ad torturam, etiam quòd non fuerit omni exceptione maior, dummodò ipſe teſtis non fuerit ipſo iure inhabilis, vel non patiatur plures defectus, Fari. quæſt. 37. nu. 65. Carrer. in pract. crimin. 2. tract. de ind. & tort. & §. quæ autem ſint iſta inditia, num. 4. Menocch. de præſ. lib. 1. quæſt. 89. num. 9.

15 Vel niſi * (ſecundùm aliquos) eſſemus coram iudice habente largum, & amplum arbitrium, quia tunc ex dicto vnius teſtis de viſu etiam non exceptione maioris, poſſet inferre torturam, Gandin. in rub. de quæſt. & torm. nu. 41. verſ. vnde ſi viderit maleficia Alexan. conſ. 65. nu. 9. verſic. & attento arbitrio lib. 1. Gram. deciſ. 34. numer. 31. Deciſ. conſ. 163. num. 6. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. & tort. §. quæ autem ſint iſta inditia, num. 23. Menocch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 89. nu. 4. & de præſ. lib. 1. quæſt. 89 nu.

16 13. Contrariam * ſententiam tenuit Farin. quæſt. 37. num. 69. Ioann. Turet. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 81. nu. 23. & 66. num. 2. Rimin. conſ. 341. nu. 46. vol. 4.

17 Secundò * infertur, ſocium criminis in caſibus in quibus potuit interrogari de conſocijs vel iuncto alio adminiculo iudicis arbitrio facere inditium ad torturam, Farin. quæſt. 43. nu. 27. 42. 141. & 162. Bron. de indit. & tort. par. 1. quæſt. 3. num. 24. & 25 Clar. in §. fin. q. 21. verſic. ſed quid in criminibus exceptis, Menocch. de arb. iud. lib. 2. caſu 474. nu. 47. Maſ. vol. 7. de prob. concl. 1311. ſub num. 53.

18 Adminicula * verò deberent eſſe adeò veriſimilia, vt iudex ex qualitate deponentium, & perſona eorum contra quos deponitur, credat nominantem non mentiri, Farin. q. 43. nu. 173. Bal. in l. ſicuti, C. de quæſt. cap. in fidei fauorem, de hæret. lib. 6. Marſil. in pract. §. diligenter nu. 60. circa fin. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tort. §. octauum inditium, nu. 15. Conrad. in pract. tit. de negat. crim. & torm. ſub nu. 23. Ioan. Maria Monticel. reg. crimin. 4. nu. 38. & 48. Menocch. de arb. iud. lib. 2. caſu 474. nu. 58. Maſcar. vol. 1. de probat. concl. 158. nu. 2. &

19 vol. 3. concl. 1311. nu. 45. videlicet duo * teſtes de auditu, Farin. q. 43. nume. 163. Socc. conſ. 95. col. 4. lib. 3. Grauet. conſ. 20. nu. 3.

20 Dec. conſ. 18. nu. 68. Vel * vnus teſtis de vi-

21 ſu, Farin. q. 43. num. 167. Vel * inimicitia nominati cum occiſo, Fari. quæſt. 43. nu. 168. Ioan. Maria Monticell. reg. crim. 4. nu. 38.

22 & reg. 5. nu. 15. Vel * fama contra nominatum, Fari. quæſt. 43. nu. 166. [illegible] conſ. 198.

ſub num. 3. Blati. de inditiis num. 187. in fin. Gram. conſ. 21. nu. 7. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. & tort. §. octauum inditium, num. 30 in fin. Ioan. Maria Monticel. reg. crim. 4. nu. 25. Decian. conſ. 18. num. 68.

23 vol. 1. Vel * fuga nominati, Fari. quæſt. 43. nu. 170. vbi teſtatur hanc eſſe veriſſimam concluſionem, Bal. conſ. 429. vol. 3. Gram. deciſ. 28. num. 16. Menocch. de arb. iud. lib. 2. caſu 474. num. 48. Decian. conſ. 18. nu. 31. volu. 1. Maſc. vol. 3. probat. concl. 1311. nu.

24 45. in fin. Vel * ſtricta amicitia, & aſſidua conuerſatio cum nominato, Farin. quæſt. 43. n. 171. vbi teſtatur eſſe magis receptam opinionem, Gram. conſ. 75. nu. 16. & voto 6. nu. 3. Carre. in pract. in 2. tract. de indit. & tort. §. octauum inditium, num. 40. circa fin. Ioan. Maria Monticell. in reg. in crim. 4. num. 38. Menoc. lib. 1. præſum. quæſt. 89. num. 73. Quicquid dixerit Natt. conſ. 298.

25 num. 3. & 4. vol. 2. Vel * alloquutio ſecreta, habita inter nominatum, & nominantem, Farin. quæſt. 43. num. 175. Ioan. Maria Monticell. reg. crim. 4. num. 38. & reg. 5. ſub nu.

26 14. ac etiam * facerent inditium ad torturam dicta duorum ſociorum in caſibus in quibus, poſſent de conſocijs interrogari, Farin. quæſt. 43. num. 42. Clar. in §. fin. quæſt. 21. verſ. ſed pone, Claud. in add. ad Bertazo.

27 conſ. 332. in litera C. lib. 2. Secus tamen * eſſet in caſibus, in quibus non poſſent de conſocijs interrogari, quia tunc dictum ſocii, etiam adminiculatum, vel etiam quòd fuerint trium, vel plurium ſociorum, non faceret inditium ad torturam, Farin. q. 43. num. 41. & 152. Bald. in leg. quoniam liberi, num. 2. C. de teſtib. Flanch. de indit. nu. 381. Gram. conſ. 21. ſub nu. 10. Menocc. de arb. iud. lib. 2. caſu 474. nu. 25. & 26. Maſcard. volum. 3. de probat. concl. 1311. ſub num. 13.

c Tuſch. d. concluſ. 458. nu. 4. cum ſeqq. poſt in-
finitos Farinac. vbi ſupra num. 31.
9 Ac etiam eſt prohibitus ludus conſiſtens † in
ſola fortuna, Florian. in l. fin. §. ſi ſeruus, nu. 7.
ff. de aleæ luſu, & aleat. Salicet. in auth. interdi-
cimus lit. A. verſ. quod eſt verum, C. de Epiſcop.
& Cleric. Farinac. d. quæſt. 109. num. 22. Tuſch.
concluſ. prædicta 456. num. 2. Flau. Tort. vbi
ſupra num. 20.
10 In Regno autem qui dicantur ludi prohibiti,
† & quæ ſit pœna ludentium ad ludos prohibi-
tos, vide conſtit. Regni, mores diſſolutæ viuen-
tium, tit. de his qui ludunt ad dados, &c. Pragm.
1. 2. tit. 53. de pœn. ludent. aleis, vel chart, &c.
tom. 1. & cap. Regni, 78. 79. 80. 81. Regis Feder.
& ibi Mar. Mut. de iure autem communi vide Me-
noch. de arbitr. caſ. 399, latiſſime Farinac. dicta
quæſt. 109. per tot. & plura ſpecialia contra lu-
ſores ponit Rico. collect. 1536. Bouadill. in ſua
polit. lib. 2. cap. 13. num. 15. cum ſeqq. tom. 1.
d Addit. ad Salic. in d. auth. interdicimus, lit. A.
verſ. non ſi ingenium tantum, Pariſ. de Put. vbi
ſupra num. 21. Angel. in d. verb. metidor de ma-
li dati, num. 2. verſ. ſi autem eſſet ludus, Farinac.
d. quæſt. 109. num. 108. Flau. Tort. in d. ſtatut. 61.
num. 20.
11 Verum aliquando ludus † in quo tantum
verſatur ingenium, prohibitus nuncupatur,
Burſat. d. conſ. 126 num. 6. Baiard. ad Clar. in d.
§. ludus, num. 6. Tort. vbi ſupra num. 21.

e Ad-

e Adde addit. ad Bertaz. conſ. 379. lit. B. lib. 2. in
12 crimin. Contrarium † tamen Soccin. in cap. inter dilectos num 29. verſ. & ex prædictis de exceſſ. Prælat. Angel. conſ. 397. verſ. præmitto. Viu. opin. 467. num. 6. Amad. vbi ſupra nu. 92. Tuſch. d. concluſ. 456. num. 14.
13 Ideò ſic diſtingui poteſt † aut luditur pilæ recreationis cauſæ, & in parua quantitate, & tunc permittitur, aut in magna quantitate, & tunc prohibetur ſecundum Pariſ. de Put. vbi ſupra num. 14. 201 & poſt infinitos Farinacc. quæſt. prædicta num. 112. & num. 130. Bouadill. dicto cap. 13. num. 13. num. 15. & ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Ludere etiam ludis permiſsis, non licet vltrà vnum ſolidum qualibet die.*
Etiam ſi adeſſet conſuetudo in contrarium num. 2.
Contrarium num. 3.

A R G V M E N T V M.

Ludis permiſſis vltra quam ſummam non liceat ludere qualibet die, & quid de conſuetudine.

SINGVLARE XXX.

IN cap. Regn. Regis Ferdin. 78. in tex. ibi vltra vnum ſolidum, nota ſingulariter non
1 licere † vltra vnum ſolidum ludere permiſſis ludis qualibet die, non autem qualibet vice, ſeu poſtea, quia vnus ludus dicitur donec ſtatur in ludo, non diuertendo ad alios actus, alias ſi qualibet vice permitteretur ludere vnum ſolidum de facili poſſent omnem ſubſtantiam perdere contra intentionem legislatoris, Amod. in tract. ſindic. ſub num. 92. Bart. in l. inficiando, §. infans, ff. de furt. Auth. alearum, C. de lud. auth. interdicimus, C. de Epiſc. & cler.

Annot. ad Singul. X X X.

a Ita Imol. & Zabarell. num. 11. Boych. nu. 13. Abb. num. 12. in cap. clerici el ſegondo de vit. & honeſt. cleric. & poſt multos Farinac. quæſt. 109 num. 130. cum ſeqq. & vide Bouadill. in ſua polit. lib. 2. cap. 13. num. 15. cum ſeqq. tom. 1.
Etiam ſi adeſſet conſuetudo in contrarium,
2 † quæ non valeret ſecundum Pariſ. de Put. de ludo num. 4. & ſeq. cum alijs allegatis per Capr. concl. 86. num. 12. & per Farinac. vbi ſupra nu. 133.
3 Sed contrarium † tenet Clar. in §. ludus nu. 4. verſ. ſcias, Burſat. conſ. 116. num. 6. lib. 1. & poſt plures Farinacc. d. quæſt. 109. nu. 134. Tuſch. litera L. concluſ. 456. num. 13.
b Adde Baard. ad Clar. in d. §. ludus num. 7. Tuſch. d. num. 13.

A R G V M E N T V M.

Cauſa concluſa coram Delegatis M. C. tranſit in hermocidium.

SINGVLARE XXXI.

IN cap. Regni Regis Alph Ritus 184. notat
1 ſingulariter vt † cauſæ concluſæ coram Delegati M. C. non habent priuilegium ipſius, nè tranſeant in hermodicium, licet, in reſcriptis
A dentur vices, & voces noſtræ a Cum in pract. ſindic. cap. 17. nu. 26. Iorlan. in pract. ſindic. cap. 14. in fin.

Annot. ad Singul. X X X I.

Scias quod dictum Capit. Rit. ex forma nouiſſimarum conſtitutionum æditarum ſub Illuſtr. Comite Caſtri, extenditur ad cauſas vertentes in Tribunali M. R. C. cauſarum delegatarum, quo ad omnes cauſas, & in Tribunali Conſiſtorij S. R. C. quo ad cauſas feudales tantum, vt in §. 17. & 18. apparet.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

A R G V M E N T V M.

Notarius an poteſt ſe excuſare à tutela, ſi patiatur ſe tutorem ſcribi in teſtamento, vbi rogatur.

SINGVLARE XXXII.

IN conſuet. Feliciſs. Vrbis Panor. cap. 50. no-
1 ta ſingulariter, quod ſi Notarius † in teſtamento alicuius ſcripſerit ſe fuiſſe relictum in tutorem, non poteſt aliquam proponere excuſationem aduerſus tutelæ onus, Bar. in l. non putauit, §. ſi quis ſua, ff. de contra tab. & in l. ex ſententia, ff. de teſta tut. Bertacch. in reper. in ver. notarius de quibus num. 38. Menoch. conſ. 58. num. 3. volum. 1.

Annot. ad Singul. X X X I I.

Text. in l. ex ſententia 29. ff. de teſtam. tutel. & in l. vxori 18. §. qui ſe, ff. ad l. Corn. de falſ. Conuerſan. tit. de excuſat. tutor. §. ſimiliter, num. 9.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Pacti de non petendo exceptio an admittatur in Bulla, bis deciſum refertur in addit. num. 2.*
3 *Exceptiones orientes ex contractu admittuntur, ſi concretæ ſunt.*
4 *Pactum de non petendo ambiguum, an pariat exceptionem admiſſibilem in Bulla.*

ARGVMENTVM.

Exceptio pacti liberatorj, an admictatur in Bulla.

SINGVLARE XXXIII.

IN Pragmat. Regni vnica rub. de cenſib. nota
1 ſingulariter exceptionem † pacti de non pe-
tendo, & ſeu pacti liberatorij, non admicti ad-
uerſus exequutionem cenſus bullaris, Milan. de-
ciſ. 14. num. 23. lib. 2. Fitmia ſuper Bull. Imol.
in l. quæſitum, colu. 3. ff. qui, & a quib. Franc.
Podius in cauſa contra Comitem Caſtri Vetrani
Ioan. Platam. in alleg. pro Comite Montis Mel-
lis contra Don Franciſcum lo Campo, per Bal.
& Salic. in l. nobis pudor, C. de adulter.

Annot. ad Singul. XXXIII.

Vide Aloyſ. de Sept. ſuper bulla à num: 37.
vſque 63. quem ſequitur ad Verbum Milanenſ.
deciſ. 8. num. 53. cum pluribus ſeq. lib. 2. Cumia
ad Rit. ordine ſuo 17. à nu. 35. quæ video fuiſſe
diſcuſſa per inſignem V. I. profeſſorem Domi-
num, & conciuem meum D. Marium Cutelli,
vti Aduocatum pro Don Ferdinando Maria Cu-
telli, cōtra Don Gaſparem Platamone; in qua
cauſa contra prædictas doctrinas per M. Epiſco-
palem Curiam clariſsimæ Vrbis Catinæ, & Tri-
2 bunal legati, ſeu Monarchiæ bis † fuit deciſum;
de quibus tamen pendet reuiſio in Conſiſtorio.
Etenim tenet ibi Dominus meus admitti ni ali-
qua replicatio afferatur, attamen modernæ ex-
3 ceptiones † ex publicis inſtrumentis orientes
admittuntur ſi ſint concretæ, vt ex Muta ad
Pragm. de cenſibus, num. 230. ſecus verò quan-
4 do † pactum de non petendo, ſeu liberatorium
aliquas exceptiones patiatur, & ambiguum eſ-
ſet, quia tunc ſtandum eſt cum prædictis, vti erat
in caſu prædicto, vbi aderat pactum reſolutiuum
conuentionis prædictæ de non petendo in caſu
inobſeruantiæ contractus; idem Muta ad Rit.
110. num. 14.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis non poteſt agere pro viribus, quæ ante ceſsionem habebat.*
2 *Cedens bonis, poteſt agere pro viribus poſtea ſibi queſitis.*
3 *Cedens bonis quando in meliorem fortunam venire dicatur, & quando liberatur à debito remiſsiue num. 4.*
5 *Beneficio ceſs. bon. an poſsit renunciari.*
6 *Renunciatio facta de ceſsione bon. an valeat, & quid ſtante iuramento, num. 7.*
8 *Volens cedere bonis ſi dicto beneficio cum iuramento renunciauit an debet abſolui antequam cedat.*
Et num. 9. Diſtingue num. 10.
11 *Falliti, decoctores, & debitores ex dolo, an poſſint cedere bonis.*
12 *Dolus, & culpa an auxilium præſtare poſſit doloſo.*
13 *Condemnatus ad pœnam pecuniariam propter delictum, an poſsit cedere bonis.*
14 *Cedens bonis an poſſit teſtificari, & an ſit infamis, num. 16.*
15 *Ferre teſtimonium, honor, & dignitas eſt.*
17 *Infamis an careat fide.*

ARGVMENTVM.

Cedens bonis, an poſſit agere pro iuribus ſibi quæſitis ante ceſſionem.

SINGVLARE XXXIV.

IN cap. Regni Regis Ioan. 24. nota ſinguli-
1 riter, cedentem † bonis non poſſe deinde
experiri iura quæ habebat ante ceſſionem, quia
2 directæ actiones remanent inanes, ſecus poſteà
quæſita, Brun. in tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 18.
prin. num. 1. gloſ. & Bald. in l. item ſi vnus, in
prin. per illum tex. ff. de arbitr. à Manel. de Clar.
aquis, in ſing. in cap. textus eſt, Cappell. Tholoſ.
quæſt. 249. l. 4. in prin. ff. de ceſſ. bonor. Stracch.
de mercat. par. 3. tit. de decoct. num. 14.

Annot. ad Singul. XXXIV.

Alia ad materiam, vide apud Craſſ. except. 17
per tot. Apicell. in tract. ſpeciali, Carol. Tappia
ad iura Regni, lib. 4. tit. de ceſſion. bonor.
3 Cedens verò † bonis quando liberetur à de-
bito, & quando ſecus, & quando ad pinguio-
4 rem † fortunam veniſſe dicatur, vide Cardin.
Tuſch. concluſ. 179. & 180. lit. C.
5 Sed an huic beneficio † ceſſionis bonorum
renunciari poſſit, quod non tenet Alex. conſ. 37
viſo, & opportune num. 6. verſ. & in propoſito,
lib. 2. vbi apoſtil. verb. bonorum, ibi, etſi talis
6 renunciatio fiat † valere non poteſt, quia renun
cians eſſet Dominus ſui, Guid. Pap. deciſ. 211.
part. 1. vbi additio lit. B. dicit eſſe communem,
& rationes aſſignat, Bartol. conſ. 116. captus pro
8 debito, lib. 2. vb non obſtante † quod dicta re-
nunciatio ſit iuramento vallata, & cedens à iu-
9 ramento † non ſit abſolutus. Ant. Faber. in § fin.
de action. inſtit. Salic. in l 1. num. 5. C. qui bon.
ced. poſſ. Nepit. ad conſuet. concl. vnica, tit. 27.
num. 2. fol. m. 231.
10 Verum enim verò ſcias, quod in hoc paſſu
verior opinio eſt, quod talis renunciatio etiam
iurata, valeat tantum, quo ad effectum liberan-
di cedentem à carceribus, ſecus autem quo ad
effectum conueniri non poſſe poſt ceſſionem,
niſi in quantum facere poſſit, quia in iſto caſu
cedens ſtante dicta renunciatione poſt ceſſionem
poteſt conueniri in ſolidum, ita tenet Angel. in
§. fin. inſtit. de actio. quem ſequitur Franch. in
annot. ad Guid. Pap. d. deciſ. 211. verſ. in contra-
rium, vbi refert deciſum per Cap. Tholoſ.
deciſ. 61.
Quid autem in fallitis debitoribus, & deco-
11 ctoribus ex dolo, an iſti † poſſint cedere bonis,
quod non expreſsè dictant, Conſtit. Regni noſtri
ſub Rege Ferdin. cap. 11. Alfonſ. 190. Carol. 65.
& Ioan. 24. noſter Auctor diſtin. 41. num. 12.

Coſ-

Digitized by Google

Coſma Nepit. conciuis meus ad conſ. Vrb. Cat.
conſ. vnic. tit. 27. num. 3. Caſtill deciſ. 135. à
num. 1. vſque 4. lib. 2. Giurb. deciſ. 41. nu. 2147.
& §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 123. in
fin. & §. 7. gloſ. 5. num. 148. & ſeq. quos omnes
congerit. Amat. noſt. reſolut. 22. num. 2. addo,
Bald. conſ. 396. in libris theſaurarij num. 4. lib. 5.
& conſ. 249. quod duplicatur lib. 1. Caſtr. conſ.
177. viſo puncto in fin. lib. 2. Tuſch. concl. 218.
12 num. 12. lit. C. ratio eſt, quia dolus, † & culpa
non debet doloſo auxiliari, & commodum af-
ferre. tex. in cap. 2. de dolo, Lupus allegat. 88.
num. 4. verſ. nam ſentire, & num. 5. Tuſch. con-
cluſ. 581. lit. D. num. 1.

13 Tamen quid dicedum eſt de condemnato ex
delicto ad penam pecuniariam, an iſte talis ad-
mittatur adhoc meſerabile beneficiũ, nõ habens
vnde ſoluere, dic quod non, quia hic qui nõ ha-
bet in ære luat in corpore, quam comunem eſſe
opinionem dicunt Cepoll. conſ. crimin. 9. verſ.
ex prædictis, quem ſequitur Couarr. var. reſolut.
lib. 2. cap. 1. nu. 8. Dec. in l. ſi quis id quod nu. 22.
ff. de juriſd. omn. iud. Iul. Clar. in praxi crimin.
§. fin. queſt. 95. verſ. ſed pone.

Videamus etiam, an cedens bonis repellatur
14 † à teſtimonio, an vero admittatur ad id feren-
15 dum, cum ferre teſtimonium † honor ſit, & di-
gnita. cap. forus in fin. de verb. ſignif. cap. præ-
ceptum 32. queſt. 5. Farinaz. de teſtib. quæſt. 56
16 art. 1. num. 28. & cedens bonis de † iure repu-
tetur infamis, Farinaz. d. quæſt. 56. num. 448.
fol 91. & fundamentum teſtimonij ſit fides, dicto
17 cap. forus, & infamis † careat fide. Farinaz. dicta
quæſt. 56. art. 1. num. 27. fol. 58. abſque dubio
dic quod repellitur, tam in criminalibus, quam
in ciuilibus, cap. nulli 3. 9. 4. cap. conſtitutus 3.
quæſt. 5. cap. teſtes 2. 9. 7. & multa alia canoni-
ca, & ciuilia iura, quæ congerit, & affert idem
Farinazz. dicta quæſt. 56. de teſtibus, artic. 1. nu.
1. fol. 58.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex non vero titulo ſuccumbit, licet ex alio obtinere poſſit.*
2 *Agens non probans nomen quo agit, tenetur ad expenſas.*
3 *Agens debet exprimere, quo nomine venit.* Lim. num. 4.
5 *Actus in dubio cenſetur factus nomine, quo validatur, Limit. num. 6.*
7 *Maritus, an poſſit eſſe curator vxoris, quid in ſocero, num. 8.*
9 *Iudex, an poſſit ſocerum à cura nurus remouere.*

ARGVMENTVM.

Maritus agens tamquam vxoris procurator cum non eſſet, an redat iudicium nullum.

SINGVLARE XXXV.

IN cap. Regni Regis Ferdin. 44. nota ſingula-
1 riter, quod † maritus agens tamquam pro-
curator vxoris, cum mandatum non habeat red-
dit iuditium nullum, licet, potuiſſet agere vti
maritus, & legitimus adminiſtrator, & impute-
tur ei quarè hanc viam non elegerit, ſed aliam.
Mara. in Spec. par. 4. diſtin. 16. nu. 17. Rom.
conſ. 446. col. 1.

Annot. ad Singul. XXXV.

In ſimili caſu vide Bald. cons. 125. fundamen-
tum lib. 4. Tuſch. concluſ. 243. num. 23. 41.
2 & 53. litera A. vbi dicit † quod talis actor con-
demnari debeat ad expenſas.
3 Hinc agens vti † adminiſtrator, vel curator
ſe tali nomine agere exprimere debet. Pinell. in
l. pa. part. 2. num. 64. C. de bon. mater: Me-
noch. conſ. 332. num. 12. Gratian. diſcept. 401.
4 num. 30. tom. 3. vbi limitat † in actu extraiu-
diciali.
5 In dubio etenim actus † eo nomine, quo va-
lere poſſit, factus cenſetur, ita ait faber error. 7.
num. 13. fol. 871. quem à Domino meo de Cu-
telli afferri vidi pro filuo bonaiuto. contra Pe-
trum Cannizzaro, Baronem Caſtelluzzi in
M. C. & Conſiſtorio; quia quamuis regula ſit
debere agentem quo nomine veniat exprimere,
6 attamen limitatur vbi actus † non poſſet, niſi
ad illud nomen referri Gratian. cap. 101. nu. 32.
fol. 3. tom. 4.
7 Sed an Maritus poſſit † eſſe curator vxoris,
quod non firmat Giurb. deciſ. 109. & quid
8 † in ſocero affirmatiuè ibidem Giurba reſpon-
det num. 11. qui licet dicat debere ſe excuſa-
re ſi infamiæ, pœnam euitare cupit.
9 Attamen puto † poſſe per iudicem remoueri,
ſi ipſe non petat, quia præcibus mariti faciles
preſumitur uxorem remittere computa.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quod exceptione elidi poteſt, an amittat executionem. & ratio. num. 3.*
2 *Iudices m. r. c. durante officio, nec in executiuis*
4 *agere poſſunt reductio ad ius cõmune in exorbitantibus ſit propter modicam cauſam.*

ARGVMENTVM.

Via executiua, an ceſſet vbi inſtrumentum offuſcari poſſit ex aliqua exceptione.

SINGVLARE XXXVI.

A IN cap. Regni Regis Alph. ritus 112. nota
1 ſingulariter, vt † inſtrumentum guarante-
giatum aliquo modo offuſcatum perdat viam
exequutiuam, Lancell. in tract. de attent. par 3.
cap. 12. limi. 9. num. 7. tom. 5. tract. fol. 366
à tergo. Bianc. in tract. de compromiſſis, quæſt.
4. verſ. cauſa ex inſtrumento guarantegiato cir-
ca ſi. Bal. in l. 2. C. de exeq. rei iud. & in l. ... ff.
de lega. 2. Lanfranc. in tract. de arbitr. par. vlt.
quæſt. 50. Socc. con. 4. n. 3. vo. 1.

Indè alias conſului Prag. Regni 10. tom. 1. tit.
2. fol. 15. qua prohibentur Iudices magnæ cu-
riæ durante biennio agere, habere locum etiam

in cauſis exequtiuis, quæ aliquo vero offuſcantur arg. eorum quæ not. Mil. in reper. in ver. poſſeſſorio recuperãdę agenti circa prin. Socc. conſ. 4. num. 2. verſ. non obſtãt vol. 1. Abb. in cap. cum olim, extra de verb. ſignificat. Menocch. conſ. 796. num. 22. in fin. vol. 7. Lancell. in d. cap. 12. ampl. 3. num. 48.

Annot. ad Singul. XXXVI.

Caſtill. decis. b. n. bi. & eſt frequens verbum
3 in ore omnium † ex eo quia via executiua eſt
4 exorbitans, & in exorbitantibus † propter modicam cauſam receditur rediuendo acta ad terminos iuris comunis.

Sapentia.

SVMMARIVM.

1 *Suſpitio falſitatis in probatis, an faciat ceſſare modum procedendi ex arrupto.*
2 *Teſtis vnus falſus an faciat preſumere falſitatem in alijs conteſtibus; & quid ſi remaneat numerus ſufficiens teſtium verum deponentium, ibidem & num. 3.*
4 *Inſtrumentum confectum coram quatuor teſtibus, an redatur ſuſpectum ſi vnus teſtis ex illis negat interfuiſſe.*
5 *Probatio facta ex depoſitione trium teſtium, an dicatur falſa, ſi vnus illorum falſum depoſuit.*
6 *Producens plures teſtes, vnus quorum eſt falſus, an poſſit vti alijs falſo refutato.*
7 *Subornatio vnius teſtis præſumitur in alijs.*

ARGVMENTVM.

Modus procedendi ex arrupto, an ceſſet propter ſuſpitionem falſitatis.

SINGVLARE XXXVII.

IN cap. Regni Regis Caroli 17. nota ſingu-
1 lariter, vt in † cauſa accuſationis, denuntiationis, & inquiſitionis etiam delictorum in quibus inferri poteſt tortura ex arrupto, & diſpenſatiuo modo, ſi detegitur falſitas, vel ipſius gratis ſuſpitio in ſubſtantialibus, ſolet reus remitti in iuſtitiam à iudicantibus, maximè à Magna C. veritatis matre, Prouin. in add. ad Bertac. reper. in verbo tortura arg. eorum, quæ not. Rum. conſ. 36. num. 9. lib. 4. vol. 4. allodialium, Menoch. lib. 3. præſump. 63. num. 2.

Annot. ad Singul. XXXVII.

Idem auctor deciſ. 12. num. 22. Burg. de mod. proced. ex arrupto, quæſt. 47. num. 11. Maſtrill. deciſ. 295. à num. 42. Mut. in cap. 34. num. 70. Regni Ioan.
2 Sed quid ſi ex teſtibus † vnus falſum deponat, & remaneat numerus ſufficiens ad ſubſtinendam probationem; puta quia ex quatuor teſtibus remanerent tres, qui verum dicant, hic caſus euenit dum hæc ſcribebam inter Regium Fiſcum, & Camillum de Orca proſecutum de nece quondam Don Franciſci de Ioanne, in quo Dominus meus de Cutelli aduocatus contra dictum Camillum adduxit doctrinam Marſilij Sing. 285. quem ſequitur Rimin. Iun. conſ. 554. nu. 4. & 5. Idem Auctor ſing. 162 num. 5. lib. 2. Rot. Lucenſ. apud Magon. deciſ. 100. nu. 31. & 32. Capic. deciſ. 25. num. 3. firmant iam, quod quoties remanet numerus teſtium ſufficiens pro validitate
3 inſtrumenti, toties ex † falſitate vnius teſtis non
4 inferetur ad ceteros, neque ſuſpectum † redditur inſtrumentum. Surd. conſ. 378. num. 26. & ſeq. Giurb. conſ. 78. num. 3. hinc Bald. loquens de falſitate vnius teſtis ex pluribus in l. 5. nu. 2. & 3. C. de quæſt quem ſequitur Ioann. de Anan. in cap. fraternitas, num. 14. de hæret. firmauerunt regulam quod non irritatur, nec retardatur pro-
5 ceſſus, ſi remaneat † plena probatio, quæ conſtat ex duobus, vel tribus teſtibus, ſi vltra eos
6 adſit alius falſus, poteſt enim producens † vti reliquis teſtibus, refutato vno, vel duobus falſis, & licet Anan. dicat quod ſecus ſit ſi vtatur omnibus probationibus, attamen hoc procedit detecta falſitate antequam proceſſus veniat decidendus, nam ſi quamprimum ſciat, proteſtetur ſe nolle vti ex parte probationis, quæ eſt falſa, nulla intrat approbatio.
Licet hæc non ſint adeò tuta reſpectu modi procedendi ex arrupto, quandò maximè falſitas inPuit ap reſtans probationis, ſunt tamen notanda; ſed ſicut andiui contrarium ſenſierunt Domini Iudices in caſu prædicto, addendus eſt prædictis Farinaz. tit. de var. & diuerſ. delict. quæſt. 100. num. 101. nec non aduerte quod noſtrates omnes mouentur ex conſ. Rum. 36. nu. 9. lib. 4.
7 qui loquitur de teſte ſubornato † & ſubornatio in vno teſte, præſumitur in omnibus alijs facta, vt per Farinac. quæſt. 67. num. 256.

D. Scipio Sapientia V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rei conſiſtentis in num. pond. & menſur. an incidat in moram non conſignando rem venditam.*
Et quid ſi conſignatio, & ſolutio eodem die fieri debet, num. 4.
2 *Ordo qualis in omni re ſeruandus ſit.*
3 *Pactum quodlibet in contractu, debet aliquid operari.*
4 *Venditio rerum, quæ ponderantur, menſurantur & numerantur, an conditionalis dicatur.*
5 *Et talis conditio quando purificatur.*
6 *Venditor prius debet tradere rem, & poſtea agere ad pretium.*
7 *Venditor non conſignando rem, incidit in moram.*
8 *Conditio purificata an, & quando retrotrahatur ad omnia.*
9 *Moroſus contra moroſum an agere poſſit.*
10 *Debitor an, & quando poſſit retinere pretium quod debet ob non adimplementum creditoris.*
11 *Ordo ſcripturæ an ſemper attendi debeat.*
12 *Emptor ſecundum ordinem intellectus debet prius adimplere.*
13 *Qui prius agere velit, prius adimplere debeat.*
14 *Ordo quid eſt, quid ordo naturæ iuris ſcripturæ intellectus, & proceſſiuus. Remiſſiuè.*

16 Con-

16 *Conuentio dat legem contractui.*
17 *Emptor ob rem non ſibi conſignatam certa die promiſſionis, an poſſit recedere à contractu, & num. 18. & ratio num. 19.*
20 *Cauſa finalis ſemper attendenda.*

ARGVMENTVM.

Mora in contractu emptionis, & venditionis, an prius per venditorem, quàm per emptorem committatur.

SINGVLARE XXXVIII.

IN Conſtit. Regni Magiſtros mechanicarum rub. de ſide mercatorum lib. 3. nota ſingulari-
1 ter, vt facta † venditione frumentorum, oleorum, caſeorum, vel huiuſmodi, conſignando, ſoluendo eadem die ſimul, & ſemel, prius incidit in mora, qui conſignare tenetur, quam em-
a ptor qui ſoluere deberet, Socc. conſ. 128. nu. 3. circa med. vol. 3. arg. eorum quæ not. Bal. in l. 1. col. 4. C. de vſuſruct. legat.
2 b Tum quia † ordo eſt ſeruandus, l. non fuerint, ff. de iure iuran. §. inordinatum, auth. de hered & Falc. Menoch. lib. 1. præſumpt. quæſt. 28. num. 2.
3 c Tum † quia quælibet conuentio appoſita in contractu, cenſetur adiecta cum effectu aliquid operandi, Bal. in rub. C. de contrah. empt. quæſt. 9. quem refert, & ſequitur Pereg. conſ. 7. ſub num. 3. vol. 1.
4 Et procederet † dicta concluſio, etiam quando conſignatio ſimul, & ſolutio debuiſſet fieri diuerſis temporibus cum vnica tantummodo venditio dicatur, Dec. conſ. 421. ſub num. 4. arg. l. cum eiuſdem, §. interdum, ff. de edil. ed.

Annot. ad Singul. XXXVIII.

Caſtr. conſ. 93. in cauſa quæ vertitur num. 5.
4 lib. 2. ratio † eſt quia venditio rerum, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, dicitur conditionalis Alex. conſ. 33. viſo proceſſu, col. 2. num. 5. verſ. ſed ita eſt, vbi quod antequam menſuratur numeretur, vel ponderetur, dicitur imperfecta, & conſ. 178. in cauſa, & lite in princ. lib. 6. Bart. in l. Iulianus, §. ſi Titius in fin. ff. de actio. empt. & ibi additio Pomat. verſ. ſed ſi venditor, Corn. conſ. 79. viſo proceſſu num. 3. & 11. lib. 3. Soccin. conſ. 26. in fin. lib. 3. Angel. Aretin. conſ. 135. num. 7. & ſeq. Capic. decis. 14. num. 7. Pariſ. conſ. 64. lib. 1. num. 19. verſ. quantum vero, Curt. Iun. conſ. 76. num. 8. & conſ. 77. num. 5. Crauet. conſ. 669. num. 9. quos cum alijs refert Card. Tuſch. concluſ. 49. num. 1. 6. 9. & 18.
5 lit. V. quæ conditio † non purificatur, niſi facta menſuratione, Franch. Aretin. conſ. 11. procedendum, num. 2. col. 2. verſ. ſed contra iſta, Afflict. decis. 280. & ibi Vrſill. in addit. & decis. 188. Grammat. decis. 51. num. 4. Gabr. conſ. 57. lib. 1. Card. Tuſch. loco præcit. num. 28. & 39.
6 ideò venditor † antequam agat ad pretium, debet prius conſignare emptori rem venditam;
7 alias non auditur, & incidit † in moram, Coſta in conſ. 75. num. 33. Cardin. Tuſch. concluſ. 49.
8 num. 6. 9. & 39. vbi quod talis conditio † retrotrahatur quo ad omnia, & ex regula, quod non
9 adimplenti non eſt adimplendum, & mora † nõ vendicat ſibi locum in reo quando pariter actor eſt moroſus, cum effectus reſultans ex mora debitoris, ſeu rei extinguitur per morã creditoris, ſeu actoris, Crauet. conſ. 151. num. 10. Roman. conſ. 204. num. 9. & ſeq. noſter Coſta conſ. 56. num. 14 & 15. Tuſch. concluſ. 375. num. 33. & 62. lit. M. & concluſ. 376. num. 10. 11. 12. & 49.
10 debitor enim quod propter † non adimplementum creditoris poſſit retinere pretium, firmauit tex. in l. ſi neceſſarias, § ſi pignori, ff. de pignor. action. Roman. conſ. 244. quos refert Coſta loco prox. citato gloſſ. notab. in verbo præſtet, in l. ædiles §. vltimo ff. de edilicio edicto, Bimius conſ. 43. num. 4. lib. 1. & conſ. 226. num. 15. lib. 3. fol. 69.
b Adde Caſtr. conſ. 93. in cauſa quæ vertitur tex. in l. quoties 34. ff. de vſufruct. & in l. generaliter 24. § quid ergo, ff. de fideicom. libert. Io. Faber in ſuo Cod. lib 8. tit. 22. definit. 2. nu. 5. tom. 2.
11 fol. 596. attamen ſcias quod † ordo ſcripturæ non ſemper attendatur, tex. in l. cum pater 77. §. fidei tuæ de legat. 2. l. nec enim 6. ff. de ſolut. quos affert Faber. loco citato num. 5.
12 Sed ſecundum ordinem † intellectus emptor debet prius ſoluere pretium, tex. eſt in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.

Pro veritate tamen huius quæſtionis poteris cum Tuſch. concluſ. 195. num. 23. & 4. lit. O. has contrarias opiniones conciliare iſto modo, quod
13 videlicet † prius agere volens debeat ex parte ſua adimplere, & ſic ſi venditor vellet agere ad pretium, conſignet rem venditam, ſi autem emptor agit ad rem, antequam agat, ſoluat pretium, cum actor non poſſit audiri, niſi prius ex parte ſua impleat, quod debet, tex. in d. l. Iulianus, & in terminis donationis, vide Dominum meum de Cutelli in tract. de donat. int. patr. & fil. tract. pr. diſcurſ. p. partic. vnic. num. 81. fol. 31. qui affert Maſcard. & Burgium de Land.
15 Etenim ſi ſcire deſideras quid ſit ordo, quid † ordo naturæ, & intellectus quid ordo iuris, quid ſcripturæ, & quid ordo ſucceſſiuus operetur, quando, & in quibus ſeruari debeat, recurre ad Card. Tuſch. concluſ. 195. 196. 197. 198. & ſeq. per tot. vbi plura.
c Honded. conſ. 91. num. 36. lib. 1. hinc dicimus
16 conuentionem † legem dare cõtractibus Anton. Faber in Cod. lib. 7. tit. 13. defin. 3. à num. 5. fol. 353. & lib. 8. tit. 15. defin. 3. num. 2. fol. 562. tom. 2. noſter Coſta conſ. 73. num. 18. Tuſch. concl. 900. fol. 322. nu. 1. & 2. vbi ampliat etiam ſi partes vltra naturam contractus conuenirent, Caſtr. conſ. 219. lib. 2. col. 2.

Sed an ſi præſtituta die venditor nõ conſignet rem venditam conſiſtentem in numero, ponde-
17 re, & menſura poſſit † emptor à contractu recedere, quod non tenet Pariſ. conſ. 64. nu. 19. lib. 1 verſ. quantum vero, Crauett. conſ. 669. num. 9. Curt. Iun. conſ. 76. num. 8. & conſ. 77. num. 5. & poſt Caſtr. Afflict. decis. 280. Rot. Gen. decis. 58.
18 num. 5. Seraph. decis. 1275. ſed contra † conſuluit in cauſa ſicula Dolognet. conſ. 16. faciunt

Ioſeph Ramon. conſ.7. & 8. Giurb. deciſ. 114. num. 10. Magon. deciſ.31. num. 12. in Lucenſ. Bimiuſ. conſ.15. & conſ. 115. num. 35. & 282. num.87. & ſeq Burſat.conſ.363. cum mille alijs quos vidi afferri per Domin. meum de Cutelli in allegationibus pro Don Coſma Naſi contra Principem Trabiæ ſuper venditione frumentorum conſignari promiſſorum certa die, & non conſignatorum, ex quo certæ diei appoſitio in
19 qua debebat ſequi conſignatio † erat cauſa finalis ipſius contractus, Bald.conſ.458.lib.5. Card. Tuſch.concluſ.124.num.33.lit.E. Ramon.dicto
20 conſ.7.num.36.& 37. .quæ † ſemper attenditur Molfeſ.in conſ.Neapol.quæſt. 15. part.2.nu.8. Item ſtante diſpoſitione l.ſi quis maior de qua latè Bolognett.loco citato.

D. Scipio Sapientia V.I.D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Soluens coactè ex contractu metu facto, illum approbare negatur.*
2 *Soluens in vim ſententiæ, an probet illam:*
3 *Soluens quod debet ex contractu vſurario, illum non approbat, ſed an poſſit petere vſuras num. 4.*
4 *Petens dilationem ad ſoluendum, vel offerens ſe ſoluturum, an dicatur ſententiam, vel debitum approbare.*
6 *Proteſtatio contraria facto an valeat.*

ARGVMENTVM.

Solutio coactè facta, an præiudicet ſoluenti.

SINGVLARE XXXIX.

IN Pragm. Regni vnica tit 46. rub.de cenſib.
1 tom. 2.nota ſingulariter, vt † ſoluens ex cõtractu ſubiugatorio metu facto, neceſſitate aliqua ſuadente, veluti propter pactum de non opponendo priuilegium bullæ reijciens omnes defenſiones ante ſolutionem, iuramentum, vel huiuſmodi non dicitur purgaſſe vitium violentiæ adhibitum tempore promiſſionis, Marſ. ſing 89.nu.1. & 2. Ang. in l.2. circa fin. C.quod met. cauſa, Bart.in l.1.§.hoc interdicto, ff.quod vi aut clam, Feli.in cap.quod ad conſultationem col.5.extra de re iud. Burſat. conſ. 27. num. 28. vol.1, Iaſ.in l.ſi ob turpem, ff.de cond.ob. turp. cauſam, Menoch.part.1.præſumpt. lib.3, præſump.126.num.35.

Annot. ad Singul. XXXIX.

Menoch.conſ.561. num.14. & 15. lib.6. vbi reddit rationem, & extendit in condemnato ex
2 ſententia, qui ſoluendo, non dicitur approbare ſententiam, ib, num. 16. quamuis contraſentiat Crauet.conſ.148.num.3.tom.1. quem cum alijs refert Gratian. cap.429.nu.18.tom.3. fol.m.63.
3 ſicut etiam ſoluens ex † contractu vſurario, & in-
4 iuſto, non approbat illum, ſed † poteſt petere vſuras, etiam ſi ſcienter ſoluiſſet, noſter Coſta
5 conſ.73.num.57, num.1. at qui † petit dilationem, vel ſe ſoluturum offert id, ad quod fuit condemnatus, certè approbare ſententiam cenſetur. Gratian.cap.151.num.3. tom.1. Surd. de alim. priuil.22.tit.8.num.19. fol.282. niſi cum reſeruatione iurium ſibi ſpectantium, & proteſtatione de non ſibi preiudicando, illud fiat, ſicut quotidie practicari videmus; accedente tamen Principis prouiſione, & diſpenſatione, & dummodo
6 non ſit facto † contraria proteſtatio, vt per Surd. conſ. 143. num.11.& 59.

D. Scipio Sapientia V.I.D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, quæ omnia in calce inſtrumenti, an extendatur ad ea, quæ acceſſoriè veniunt ad contractum.*
2 *Clauſula, quæ omnia, an extendatur ad id, quod de iure poteſt comprehendi in inſtrumento, & ei executionem tribuat. Diſtingue.*
3 *Clauſula in fine inſtrumenti poſita, refertur ad omnia, ſed non ampliat contractum.*

ARGVMENTVM.

Clauſula, quæ omnia, &c. in calce inſtrumenti appoſita, quid operetur.

SINGVLARE XXXX.

IN Cap. Regni Regis Alphonſi Ritus 101.
1 nota ſingulariter, vt † clauſula quæ omnia, &c. adijci ſolita in calce inſtrumentorum tribuat exequutionem dumtaxat circà expreſsè promiſſa in præcedentibus, non etiam circà ea, quæ venirent in conſequentiam, vel per ſubauditos intellectus Proninz.12. in add. ad Bertac. in ver. clauſula, arg.eorum, quæ not. Dec. conſ. 2. nu. 10. & ita pluries decisit Magna Curia, quicquid dixerit Boniorn. in d.cap.Ritus 102. num.15.

Annot. ad Singul. XXXX.

Auctoris opinio, prout iacet non habet ſapo-
2 rem, quid enim ſi interpretratio † eſt per viam comprahenſionis à iure inductæ? deficiet huic executio? minime quidem quare diſtinguendũ eſt cum Gratian. Diſcept. 852. à num.24. vſque 35.tom. 5.fol.136.cui addendus eſt Barz. deciſ. 108. num. 19. & 21. Marta de ſucceſſ. part.1. quæſt.13.art.7.num.28. Craſſ.noſt. in prælud. except num.82. & ſeq. quos habui in pulcro caſu relato per D.de Cutelli in ſuo tract.de donat. inter patr.& fil.tract.1.diſcurſ.2.partic.8.nu.21. fol.272. & ſpeciali 8.verſ.quo præmiſſo ex Gratian.diſcept.634. Galleſ.de vi inſtrum.in form. Cameræ quæſt. 35. in noluſ. & ita ſunt intelligendi Giurb.deciſ.42.nu.24. Caball. conſ.142. num.100.& ſeq.lib.1. Farinac. deciſ.55. num.5. part.1. tom.1. Socin. & alij per Caſtill. deciſ. 241.num.10.tom.3. Crauet.conſ.135.num.13.
3 qui dicunt huiuſmodi clauſulam † eſſe acceſſoriam ad contractum, & non diſponere, ſed tantum diſpoſita, promiſſaque in eo approbare, eiſque executionem tribuere, dum negant poſſe amplia-

ampliare contractum, eiuſque obligationem, Dec.conſ.304. num.6.& ſeq. & conſ.413.nu.8. vbi apoſtill.& conſ.270.nu.4.& conſ.52.nu.14. & conſ.500.in cauſa quæ Mantuæ, & ſeq. Butr. conſ.29.in princ. & alij per Card.Tuſch. concl. 312.num.13.& 26.lit.C.fol.843.

D.Scipio Sapientia V.I.D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Iura,& actiones hæreditariæ an poſſint directè tranſire ad fideicommiſſarium ſine reſtitutione, otto caſus referuntur.*
2 *Et an fideicommiſſarius debeat prius declarare ſe fideicommiſſum agnoſcere velle & num. 28.*
3 *Hæres grauatus doloſè ſe abſentans, nè reſtituat, facit tranſire directo iura ad fideicommiſſarium, Ratio num. 4. declarato prius contumace, & nu.4 & num.29.*
5 *Et quid ſi hæres non adiuerit, num. 5.*
6 *Grauatus nolens adire nè reſtituat, poteſt cogi ad adeundum.*
7 *Grauato ſine hærede decedente, tranſeunt iura ad fideicommiſſarium; ſed de quo hærede intelligendũ num.9. ratio num.29.*
8 *Et quomodo probandum ſit ſine hærede deceſſiſſe.*
10 *Nemo ſine hærede decedit, cui ſaltim Fiſcus non ſuccedat. & num.11.*
12 *Fideicommiſſario vno grauato alteri fideicommiſſario reſtituere, non reſtituendo tranſeunt iura ad eum, cui debet reſtitui. Contra num. 13. Reſolue num.14. Ratio num.29.*
15 *Dies certa interpellat pro homine.*
16 *Actiones,& iura in bonis alienatis tranſeunt abſque reſtitutione ad fideicommiſſarium. Limita nu.17 Contr.num.18. ratio num.29.*
19 *Actiones, & iura ſine reſtitutione, tranſeunt ad fideicommiſſarium, ſi pius locus eſt. Contr. nu. 20. Reſolue nu. 21. Diſtingue num.22. Declara nu.23 & Ratio num. 29.*
24 *Fideicommiſſarius particularis non indiget reſtitutione, ſed ad eum iura transferuntur. Ratio num. 29.*
25 *Fideicommiſſarius, an, & quando propria authoritate poſſit poſſeſſionem capere. Ratio num. 26.*
Actiones hæreditariæ an de Iure Canonico ſine reſtitutione ad fideicommiſſarium tranſeant. Contra num.27. Ratio num.29.
19 *Appellatione hæredis an veniat fideicommiſſarius, & num.30. & poſt num. 2.*

ARGVMENTVM.

Iura,& actiones hæreditariæ,an, & quando ſine reſtitutione ad fideicommiſſarium tranſire poſſunt.

SINGVLARE XXXXI.

a IN Conſtitut.Regni eorum fraudibus, in tex. ibi fideicommiſſi, nota ſingulariter, vt in
1 † caſibus, in quibus actiones tranſeunt in fideicommiſſarium vniuerſalem ipſo iure abſque neceſſitate reſtitutionis verbalis, vel realis, quos ponit gloſſ. in l.penult. §.cum autem, C.ad Trebell.Peregrin.in tract.de fideicomm.art.2.nu.56 & ſeq. Honded. conſ. 26.col. 1. vol. 1. Tunc de-
b mum dictæ † actiones, & rerum dominia tranſi-
2 rent, ſi prius fideicommiſſarius declarauerit ſe velle agnoſcere fideicommiſſum, Peregrin. dicto art.2.num.41.quia (inquit) fideicommiſſarius
c eſt loco hæredis, & ſicut in hærede requiritur aditio, ita in fideicommiſſario vniuerſale agnitio fideicommiſſi, Paul. de Caſtr. in l. cogi, §. Metianus num.4. ff.ad Trebell.Socc.& Rip.in l. 2.§.ſed & quoties, ff.ad Trebell. ille, ſub nu.5. iſte ſub. num.7. Idem Rip. in l.1.num.50. & 51. ff.de legat. Cephal.conſ.317.num.94.Caualcan deciſ.33.num.8.part.2.

Annot. ad Singul. XXXXI.

Caſus, quos Auctor remiſſiuè in hoc Singulari tangit, nonnullos eſſe ſcias, in quibus poſſunt iura, & actiones ad fideicommiſſarium vniuerſalem tranſire vlla ab hærede reſtitutione, nec verbali, nec reali mediante.

Quorum primus eſſe videtur, quando hæres
3 ante, vel poſt litis conteſtationem † doloſè ſe abſcondit, ne hæreditatem reſtituat; tunc enim lex vices hæredis agens, actiones, & iura fideicommiſſario reſtituit. tex. eſt expræſſus in dicta l.pen.§.cum autem, vbi Bart.Bald.Salic.Paul.de Caſtr,& alij C.ad Trebell. Peregrin. de fideicom art.2.num.56. Craſſ. in §.fideicõmiſſum quæſt. 42.num.5 fol.333. Rot.Rom.deciſ.220.part.1. in nouiſſ. & alij per Vinc. Fuſar. de fideicomm
4 ſubſtit.quæ4.603.nu.3.fol.669. ratio quia † qui ſe doloſè abſentat, habetur pro renitenti Iudicis mandato, tex.eſt in l.1. §. propter caſum, ff. de poſtul. in l.3. §.condemnatio, ff. de tab. exibend.l.arbitrio, ff. de dol. mal. l. ſi plures in fin. ff.de adminiſtr. tutor. cap.2.de conceſſ. in ſexto, & alij per Rot. Rom. dicta deciſ. 220. num. fin. fol.135.

Aduerte tamen in hoc caſu, legem ipſo iure
5 reſtitutionem operare, niſi prius Iudex † citato herede de reſtituendo, faciat dictam citationem redigere in actis, illumque contumacem declaret, ſine tñ proceſſus formatione, vel ſententiæ diffinitiuæ ſuper reſtitutione prolatione nõ tranſibunt, ita Bart.Paul. Caſtr.& alij ſupra relati firmauere in dicta l. penultima, §. cum autem num. 3. idem Bart. & Alex. in l. ſtipulatio, §. & habet, ff. de nou. oper. enunc. & melius docet Peregrin. dicto artic. 2. num.56. fol.13. à tergo, relatus per Fuſar. loco prædicto num.4. dato ta-
6 men quod hæres † hæreditatem aduerit, aliàs contumax eſſe non poteſt. Peregr. dicto nu.56. in fin. & Fuſar. ibidem nu. 8. poteſt benè verum
7 Iudex † cogere hæredem, vt hæreditatem adeat, & reſtituat, & ita firmat tex. in l. apud Iulianum 11.ad Trebell. §.ſed quia ſtipulationes, inſtit. de fideicom.hæred. Peregrin. de fideicomm. art.2. num.75. quem ſequitur Gratian. cap.47. nu.8. fol.134.
8 Secundus caſus eſt, quando grauatus † reſtituere, ſine hærede decedit, hoc enim in caſu, probato ex parte fideicommiſſarij grauatum ab hoc ſæculo migraſſe vllo hærede relicto, ad eum iura, actioneſque hæreditarias tranſferri non du-

dubitatur hæredes enim dicto hoc caſu vacare,
Honed.conſ.26.nu.10. lib. 1. Petr. de intepetr.
vlt.volunt.num.362. & ſeq.fol.524.Alex.conſ.
32. viſo proceſſu num. 4. verſ. præterea lib. 3.
Card.Tuſch.concluſ.268.nu.49.lit.F.824.Alex
Raud.deciſ.Piſan.22.num.65. & deciſ.28. num.
9 140. qui ambo † ponunt practicam probandi,
quem ſine hærede obijſſe, & alij per Fuſar dicta
quæſt.603 num.3. fol.669. Gabr.conſ 45. ante
10 num.13.lib.1. fol.60. intellige tamen † de hærede
ſanguinis, vel de extraneo qui in teſtamento
fuerit inſtitutus, & non de alijs, cum alias ne-
11 mo dicatur † ſine hærede decedere, cui ſaltim
12 † Fiſcus ſuccedat,ita argunt gloſ. in l.ex facto, §.
verbo ſine hærede, ff.ad Trebell.Iaſ.in l. gallus,
§. etiam ſi parente num. 19.ff. de lib. & poſth.
Mantic.lib.11.tit.1.num.9.de coniect.Peregrin.
deciſ. 101. verſ. tota itaque, l. 1. C. vnd. vir. &
vxor.l.2 C.ad l.vil.de vi public.l.1. §.an bona,
ff.de iur.Fiſc.Fuſar.d.tract. quæſt.339.num.77.
fol.122. allegata per Dom. meum de Cutelli in
ſuis allegationibus pro Hectore Anſalone contra
Don Andream Platamone Baronem Ampoſæ,
quibus addatur Ruſticus in l. cum auus, lib. 3.
cap. 3.Ramon.conſ.16.num.16. idemque erit,
ſi quis hærede relicto, hæres non adeat per tem-
pus á iure ſtatutũ, per l.licet, C.de iure deliber.
13 Tertius caſus eſt quando reſtitutio † ex vno
fideicommiſſario, alteri fienda eſt, tunc enim
reſtitutione non facta de vno ipſo iure in alium
actiones tranſeunt, gloſſ. in d.l.penult. vbi DD.
omnes ſupra relati, C. ad Trebell. & in l.1. §.de
illo vbi R p. num.7. ff.eod. Honded. dicto conſ.
26 num.11.Craſſ.in d. §. fideicommiſſum, art.
2.num.58.Achill.Perſ de adipiſc.poſſ.num.404
vbi eſſe communem opinionem refert, & alij
per Fuſar. dicta quæſt. 603. num. 7. quamuis
14 Imol.Roman.Iaſon.& Claud Aquenſ.in dicta
l pen. §.cum autem, quos refert idem Fuſar. d.
loco num.8. teneant in caſu prædicto debere
prius extraiudicialiter per fideicommiſſarium
grauatus interpellari, & in mora conſtitui, vt re-
ſtituat, alias eo non interpellato, actiones non
15 tranſire; cum in hoc caſu † ſine interpellatione
16 dicatur in mora conſtitutus,ex quo † dies certa
interpellat pro homine, & interpellatum in
mora conſtituit Bald. conſ. 479. facti ſuper quo
poſt med. verſ. ſed poſito hoc lib. 1.Cephal.cõſ.
49. num.21.lib.1. Mazol.conſ.15. num.74. &
ſeq. Deciani conſ.84.num.5. & ſeq. lib.2. Alex.
in apoſtil. ad Bart. in l. magnam C. de contra-
hendi & committ. ſtipulat. Pedemont. deciſ.49.
per tot: vbi reſpondet ad contraria, & loquitur
in terminis fideiuſſoris Rot. Rom.per Caualer.
deciſ 331.num.6. fol.200. & 345. num.4. & 6.
in fine, qui loquitur in fortioribus terminis. Di-
dac.Couarr.var.reſol. lib.1.cap.14. num.6.verſ.
quinimo, & moram. cum alijs quos adducit D.
Marius Cutelli pro Michaele Mazzoni contra
Principem Trabiæ.
Quartus caſus eſt, quando heres grauatus re-
17 ſtituere bona reſtituenda † alienat, ſuper iſtis
enim alienatis fideicommiſſarius vniuerſalis ha-
bet ſine vlla reſtitutione iura, & actiones ad ſe
tranſlata, ita diſponit gloſſ. in d.l.penult.§. cum
autem vbi Bart.C.ad trebell. & ſedm Bart.Bald.
Paul. Caſtr. & Iaſon in l.vlt.§.ſed quia referun-
tur eoſque ſequitur Alex. in l. marcellus §. reſ-
que num.8.& ibi Claud.Aquenſ.nũ. 6. & Ruin.
num.5. ff. eod. Aret. conſ.33. Barb. conſ.3.
col.8. in fin. lib.4. Soccin.Iun. conſ. 59.num.2.
conſ. 131. num.3. lib.1. & conſ.90. in fin.lib.3.
& conſ.128.num.16.& conſ.137.num.3.lib.1.
vbi dicit eſſe comunem conſ.129.num.29.lib.2.
& conſ.90.circa fin.lib.3.Ruin conſ.109.num.4.
lib.2. Crauett. conſ.19. num. 12. Bec. conſ.97.
num.19 ſurd. conſ.116.num.17. lib.1. Com.
conſ.298. num.6.lib.3. Grat. conſ.65.num.18.
& ſeqq. lib. 2. Rot. Roman. in nouiſſ. decis.49.
num.56. part.2. vbi habetur hanc eſſe magis
comunem opinionem Padill. in Auth. res que
num.11.C.com.de legat Honded.conſ.26.n.16.
lib.1. vbi quod ſit magis recepta Menoch. conſ.
44.n.15.vol.1. vbi quoque quod eſt receptiſſi-
ma, & de adipiſcen.poſſ.remed.4.num. 203. ſi-
mon de Præt. de interpetr. vult. volunt. vol.
347.num. 11. verſ.& ſi, & num.96. & ſeqq. fol.
497. & num. 70. & ſeqq.fol. 531. Peregrin. de
fideicom. art. 2. num. 60. vbi eſſe communio-
rem opinionem aſſerit, & multi alij, quos more
ſuo idem fuſar. refert. d. queſt.603. num.9. &
queſt.556. num.11.fol.601. cui addatur Pariſ.
conſ 52. num.46. verſ. vero lib.3. Ioann. de
Anan. conſ. 13. viſis quæ in proceſſu. in princ.
vbi comunem opinionem eſſe affirmat, & poſt
alios Card. Tuſch. conclus. 268. num.32. & 33.
lit.F. fol.823.
18 Quæ quidem concluſio limitatur vbi † alie-
natio facta fuiſſet, non per heredem ſed per ex-
traneum Hieronym. Gabr. conſ.45. num.17.
19 lib.1.fol.60 Beneuerum † quod huic limita-
tioni aduerſantur Paul. Caſtr. in d.l. vlt. §. ſed
quia vol. 3. C. comun. de legat. Ruin. conſ 54.
in fin. lib.4. Cephal conſ. 215. num. 27. lib.2.
Anan. conſ 13. Raud deciſ. Piſan. 28.num.139.
vt refert Fuſar. d.loco, num.10. & 11.quos for-
te bene locutos exiſtimo, vbi iſte alienans here-
dis conſenſu feciſſet, vel ſaltim permiſſu.
20 Quintus caſus eſt quando † fideicommiſſarius
cui fieri debet reſtitutio, eſſet eccleſia, ad quam
ipſo iure vlla reſtitutione mediante iura, & acti-
ones tranſire videntur.Bart.in l.1.queſt.6.quint.
queſt. principal: & ibi Bald. col. 14. verſ. ſuper
ſecundo C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Alex. in l.1.
§. ſed quoties ff ad trebell. vbi dicit eſſe magis
comunem Bald. conſ.58.lib.1. Alex. conſ.62.
& conſ.82.num.4.lib.2. conſ. 23. circa finem
conſ.40 col.2.lib.3.& conſ.4 col.3.lib 7. Mat-
theſilam. ſing. 42. nota quod ſi heres vbi pro
vtraque loquitur. Iaſon conſ.214. col. penult.
lib.2. vbi teſtatur de communi Capra. conſ 32.
num. 17. Hondend: conſ.26. num.18. & ſeq.vbi
quoque comunem eſſe aſſerit, & conſ.64. num.
58.lib.1.Craſſ.in §.fidei commiſſum queſt. 42.
num. 7. vbi quod eſt comon.s opineo Ceual.
Spec. com contr. comun. queſt.468. vbi quod
eſt æquior, & verior opinio a qua in iudicando,
& conſulendo recedi non debet, Surd.deciſ. 75.
& mille alij per Fuſar. d. queſt. 603. num 13.cui
addo Maſtrill, deciſ.72. num.4. & 5. part.1.
fol.88.
21 Minime tamen,& in nihilum obſtantes Bal.in
l. vlt.

l.vlt.& Fulgoſ. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & qui
22 eos ſequuti ſunt, qui † contrarium tenuere, malè
enim ſe habuerunt loquuti fuerunt eoſque re-
probat Fuſar. ibidem num. 14. attamen quorum
23 opinio † poterit tantummodo ſibi locum ven-
dicare in poſſeſſione, ſcilicet quod non poſſit
eccleſia ſine poſſidentis facto hoc eſt reſtitutio-
ne, poſſeſſionem capere, vt bene declarat Alex.
d. conſ. 82. lib. 2. num. 3. Idem Fulgoſ. conſ.
230. Decius conſ. 84. & conſ. 424. num. 14.
verſ. non obſt. allegata Chaſſanc. conſ. 19. num.
57. & conſ. 67. num. 61. Capr. conſ. 2. in fin.
Oldrad. conſ. 107. Boer deciſ. 56. & alij per
Tuſch. d. concluſ. 268. num. 52. lit. f. licet hęc
declaratio videtur in partem euacuare præ-
dicta.

24 Tamen ſciendum eſt quod principalis conclu-
ſio, nempe quod ad locum pium fideicommiſ-
ſarium ſubſtitutum ſine reſtitutione tranſeant
actiones, & iura: habet tantum locum in terris
eccleſiæ, ſed non in terris Imperij vt per Tur-
rett. conſ. 77. num. 38. & Maſtrill. qui eum ſe-
quitur deciſ. 72. num. fin. fol 89. par. 1. videri
poteſt.

25 Sexto principaliter † tranſire dicuntur ad fidei-
commiſſarium Iura & actiones ſine facto, ſiue
poſſidentis reſtitutione in fideicommiſſo parti-
culari. Alex. conſ. 98. col. 1. lib. 2. Petr. de fi-
deicom queſt. 3. num 10. ſimon de Præt. de in-
terpetr. vltim. volunt. num. 11. fol. 347. &
num. 91. fol. 997. Fuſar d. queſt. 603. num. 18.
fol. 670. particulare vero fideicommiſſum dici-
tur, vbi certa res reſtituenda venit.

26 Septimo quando teſtator † mandauit poſſe fi-
deicommiſſarium propria authoritate herede
inrequiſito fideicommiſſi poſſeſſionem capi.
Idem de pret. d. tit. num. 93. fol. 497. Bald. conſ.
425. vol. 1. & conſ. 234. veritas eſt iita num. 2.
verſ. ſed vnum lib. 3. Card. Tuſch. concluſ. 37.
num. 17. lit. P. vbi quod iſtante tali licentia po-
teſt poſſeſſionem ingredi Dec. conſ. 424. vol. 1.
vbi apoſtill. verbo tauta Grat. conſ. vlt. num. 50.
cum ſeq. vol. 1. Fuſar. d. quæſt. 603. num. 19.
& ante eum Zucchard. in l. fin. num. 208. cum
ſeq. cum vbi Curti. num. 43. C. de edict. Diu.
Adr. toll. Rim. conſ. 358 num. 7. vol. 2. Rum.
conſ. 28. num. 2. vol. 2. Anton. Gomez. tom. 1.
de teſtam. c. 5. n. 31. doctè Menoch. de adipiſcéd.
poſſ. remed. 4. num. 199. & pro omnibus Bur-
ſat. conſ. 89. num. 15. & 16. fol. 273. lib. 1. Ale-
xand in l. nemo poteſt de legat 1. & alij per
Gratian. cap. 47. num. 12. tom. 1. fol. 134. &
cap. 245. num. 16. tom. 2. fol. 178. & num. 18.
vbi docet quomodo hæc opinio cum alia ſibi
contraria concordetur. quæ dubito non proce-
dunt vbi heres reſiſtat, ſicuti dicimus de eo qui
habet pro ſe pactum ingrediendi propria aucto-
ritate de quo vide Tuſch. concluſ. 37. num. 9. &
ſeq. lit. P. Card. Ludouis decis. 105. num. 11. &
ſeq. & ex noſtris Maſtrill. deciſ. 193. per tot. &
& Caſtill. deciſ. 104. & per tot. vbi docta ad-
dictio.

27 Octauo tandem, & vltimo dic, quod de æqui-
tate, & Iure canonico ſemper ad fideicommiſſa-
rium vniuerſalem Iura, & actiones tranſeunt,
nulla ab herede facta reſtitutione verbali, nec
reali ita voluit Bald. in Cap. in præſentia num.
31. & ibi Dec. num. 9. Paris. conſ. 12. num. 105.
lib. 2. & conſ. 52. num. 48. verſ. tertio facit, &
conſ. 53. num. 115. vſque in fin. lib. 3. Caſtr.
conſ. 137. primum teſtamentum in princ. lib. 1.
vbi quod ſufficiat tacita licentia Grat. conſ. vlt.
num. 50. lib. 1. Gozzad. conſ. 91. num. 10. ibi-
que relati. Caſſan. conſ. 62. num. 30. in fine
Roland. Auall. conſ 78. num. 20. Honded. conſ.
26. num. 24. & conſ. 64 num. 59. lib. 1. & alij
quos refert Fuſar. d. queſt. 603. num. 15.

28 Nihilhominus † contrarium tenuere Be-
rtazol. conſ. 116. numer. 52. & alij per Bo-
er. deciſ. 156. quos refert. Fuſar. ibi num. 16.
cui addo Gratian. cap. 47. num. 2. 3. 4. & 5. tom.
1. fol. 133. vbi diſtinguendo non nullos affert,
quæ equitas Iuris canonici maiori cum ratione
deberet reſtringi ad loca, & terras Eccleſię, Pro-
ut, ſupra de locis pijs diximus num 24. Aduer-
tendum tamen eſt, adhoc vt, iſti octo caſus.

29 Supra relati, procedant, † debere fideicom-
miſſarium ante omnia eius voluntatem declara-
re, velle ſcilicet fideicommiſſũ agnoſcere, alias
ita non declarando concluſiones prędictę locum
numquam ſibi vendicabunt, vt bene per D. Aut-
horem hic ſupra num. 2. tactum fuit cui addan-
tur Fuſar. omneſque DD. per eum ibi d. queſt.
603. num. 20 allati, dato quod eorum opinio
vera ſit, obſtant etenim Alex. Raud. decis piſan.
22. num 67. & ſeq. Menoch. de arbitr. iud. caſ.
256. num 28. & ſimon de præt. de interpetr.
vltim. volunt. ſolut. 2. ante num. 12. lib. 3. ibi
per Fuſar. relati num. fin. fol. 620. qui contrari-
um latè firmauerunt.

30 Quorum omnium † ratio eſt quia fideicomiſ-
c. ſarius vniuerſalis reputatur, vt heres, eiuſque
loco habetur, vt diſponit tex. in l. ſicut §. 1. qui
6. mod. pign. vel hipot. ſolu. gloſſ. in l. qua-
muis de iudic. & appellatio ne heredis venire di-
catur Bellon. ad Rit. lib. 4. cap. 103. 122. & 123.
Honded. conſ. 26. lib. 1. Put. decis. 146. Grat.
conſ. 140. num. 50. & ſeq. lib. 1. Bald. conſ. 79.
caſus talis eſt Corn. conſ. 146. in. princ. lib. 2.
Decian. conſ. 21. num. 35. lib. 2. maxime in ma-
teria fauorabili vt in caſu noſtro, Craſſ. §. hære-
ditas quæſt. 10. per tot. ſurd. conſ. 265. lib. 2.
quem ſequitur Gratian. cap. 47. num. 11. tom.
1. fol. 134. Maſtrill. noſter deciſ. 72. num 4. &
non nulli alij per Amat. noſtrarum reſolut. 13.
num. 4. fol. 196. quorum doctrinæ hodie habent
pro ſe Conſtit. nouiſſ. Comitis de Caſtro §. 11.
quæ debet ad prędicta reduci ideſt facta reſtitu-
tione verbali, vel reali; item pro minibus heredi-
tarijs etiam non confecto inuentario pro fidei-
commiſſarium.

Nec obſtant Dottores negantes fideicommiſ-
31 ſarium † appellatione heredis contineri cum
verè, & proprie heres non ſit, quoniam loqun-
tur in materia odioſa non autem in fauorabili
Deuan. conſ. 26. num. 47. lib. 2. Bero. conſ. 85.
num. 13. & ſeq. lib. 2.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVM-

verſatur, ſecus ſi tantummodo ingenium, ſeu induſtria verſaretur.

Prout eſt prohibitus conſiſtens in ſola fortuna, nu. 9.

Qui ludi de iure Regni ſunt prohibiti & quæ ſit pœna? Remiſſiue num. 10.

Et qui de iure communi? Eadem.

Et aliquando ludus conſiſtens in ſolo ingenio eſt prohibitus num. 11.

3 *Ludus pilæ eſt prohibitus,*

Contrarium num. 13.

Diſtingue vt num. 13.

ARGVMENTVM.

Tertius mutuans pecuniam ludenti, an poſsit eam repetere, & pro illa lucrata detur actio, etiam ſtante conſuetudine, & petens teneatur in foro Poli, & qui ſint ludi prohibiti.

SINGVLARE XXIX.

IN cap. Regni Regis Feder. 80. nota ſingulariter, vt tertius ſcienter luſuro prohibitis
1 ludis mutuans † non poſſet pecuniam mutuatam repetere, Amod. in tract. ſindic. num. 94. per l. verum, §. penul. ff. de minor. Clar. in §. ludus, verſ. item mutuans, per l. clericum vſus C. de religioſ. & ſumpt. funer.
2 Iacet † contrarium ſeruari de conſuetudine, teſtatur Clar. in d. §. ludus, verſ. item mutuans, Auguſtin. ad Angel. de maleſic. verſ. metitor de mali dadi, num. 15. Couarr. in Regula peccatum fol. 124.
1 ter, vt † aduocatus ſalariatus apud magnam curiam teneatur eam ſequi quocunque vadat, ſi conſequi velit ſalarium. l. Meuia §. vxore in tex. ibi aſſidue, & in tex. ibi difficile, ff. de an legat. Bald. in cap. ex parte, num. 3. in fin extra de poſtulando.

Annot. ad Singul. XXXXII.

2 Alias ſi legitime non fuit impeditus, amittit † ſalarium non maturatum, nec maturari inceptũ,
3 cum omnis † labor optat præmiũ ſecund. Apoſt. ad Corinth. p. cap. 3. D. Meus de Cutelli in tract. de donat. inter patr. & fil. tract. 1. diſcurſ. 2. part. 3. num. 162. fol. 139. cui addo Marſil ſingul. 693. & diſcurrit Bart. in l. præſes §. diuus. num. 6. & 19. ff. de var. & extrord. cognit. ratio
4 principalis quia qui non laborat non manducat ſi ex duobus fin. ff. de noxal. gloſſ. in l. quamuis
5 ff. de damn. infecto, & qui non † onoratur non eſt honorandus tex. in l. ab eo C. de fideicom. l. vni, §. pro ſecundo C. de caduc. tollend. l. ſecundum naturaam ff. de reg. iur. gloſſ. fin. in Cap. ſi Epiſcopus. de offic. ordinarij in 6. Montic. de inuent. cap. 1. num. 199. fol. 30. Crauett. conſ. 27. num. 6. in fine tom. 1. ſed ceſſante labore, ideſt aduocationis munere pro clientis defenſione, tanquam finali cauſa ſalarij, debet quoque ceſſare, & effectus, ideſt honor, arium ſeu præmium, quod ſalarium vocamus. quæ tamen intelligas, vbi ſalarium non ſit maturatum, nam, & ſi ceſſante finali cauſa ceſſet effectus, vtique non ceſſabit niſi effectus producendus, non verò iam productus, Bald. in l. inter Caſtellianum col. fin. de arbitr. Dec. conſ. 480. num. 8. Corn. conſ. 7. num. 5. vol. 1. Rorand. conſ. 39. num. 55. vol. 4. Tiraquell. & alij per Caſanat. conſ. 25. num 16. fol. 343. & conſ. 41. num. 74. Gallus. conſ. 64. num. 15. & conſ. 43. num. 15. Card. Tuſch. concluſ. 137. per tot. lit.

lit. C. Gratian.diſcept.702. num.55. tom.4. ex
noſtris Dom. Giurba deciſ. 82. num. 12. vbi
7 quod † neque ceſſat effectu, conſumari incæp-
tos, Maſtrill.deciſ.299. num.90. fol. 215. belle
Craſſ. de except.except.40. num. 4.
8 Cum † cauſa pluſquam res ipſa in omnibus
9 ſit attendenda, tamquam illa, quæ regit † om-
nes actus humanos, vt benè dixit noſter
Amatus reſolut. 44. num. 21. & 22. fol. 561.
nec ſolum ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus,
10 ſed quoque † aucta ea, vel diminuta debet au-
geri, & diminui diſpoſitio, vt nonnulli per
Gratian. cap.96. num.28. tom. primo, fol. 262.
firmauere, quæ eueniunt ne aduocatus locu-
11 pletetur † cum clientis iactura, quod eſſet ini-
quum, tex. in l. ſi me, Titium, ff. ſi cert.pet.
& in l. pater, & ibi Bart. ff. de except. dol. in
hoc enim nullum habet priuilegium, cum
hæc lex militet etiam in Eccleſia, quæ pro-
12 hibetur † cum alieno damno locupletari, l.
nam hoc natura, ff. de condition. indebit. l.
iure naturæ, ff. de regul. iuris, Natt. conſ.
305. num. 2. tom. 2. fol. 101. vbi alij, Rot.
Roman. per Seraphin. deciſ. 446. numer. 7.
& deciſ. 749. num. 15. Alexand. conſ. 92. per-
ſpectis ijs, num.5. in fin. verſ. item, Dec. conſ.
254. num. 3. Surd. conſ. 101. num. 17. lib. 1.
& alij per Tuſch. concluſ. 438. num. 1. & per
tot. lit. L. fol. 485. Dominus de Cutelli in
tract. de donat. inter patrem, & filium, tract. 1.
diſtinct. 2. part. 6. num.51. fol. 187.
13 Salarium verò argumentato † labore, vel
diminuto, augeri, minuique debet, Ludoui-
cus Roman. conſil. 25. num. 2. fol. 17. Ma-
gon. per Rot. Florentin. deciſ. 12. numer. 10.
Cepoll. de ſeruit. Vrb. præd. cap. 50. de
furno num. 5. hæc quo ad materiam non
omittam tamen aliqua, quæ ad fauorem ad-
uocatorum poſſunt excitari, vt meo numeri ſa-
tisfaciam.

Et primò, an Aduocatus, qui promiſit Titio
14 aduocare † per annum ſub certo ſalario, ſi Ti-
tius dicto tempore nullas lites habuit, ſalarium
conſequatur, quod ſic reſpondet, [quia per
15 † ipſum non ſtetit] textus in l. fin. C. de con-
dit. cauſ. dat. & l. qui operas, §. fin. ff. locat.
Bart. in l. prima, §. diuus, ff. de var. & extra-
ordin. cognition. verſ. vlterius quæro, & alij
per Afflict. in conſtitut. hac ædictali, num. 5.
fol. m. 210. Coſta de port. rat. Marſil. ſin-
gul.693. vbi alias leges, & Doctores refert, di-
16 cit quod iudex † non proferens ſententiam,
quia partes ſe concordauere, non perdit ſala-
rium, Viſcont. concluſ. aduocatus, fol. 4. &
in foro conſcientiæ dixere Guttierr. practicar.
quæſt.lib. 1. quæſt.32. num. 1. & 2. Azeued. in
l. 10. tit. 16. lib. 2. num. 4. nouæ collect. reg.
quos poſt multa iura offert Pater Dian. in ſuo
primo tract. miſcell. reſol. 42. quid quid ipſe-
met ſentiat, quod in hoc Regno recipitur
quoad medietatem iuris, quam prouiſionem
vocant, ſi aperta ſint puncta, facit ſimile de mi-
lite.
17 Aduocatus † in militare dicitur, tex. in l. aduo-
cati, C. de aduocat. diu. Iud. gloſſ. in l. non
dubium, ff. de bon. poſſeſſ.
18 Miles autem nunquam † amittit ſtipen-
dium, niſi quando per ipſum ſtetit, quin
Domino deſeruiat, vt ait Bart. in l. 1. C. de
præpoſ. agent. lib. 10. facit text. in l. ſed ad-
deſ. 21. §. fin. ff. location. & l. 2. §. primo ff. ſi
quis caution. cum alijs quos allegabat quando-
que D. Marius Cutelli pro Illuſtr. Don Hiero-
nymo de Aragonia contra Regium Fiſcum
Patrimonij, quæ cauſa hodie pendet coram Su-
premo Italiæ Conſilio.
19 Et aduocatus † ex quouis fortuito ſuperue-
niente caſu ſemper lucratur ſalarium, & ſupra-
dicta ratione, textus in l. penult. & fin. C. de
condict. ob cauſſ. & alij per Afflict. dicta con-
ſtit. hac ædictali, num.4. fol. 210.

Sed quid ſi aduocatus litem propriam agat
20 an vincendo, poſſit † ſibi taxari facere ſala-
rium ſibi, dic quod non, ſed tantum expenſas,
21 & † damna ex perſona ſua obuenientia, Bart.
in l. ſtipulatus es opus, ff. de fideiubſor. Caſtr.
in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Velaſc. con-
ſult.25. num.21. Monter. deciſ. Aragon. deciſ.
14. Coſt. de port. rat. quæſt. 122. num. fin.
22 fol.153. & hoc, † vt omnis Doctor in cauſa
propria fugiat ſe defenſorem, alterumque
quærat ne peruicax ſit in ſuæ opinionis ſuſ-
tentatione.
23 Sed an liceat aduocatis cum † clientibus pa-
ctitare de certa ſumma pro litis victoria conſe-
quenda, dic quod minimè, quia prohibitum
eſt de iure, & quaſi ſapit pactum de quota
24 lite, ex ea ratione, quia ex ſugeſtione † Dia-
boli talis aduocatus per fas, & nefas calumnioſè
auocabit, vnde talis eſt inualida, ex textu in l. ſi
quis, C. de poſtulando deſumptus, & ibi gloſſ.
in verbo datum, vbi Bart. ff. de pact. vbi quod
25 priuandus † aduocationis officio, & pæna
falſi puniendus, qui hoc admittat, cap. infames
§. arceantur 3. quæſt.7. Roland. Auall. conſ. 36
num.20. tom.3. deciſum refert Vincent. de
Franch. deciſ. 265. per tot. tom. 2. fol. 21. vbi
dicit fuiſſe ſuper hoc nouam Pragmaticam
æditam, in illo Regno, confirmat Afflict. in
dicta conſtitut. hac ædictali, rubr.82. num.7. fol.
m. 209. à tergo col. 2. vbi additio multa ad
materiam docet Ioan. Aloiſ. de Sept. ſuper Rit.
cap.135. lit. E. fol. 42. verſ. ibi ſalariorum,
Mandoſ. de ingratitud. cap. 83. & in hoc Re-
gno adeſt conſtitut. pragmat. part. 2. tit. delle
honoranze, & ſalarij delli Aduocati, §. 1.

Sed quid in aduocato, qui poſtquam ſalariū
accepit in morbum incidit, taliter quod cliens
26 fuit coactus nouum perquirere, an debeat † ſa-
larium reſtituere, quod non ex ratione antea
dicta, reſpondet gloſſ. in l. arboribus, §. de illo,
ff. de vſufruct. Specul. in tit. de ſalar. §. 3. verſ.
quid ſi aduocatus, & in l. 1. §. diuus per Bart.
ff. de var. & extraord. cognit. alijque per Af-
flict. dicta conſtit. nu. 6. quem ſequitur Viſcont.
dicta concluſ. aduocatus, vbi quoque multa ad
materiam affert.
27 Licet ſecundum † Sarmient. lib. 1. ſelect.

cap. 11. num. 9. Guttier. & alios per Cæuall.
quæſt. 288. in fin. quos ſequitur Gratian. cap.
56. num. 4. tom. 1. fol. 158. huiuſmodi ſala-
rium debet per iudicem regulari, quibus aſ-
ſentior.

28 Quæritur etiam, an debeatur ſalarium † non
conuentum aduocato, qui ſeruiuit, an verò
cenſeatur ſeruitium gratis præſtitum, diſtingue
aut ſi cliens eſt diues, aut pauper.

29 Si eſt diues † debet ſoluere ſalarium, tam ſi
obtinuit, quam ſi ſuccubuit, etiam non con-
uentum, Bart. in l. prima §. in honorarijs, &
§. aduocatos, ff. de var. & extraordin. cognit.
Bald. conſ. 155. in fin. lib. 5. Soccin. conſ. 196.
num. 1. verſ. ſecundo principal. lib. 2. Federic.
de Sen. conſ. 218. Ricc. collect. 2466. verſ. ad-
uocato, & deciſ. 85. num. 2 part. prim. Rota
Florent. per Magon. deciſ. 12. num. 4. Alexand.
conſ. 109. lib. 5. Natta conſ. 376. num. 2. fol.
288. tom. 2. vbi dicit hoc eſſe tantum ſpecia-
le in aduocatis, alijsque literarum profeſſo-
ribus.

30 Quorum officium eximij † laboris eſt, quod
extimari non poteſt ex textus in l. pater in fin.
ff. de donat. Magon. ibidem num. 1. & 2. fol.
47. Muta ſuper conſuetud. Panormit. cap. 69.
num. 4. & 5. & mille alij per Caſtill. deciſ. 44.
num. 10. vbi additio verſ. ſalarium, ibique
deciſum per Reg. Cur. Prætor. & deciſ. 226.
num. 1. tom. 3. fol. 124. Guttier. de iur. con-
firm. cap. 64. Bott. conſ. 43. num. 6. Ceuall.
quæſt. 288. num. 9. per Gratian. cap. 56. num.
tom. 1. fol. 158.

32 Si verò eſt pauper, aut lucratus † fuit cau-
ſam clientis, & ſuper illa debet de ſuo ſalario
33 ſatisfieri, cum omnium creditorum † ante la-
tione, ſecundum dictum illud Apoſtoli, quod
34 laboratores † primum fructum capere debent,
tex. in l. hæc autem, ff. ſi cui pluſquam per leg.
falc. l. hæc ſtipulatio, §. diuus ff. vt leg. nom.
caue Porcell. de inuent. quæſt. 7. in 7. & 8.
vtilit. num. 6. Rot. Roman. mercedis coram
Reuerend. Patre D. Oradino primo Iulij 1569.
Bart. in l. interdum num. 4. & l. ſeq. ff. qui pot.
in pign. hab. & in l. quod dicitur, ff. de im-
pend. in reb. dot. fact. Alex. conſ. 217. num. 2.
lib. 6. Afflict. deciſ. 359. num. 12. Gratian. dicta
diſceptatio. 257. num. 17. & 31. fol. 224. tom.
2. Giurb. deciſ. 108. num. 10. fol. 391. vbi ra-
tionem reddit Amat. reſolut. 3. num. 10. & 11.
vbi extendit non ſolum ad prælationem, ſed
35 etiam ad priuilegium afficienter † ſuper bonis
fideicommiſſo ſubiectis, & feudalibus, & in
ſimili multos refert Proſper. Petr. ad Capic.
deciſ. 11. num. 1. verſ. imò præfertur, fol. 22.
Dominus de Cutelli in tract. de donation. inter
patr. & filium, tract. primo, diſtinct. 2. part. 11.
num. 45. & num. 39. vbi quod detur tacita
hypoteca, & quod in dubio præſumitur præ-
ceſſiſſe alium contractum, ibidem num. 43. vbi
alios allegat fol. 340.

36 Aut demum ſuccubuit, & tunc clientem
pauperem cenſetur gratis, amore Dei defen-
diſſe, eique ſalarium remiſiſſe, cum de iure
37 communi, & ſtatutario pauperes † gratis ſint
ſeruiendi, iuxta cap. Reg. ſub Reg. Alfonſ. 178.
tit. de quæſt. pauper.

Quod quidem capitulum hodie minime
obſeruatur ex eo, quia adſunt aduocatus, pro-
curatorque pauperum à Domino Rege noſtro
Catholico omnium humaniſſimo conſtituti,
quibus de ſuo ſalario ſoluuntur.

38 Qua nam autem actione † ſalarium peten-
dum eſt, dic actione ex ſtipulatu ſi reperiatur
promiſſum, ſin ſecus officio iudicis, gloſſ. in l.
quoties 10. verbo non potuit in principio ff.
de adminiſtr. & peric. tutor. vel curator. Aloyſ.
de Sept. ſuper Rit. cap. 133. lit. E. fol. 41. &
ante eum Bartol. in l. præſes, §. diuus, ff. de
var. & extraord. cognit. per tot. & taxatur
39 † parte incitata, ad inſtar alimentorum ipſius
iudicis arbitrio, Salicet. & alij in l. aduerſus, C.
mandat. Doctores omnes in l. ſalarium, ff. eo-
dem, & alij per Milanenſ. deciſ. 5. num. 26.
lib. 1. fol. 30. Petr. de Gregor. de dot. quæſt.
38. num. 9. Cumia ſuper Rit. capit. 38. num.
400. cum ſequentib. & alij, quos ſequitur
Caſtill. deciſ. 226. numer. 2. & 3. tom. 3.
fol. 124.

40 Eſtque † priuilegiatiſſimum, in tantum, quod
41 æquiperatur doti, & Fiſco, & tacitam † ha-
bet hypothecam à iure inductam, idem Bart. in
in l. §. fin. verſ. & ſic ex num. 31. ff. ſolut. ma-
trim. tex. in l. aſſiduis §. exceptis, C. qui pot.
in pign. haben. vbi Marian. Soccin. columm.
vltima in fin. num. 278. & alij per Gratian.
dicta diſceptation. 257. num. 17. tom. 2.

42 Et pro eo † datur Saluianum Pacific. de
Saluian. interdict. capit. 4. inſpection. 3. num.
233. vſque ad num. 236. idem Gratian. dicto lo-
co num. 20. idem de Cutelli loco ſuperius cita-
to num. 43.

Mortuo tamen aduocato an integrum de-
43 beatur eius hæredibus † ſalarium, ſi antequam
ab hac vita migraſſet, nullum pro cliente ſub-
ſtituerit laborem, quod ſic tenet Bart. in dicta
l. præſes §. diuus num. 12. ff. de var. & extr.
ordin. cognit.

44 Quæ Bartholi † opinio, in hæredibus ad-
uocati procedit quo ad ſalarium maturatum,
vel ſaltim maturari inceptum ante mortem ip-
ſius aduocati, ſi per eum non ſtetit clientem de-
fendere, ex Doctoribus ſupra relatis.

45 Licet ſalarium promiſſum Doctori † legenti
totum debeatur eius hæredibus, ſi in princi-
pio lecturæ de hac ad aliam vitam conuolauit,
vt idem Bartol. in dicta l. præſes, §. diuus num.
17. cum mille per eum ibi relati tenent, &
Bald. in l. prima columna 2. verſ. ſed ego C. de
vſufruct. Ioan. Aloyſ. de Sept. ſuper Rit. dicto
cap. 133. lit. A. fol. 42. Barboſ. in l. prima num.
50. ff. ſolut. matr.

46 Antiquitus aduocati, † & procuratoris ſala-
rium centum ducatorum valorem excedere
non poterat, per tex. in l. 1. §. in honorarij, &
§. ſi cui ff. de var. & extraordi. cognit. Specul.
in tit. de ſalar. §. ſequitur, & alios, niſi pro-
47 miſſio † illius eſſet iurata, vt deciſum refert
Guid.

Digitized by Google

Guid.Pap. deciſ.190. per tot. & deciſ. 202. Se-
raph.de priuil.iuram.priuil.170. Caualcan. de-
ciſ. 41. num. 47. part. 1. Ioan. de Amicis conſ.
148. num.8. quos omnes affert Caſtill. noſt.
deciſ. 226. num. 13. & 14. tom. 3. fol. 126. &
d.deciſ.44. num.10. in fin. tom. 1.
48 Vel niſi ageretur † de vita hominis vbi non
datur à iure ſalarium limitatum Salicet. in l. ſa-
larium, ff. de mandat. per Caſtill. loco proxim.
citato.
49 Quæ hodie † de conſuetudine non procedunt
ſed poteſt eis quæuis ſumma ſolui, vt per eundẽ
Caſtill. locis citatis nobis traditum eſt, & quoti-
die practicari videmus, licet dictam ſummam
non ſolum ſuperet, ſed non equet.
50 Sed an cliens † poſſit aduocato, vel procura-
tori ſalarium reuocare, non ſoluto ſalario iam
maturato, & expenſis, forte ab illis pro ſua lite
factis, quod non dixit Bald. in l. quæ omnia, §.
item ſi retentione de procurat. Geminian. in
cap. 2. num. 5. poſt medium verſ. tertio quan-
do vult retinere de procurat. in ſexto, ibidem
Franc. num. 1. verſ. tertio, quando de ſuo Rot.
per R.P.D. Lit. Placentin. nullit. reuocat. mand.
23. Ianuarij 1596. Gratian. cap. 56. nu. 17. tom.
1. fol. 159. & tom. 4. diſcept 618. nu. 10. fol. 40.
Habent etiã Aduocati, & procuratores ſcrip-
51 turarum † retentione pro expenſis in lite clien
tũ per eos ſubminiſtratis, per tex. in l. quæ om
nia in fin. ff. de procurat. vbi Bart. Caſtr. & An-
gel. l. qui proprio, §. litis impendia, ff. de pro-
curator. Boer. deciſ. 15. num. 3. fol. m. 41. Gra-
uet. ad Veſtr. lib. 3. cap. 4. num. 8. in fine, Iacob.
de Sanc. Georg. in l. ſumptus nu. 2. de pact. Fa-
rinac. quæſt. 106. num. 61 Gratian. cap. 56. nu.
35. tom. 1. fol. 159. Capic. deciſ. 11. nu. 1. Petr.
ad Capic. d. deciſ. 11. in princ. Menoch. de re-
cuper. remed. 11. nu. 14. loco tamen pignoris.
52 & non aliter, ne vis † ſibi dicere videantur, tex.
in l. 1. §. ne quis in cauſ. propr. cap. comod.
53 Sed quid pro eorum † ſalario, an competat
eodem modo retentio ſicuti, pro expenſis, cum
ſit æque priuilegiatum, tantique laboris, quod
ſic tenent multi per tex. in l. colonus, ff. de vi, &
vi arma. & alios per Gail. lib. 2. obſeruat. 12. nu.
5. fol. 131. Coler de proceſſ. executiuo. cap. 2.
part. 1. num. 247. & deciſum fuit per Rot. Rom.
coram R.P. D. Lot. Placent. ſalarij 23 Ianuarij
1598. Baldaſſ. de Angel. ad Gizzarell. deciſ. 35.
num. 16. fol. 35.
Vnde [& nexio qua ratione] contrarium
54 ſentiere † Alber. Fulgoſ. & Mod. in l. ſi non
ſortem § ſi non centum de condit. indeb. quos
ſequitur Capic. d. deciſ. 11. num. 1. & ibi additio
Petr. fol. 21. Boer. d. deciſ. 15. in princ. Grauet.
ad Veſtr. vbi ſupra Gratian. cap. 56. nu. 15. tom.
1. fol. 159. & diſcept. 618. num. 2. tom. 4 fol. 40.
vbi quoque deciſum ait per Rot. Roman. coram
R.P.D. Veroſpio Gerund. vnion. 2. Decembris
1615. quæ eſt 691. part. 1. in recentior. per
quem [aſſerit ipſe] fuiſſe receſſum à ſupradicta
deciſione Rotæ pro affirmatiua relata Rot. Ro.
coram R.P. Don Iuſto Burgenſ. merced. 4. Iunij
1604. Idem de Angel. ad Gizzarell. loco citato
55 nu. 17. fol. 35. ratio quam aſſignant † alia non
eſt, niſi quod res vna, pro aliã retineri non po-
teſt, quæ iudicio meo inepta, & leuiſſima eſt.
Poteris tamen diſtinguendo ſi vis has contra-
rias opiniones conciliare, quod † aut aduoca-
56 tus, ſeu procurator vult retinere ſcripturas il-
lius litis, de qua actum fuit eo aduocante, vel
procurante, & proceſſus ſit compilatus eo-
rum patrocinio, & tunc procedit affirmatiua
57 opinio; aut ſcripturæ † ſunt diuerſæ litis, &
cauſæ, & proceſſus fuit alio tempore compila-
tus, & procedit negatiua.
Minor verò debeat ne aduocato ſibi in tuto-
58 rem relicto, vel dato, ſalarium † ſoluere, quod
ſic, ſi ſolebat aduocatus operas locare Baez. de
decim. tot. cap. 1. num. 25. Guttier. de tutel. cap.
2. nu. 19. & iudicatum per Sacr. Conſ. Neapol.
refert Vinc. de Franch. deciſ. 122. num. 4 Fran-
ch. eſcob. de raciocin. c. 27. num. 52. & ſeq.
poſt omnes Conuerſan. de tutel. §. 7. num. 8. &
ſeq. fol. 246. quæ intelligas niſi habeat ſalarium
vti tutor.
Quid autem dicendum erit de eo, qui parti
59 contrariæ † ſecreta clientis ſui reuelaret, dic ta-
lem hominem ſi forte reperiretur, ad penam
falſi teneri tex. in l. 1. §. 15. qui ff. de falſ. Paris.
de Put. de ſindicat. in tit. de exceſſ. aduocator.
num. 6. fol. 19. a tergo Carauit. in tit. 3. num. 14.
Menoch. de arbitr. iudic. cent. 6. caſ. num. 25.
& alij per Viſcont. concluſ. aduocatus in medio
Iacob. de Beluis conſ. 91 num 3. fuſch. lit. A.
num. 31. & poſt eos Graſſ. except. 24. num.
105 fol. 222.
60 Sed an † poſſit aduocatus in cauſa clientis te-
ſtificari quod non, eſt textus cap. Romana de
teſtibus in 6. l. fin. ff. eod. Corn. conſ. 309. nu. 15
lib. 4. Mandell. conſ. 303 lib. 2. Afflict. in conſtit.
auocator. not. 2. ſub nu. 6. Farinac quæſt. crim.
60. num. 155. Maſcard. de probat. concluſ. 66.
Franch. deciſ. 222 per tot. Io de Amic. conſ 53.
num. 9. Surd. deciſ. 219. num. 1. & 190. num. 5.
Gratian. conſ. 51. num. 8 lib. 2. & mille alij per
Craſſ. d. except. 24. num. 107. fol. 223. Maſtrill.
deciſ. 151. num. 39 fol 81.
61 Limita tamen, vbi aduocatus † ſeu procura-
tor aliquid de illa cauſa, ſciret, vt teſtis, quia
tunc eſſet cogendus, vt veritas eluceſcat, vt in-
fra dicam gloſſ. in l fin. de teſt. b. cap. fin. de te-
ſtibus in 6. Maſcard. dicta concluſ. 66. num. 9.
concluſ. 1317. num. 18. concluſ 1232. num.
16. Maſtrill. deciſ. 151. num. 40. Franch.
dicta deciſ. 222. num. 10. & mille alij quos more
ſuo Dom. Giurb. refert. deciſ. 95. num. 4. qua-
62 lem autem † fidem faciat, quando aduocatus
pro cliente deponat, vide DD. per ipſum
Giurb. relatos ibid. num. 10.
63 Quid autem ſtante monitorio, an teneatur
Aduocatus † & procurator contra clientem re-
uelare, id quod habuerit in ſecreto confeſſum,
dic quod ſic, ſi veritas aliter haberi non poteſt,
vel ſi eis non reuelantibus notabile aduerſario
immineret damnum, vel id quod reuelare de-
bent, eis ante cauſæ acceptationem conſtabat,
ita affirmant Aufrer de reprob. teſt. verb. aduo-
catus, num. 8. & ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 413.
Surd. deciſ. 190. & conſ. 328. num. 16. Farinac.
d. quæſt. 60. num. 228. Decian. conſ. 92. nu. 118.
vol. 2. P. Xuar. tom. 5. diſput. 20. ſect. 3. nu. 11. &

al ; per Giurb. deciſ. 94. num. 17.
64 Ne veritas † enim ignoretur, Iudex Inſudare
debet Clem. ſæpe de verbor. ſignific. tex. in l.
imperator § penult. ff. de probat. Alba. conſ. 15
Giurb. ibid. num. 18. cui adde Ricc. deciſ. 253.
66 tom. 3. cum eius † occultatio eſt peccatum mor-
tale Hoſtienſ. in ſumma de teſti. cog. §. & qua-
re in princ.

Quomodo verò cognoſcendum erit quod
67 aliter veritas haberi poſſit vel ne † remittitur
arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum
negotij loci & temporis Farinac. quæſt. 62. num.
59. quem ſequitur Caſtill. deciſ. 160. num. 11.
& 12. tom. 2. fol. 400.

Vltimo videndum ſi poſt quam reuelabit
68 poſſit cogi ad ſe repetendum † coram ſeculari
69 parte citata, quod ſic, alios reuelatio † nullum
operaretur effectum, vt bis deciſum habemus
per Giurb. deciſ. 95 in fin. fol. 354. contrarijs
reiectis, vbi non poterit variare dictum ſuum,
corrigendo ſe in ſubſtantia.

70 Et pro coronide Aduocatus † ne à ſtudio deuer-
teretur poteſt fabrum malleantem à ſuo con-
uicinio expelli facere etiam, ſi domus eſſet pro-
pria Bald. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. fu-
er. appell. Alex. & Iaſon in l. 1. ff. ſol. matrim.
Honded. conſ. 81, num 39. lib. 1. vbi quomo-
do praticatur ex noſtris Caſtill. deciſ. 42. num.
9 tom. 1. fol. 251. D. de Cutelli d. part. 21. num.
63. f. 348.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus de curando ſoluere, competit Panormitanis vltra quindenam.*
2 *Item etiam poſt ſubhaſtationem bonorum ad redimendum.*
3 *Quindena eſt dilatio peremptoria.*
4 *Quindena terminus currit de momento ad momentum.*
5 *Quindena non competit in cauſa alimentorum.*
6 *Venter eſt mala beſtia dilationem non patiens.*
7 *Emens panem ad teſſeram non admittitur ad quindenam.*
8 *Condemnatus ad peculiolum abſque quindena, eam ſoluere debet.*
9 *Quindena non competit depoſitario.*
Limita num ſeq.
11 *Quindena denegatur pro ſeruitijs perſonalibus.*
Ratio num. 12. 13 & 14.
15 *Quindena non gaudet dominus animalium pro damno dato in alieno feudo.*
16 *Volens ſoluere pro quandiu tenetur ſine quindena.*
17 *Condemnatus ad pœnam recuſationis Iudicis, priuatur beneficio quindenæ.*
18 *Quindena denegatur fideiuſſori ſi infra tempus principalem non præſentauit.*
Ratio num. ſeq.
20 *Clauſula, vt banchus, quid operatur.*
21 *Quindena pro expenſis datur tantum ad modificādū.*
22 *Actuarius recipiens fideiuſſorem inhabilem, tenetur de proprio al ſine quindena.*
23 *Iudex denegare debet quindenam debitori nolenti ſoluere, ſed pecuniam in manibus demonſtrat in perniciem creditoris.*
24 *Fideiuſſor in criminalibus tenetur ſoluere pœnam ſine quindena.*
25 *Quindenæ beneficio an poſſit renunciari? & an in eius locum poſſit alter terminus per partes ſubrogari.*
26 *Faciens apodixam ad Tabulam, & bona non reperta ad quid tenetur.*

ARGVMENTVM.

Pan. Ciuibus poſt quindenam elapſam, ſeu interloquutoriam reijciantur, an competat alius terminus, de curando ſoluere debitum.

SINGVLARE XXXXIII.

IN Cap. Regni R[illegible] 112. nota ſingulariter, vt
1 ſi † executio interloquutoriæ reijciantur,
vel quindenæ elapſæ in Cur. Prætoriana huius
Fælicisſimæ Vrbis contra Panormitanos Ciues
fieri contingent per M. C. demum admittuntur
ad dilationem otto dierum de curando ſoluere
iuxta illius Curiæ ſtylum, ſi antequam caperentur
rei coram M. C. eandem dilationem ſuſce-
piſſent, ſecus ſi capti præſtare voluerint, & ita
ſeruare Magnam Curiam teſtantur Marian. Iu-
lian. & Io. Platamon.

Annot. ad Singul. XXXXIII.

Adde Mut. ad conſuet. Pan. cap. fin. ante nu.
11. verſ. ſicut etiam fol. 631. col. prima. vbi etiā
2 dicit eis competere † conſimilem terminum
dierum otto poſt ſubhaſtationem bonorum, ad
effectum redimendi pignora in ſtabilibus, &
dierum quatuor in mobilibus, quod etiam idem
Mut. dixerat ſuper Rit. dicto cap. 112. num. 47.
fol. 174. col. prima.

Pro quorum terminorum notione non omit-
3 tam, quod quindena † eſt quædam dilatio pe-
remptoria, vt ex Angel. & alijs in l. 1 pecuniarijs,
ff. de ferijs dixit Vincent. Percoll. ad Rit. eodem
cap. 112 lit. L. fol. 171.

4 Quæ cum ſit terminus ſtatutarius † currit de
momento ad momentum Alex. in l. 1. ff. ſi quis
caut. Traquell. de retract. gloſ. 2. cap. 110. nu.
39. Boniorn. ſuper Rit. d. cap 112. lit. B fol. 83.
vbi etiam Ludouic. Montalt. lit. E. fol. 136 &
Federic. Let. fol. 144. Mut. ad Rit. ibid. num. 8.
fol. 168. tom. 4. vbi quod eſt comunis opinio,
Cumia in ſua pratica poſt Rit. col. 1. in fine fol.
8. & Dominus meus de Cutelli dixit in allega-
tionibus pro V. I. DD. Don Franciſco, & Don
Ceſare Caloſaris contra Hieronymum Arnone.

De qua regula eſt ſemper competere, niſi in-
5 ueniatur excepta, pro vt † in cauſa alimentorum
futurorum, DD. in l. alimentis, C. de tranſact.
tex. in l. vltima in fin. C. de aliment. pupil. præſt.
l. 2. ff. de ferijs l. 2. ff. de re iudicat. Cephal. conſ.
485. num. 55. lib. 4. Surd. de alim. priuileg. 2 nu.
6. fol. 271. a tergo Franc. de Pod. ad Rit. d. cap.
112. in fine, verſ. & in quantum, fol. 160. vbi
etiam Vinc. de Giglio in princ. fol. 240. & poſt
eos Mut. ad Rit. cap. 133 nu. 5 fol. 233. tom. 4.

6 ex eo quod venter † eſt mala beſtia, & dilatio-
nem non patitur, mille per Dominum Giurb.
deciſ. 4. num. 45. vbi, nec nos poſſumus viuere
vento.
7 Secundò pro † pane capto ad teſſeram, ex Prag.
ædita hic Pan. per Ill. ittr. don Ioan. lacerda 29.
Ianuarij 1560. refert Mut. ad conſuetud. cap. 71.
num 42. fol. 570. vt eadem ſit ſolutio debiti
cum crediti contractu.
8 Tertio in † cauſa pecunioſæ. ſiue dicamus litis
alimentorum vt, poſt Iaſon. & Salicet. in l. pro-
perandum §. illud procul C. de iud. dixit Ferdi-
nand. Boniorn. ad rit. eod. cap. 112. in princ.
fol. 83. vbi etiam Franc. de Pod. Autor. noſter
ſing. 42. num. 1. tom. 2. Mut. ad conſuet. d. cap.
71. num. 417. & ad rit. cap. 176. num. 5. fol. 350.
Milan. deciſ 17. num. 56. fol. 94 lib. 1. potius ex
vſurpatione, quam quod alimenta propriè ſint,
niſi dicamus, quod iudicia cæpta non debent
conquieſcere.
9 Quarto in † depoſito. cap. ius naturale 50. di-
ſtinct. verbo depoſitæ rei reſtitutio Bald. & Sa-
licet, in l penult. verſ illico C. de depoſit. Alex.
in l. 1. §. ſi preſens ff. de verbor. obligat. Felin.
in cap. querent 2. de offic. delegat. Mut. ad conſ.
d. cap. 71. num. 39. fol. 570. & mille per Maſtrill.
deciſ. 126. num. 4. fol. 39. vbi quod depoſita-
rius non poteſt os operire, ratio, quia eius ne-
gatio ſapit furtum. limitatur tamen in depoſi-
10 to † confeſſionato, vt ex Boer. deciſ. 295. num.
8. & ſeq. firmat Idem Mut. ibid. num. 39. in-
telligendo reſpectu deponentis, ſi fortè vellet
depoſitum recuperare, ſed reſpectu creditoris
ad cuius nomen factum eſt depoſitum non pro-
cedit limitatio, quia allegat propriam turpitu-
dinem in hoc depoſitarius, & ſibi imputet ſi
voluit credere deponenti.
11 Quinto in ſoluenda † mercede pro ſeruitijs
perſonalibus, Bald. in auth. niſi breuiores C. de
ſentent. Marant. de ordin. iud. par. 4. diſtinct. 7.
12 num. 81. verſ. 26. dicitur fol. 82. quæ † alimen-
mentorum ſpeciem præfefert. & fuit introdu-
13 ctũ de † iure Diuino per id, quod refert Matth.
cap. 20. Voca operarios, & redde ſingulis mer-
cedem ſuam. gloſſ. in clement. dudum, §. verũ
de ſepult. & iuxta illud ſacræ ſcripturæ ne tran-
14 ſiſas † mercedis ſolutionem mercennario vſ-
que ad mane, Mut. ſuper conſuet. d cap. 71. nu.
38. Nepit. ad conſ. Vrb. meæ tit. 39. conſ. vnic.
num. 4 fol. 285.
15 Sexto in ſolutione † damnorum in pratis a-
lienis per animalia datorum Angel. in auth. vt
ſponſalia largitas §. illud Nepit. concius meus
ad conſ. tit. de iur. pal. conſ. 6. num. 11. fol.
44. quia datur retenſio. tanquã pro alimentis.
16 Septimo pro ſolutione † facienda per Inqui-
linum volentem migrare pro ſolutione cenſus
euitanda, ex antiquo ſtilo, & verbis regiarum
literarum, vt bis deciſum per R. C. P. refert,
Idem Mut. deciſ. 18. num. 10. fol. 75.
17 Octauò denegatur debenti † ſoluere pœnam
ob recuſationem non probatam iudicis in ſuſ-
pectum, attento ſtatuo ſuper hoc edito, & prag-
mat. 3. tit. de recuſat. iud. Mut. ad conſ. d. cap.
71. num. 40.
18 Nono denegatur fideiubſori † qui promiſit
præſentare ſecum infra certum tempus carce-
ratum, ſub pœna ſoluendi debitum, vt bis de-
ciſum dicit Marian. Iulian. in ſuis quæſt. ſuper
Rit. quæſt. 10. relatus per Mut. ad Rit. ſuper cap.
Reg. Alphonſ. ſuper clauſ. vt bancus, num. 56.
19 & 58 fol. 403. tom. 5. & hoc † ſtante illa clau-
ſula vt bancus, quæ operatur renunciationem
20 † omni legum auxilio, Capic. deciſ. 50 in fine.
Caſtill. deciſ. 80. nu. 48. tom. 1 Mut. ad conſuet.
cap. 22. num. 39. Maſtrill. deciſ. 126. num. 1.
21 Decimo nõ datur aduerſus † expenſas taxatas
ad opponendum, ſed ad modificandum. noſter
Auctor ſing. 174. nu. 12. fol. 262. tom. 2. Milan.
deciſ. 14. num. 95. lib. 1.
22 Vndecimò denegatur notario, ſiue actuario,
22 qui † recepit fideiuſſionem non idoneam ſcien-
ter, vel cum magna negligentia, probato per
extrema oretenus de inhabilitate fideiubſoris
tempore receptionis, vt vidi practicari, & ego
obtinui in cauſa propria contra Io. Mariam
Raudi M. R. C. actuarium.
23 Duodecimo non conceditur † debitori, qui
coram iudice pecuniam in manibus demonſtrãs
quindenam in creditoris perniciem petat, DD.
omnes in l. ſi debitori, vbi gloſſ. & Aretin. in l.
ita ſtipulatus, colum. 27. ff. de verbor. obligat.
Roſell. ad ſtatut. Parmæ tit. de mod. proced. fol.
55. & 56. bis deciſum per Percoll. ad Rit. cap.
124. in fine fol. 174. Mut. ad Rit. cap. 132. num.
27. tom. 4. fol. 228.
24 Decimotertio denegatur † fideiubſori in cauſa
criminali, vt ex Pragm. 5. tit. 19. de offic. Mag.
Not. prohibitum habemus, & refert Mut. ad
Rit. cap. 160. num. 1. fol. 317. tom. 4.
25 Decimoquarto denegatur † ſi obligatio ſit fa-
cta apud acta, cum renunciatione termini quin-
denæ, dato certo termino in obligatione eius
loco quimodus ſeruatur in Vrbe mea.
Decimo quinto, & vltimo non competit
26 quindena † debitori per apodixam ad Tabulam
ſi illam [vt aiunt] bonam creditor non repe-
riat, quo caſu ſolet dari ſpatium dierũ quatuor
ad ſoluendum, vt habetur per Conſtit. Regni
Pragm. Marc. Anton. Columna tit. 16. part. 2.
§. 2. fol. 45. Mut. ad rit. cap. 114. ante num. 38.
tom. 4. fol. 189. & cap. 124. num. 19. eod. tom.
fol. 215. quæ nouiſſimè fuit extenſa etiam in
bonis, per Conſtit. Pragm. Comit. Caſtr. §. 27.
quam intelligerem procedere citra rigorem
prædictum, neque enim ex quo, conſtitutio
permiſit bona diſtrahi, cenſetur eodem modo
denegaſſe quindenam, vnde ſi occurrat cogi-
tandum erit.

D. Scipio Sapientia V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executor an poſſit eam exequi abſque quod cognoſcat de eius iuſtitia, et quid ſi iurisdictionẽ habeat, num. ſeq.*
3 *Mixtus executor an ſit verus Iudex.*
4 *M. C. Tribunal an exequatur ſententias in partibus latas non cognito de earum iure.*
5 *Merus executor quis dicatur.*
6 *Et ab eo non poteſt appellari.*
Limita num. 17.

Ratio

Ratio num. 18.

Et talis appellatio an vocetur recurſus, num. 19.

7 *Mærus executor eſt tanquam picha, ſiue organum mandantis exequi.*

8 *Actus mandanti, & non mandatario tribuendus eſt.*

6 *Mærus executor, non tenetur exequi ſententiam iniuſtam.*

Limita num. 14.

Ratio num. 15.

10 *Merus executor an cognoſcat de nullitate ſententiæ vel actorum.*

11 *Mærus executor an poſſit admittere exceptionem aliquam.*

12 *Mærus executor an poſſit recuſari.*

13 *An dicatur præiudicium inferre illi, contra quem eſt executor.*

16 *Mære executori iniuſtam ſententiam exequenti, an iuſtè poſſit reſiſti.*

20 *Ab exceſſiua executore, an detur appellatio.*

21 *Tertius pro ſuo intereſſe à mæro executore poteſt appellare.*

22 *Mixtus executor poteſt grauare; ideo ab eo appellatur.*

23 *Mixtus executor quis dicatur?*

24 *Appellatio an detur à decreto ipſo de exequendo.*

25 *Sententia an ſit exequenda per iudicem proferentem an vero per confirmantem.*

ARGVMENTVM.

Mixtus executor non guſtato de bono iure ſententiæ, an eam exequi poſſit.

SINGVLARE XXXXIV.

IN Cap. Regni Regis Alphon. Ritus 112. nota ſingulariter, vt ſi ſtante lapſu anni ſen-
1 tentiæ fuerit † commiſſa eius executio coram iudice electo, debet præſentari integrus proceſſus, vt cognoſcat rectitudinem, & iuſtitudiné ipſius, argum. eorum, quæ not. Vant. in tract. de nullit. tit. ex defect. proceſſ. num. 13. & 14. Verall. deciſ. 128. & deciſ. 134. Paul. de Caſtr. in l. qui ad ciuilia, ff. de appell. & ſpeciatim Prouinzal. in add. ad repert. Bertach. in ver. iudex.

Annot. ad Singul. XXXXIV.

Iudex enim aditus pro executione, quoties
2 mixtus eſt † executor debet cuncta rimare, quæ fecit primus iudex, Sigiſmund. Scacc. in tract.
3 de appellat. quæſt. 17. limit. 11. quia tunc † verus iudex eſt, Nauarr. in cap. cum contingat, de reſcript. cauſ. 2. nullit. nu. 1. facit Caſtill. deciſ. 85. num. 4.

Simile eſt illud de ſupremis Tribunalibus,
4 apud quæ mos † eſt non exequi inferiorum ſententias, niſi cognito de earum iuſtitia, iuxta Cur. Rom. ſtilum vt habetur per Seraphin. deciſ. 988 num. 4. fol. 463. deciſ. 1098. num. 11. fol. 51. deciſ. 1219. num. 1. deciſ. 1255. num 3. fol. 128. deciſ. 383. nu. 10. fol. 138. & deciſ. 620. num. 1. fol. 255. & per Ludouiſ. deciſ. 208. nu. 5. & 10. fol. 157. vbi additio nonnullas alias affert, & in nouiſſ. deciſ. 9. par. 4. num. 2. & 3. fol. 4. & vltimo apud Caualer. deciſ. 22. num. 2 fol. 15. deciſ. 62. num. 1. deciſ 270. nu. 7. fol. 164. deciſ. 600. num. 8. fol. 387. & deciſ. 657. num. 3. vbi loquitur in executore laudi fol. 431.

Et ita ſeruari in M. C. mihi retulit D. meus, tempore quo in ea ſedebant Spect. Domini de Cannizzario, Potenzano, & Ioppulo in quadã ſententia Curiæ Præturæ.

Sed an ab executore detur appellatio, diſtinguε; aut eſt mærus [cuius officium eſt nuda
5 † executio eius, quod ſibi mandatur, omni cognitione remota] vt dixit Ruginell. de appell. §. 2. cap. 2. ſub num. 59. verſ. ſed iſtud, Sigiſm. Scacc. eod. tit. quæſt. 17. limitation. 11. num. 4. & 5. & alij.

6 Et ab eo † non poteſt appellari, ita firmat gloſſ. in cap. nouit 43. de appellation. recuſat. & cap. verbo ab executoribus gloſſ. in l. ſi cum exceptione §. hæc autem actio verſ. datam in fine, ff. de eo quod met. cauſ. Scacc. dicta quæſt. 17. à principio vſque, & per tot. num. 2. & limit. 10. nu. 1. 8. 20. & 21. vbi docet nonnullas limitationes, Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 58. & 59. Bero conſ. 32. num 5. & ſeq. vol. 3. Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 3. num. 9 verſ. ſed & inter alios, Corn. conſ. 71. num. 20. volum. 1. Benedict. de Barz. de guarentig. part. 2. quæſt. 13. Alexa. conſ. 95. ſub num. 4. col. 2. lib. 2. vbi communem dicit, & conſ. 113 num. 10. lib. 5. Gabr. comm. opin. de appellat. concluſ. 4. in princ. lib. 2. Capic. deciſ. 1. num. 17. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 16. num. 38. verſ. non appellari ab executore, Marant. de ordin. iudiciar. part. 6. act. 2. princ. verb. & quandocunq; appellatur num. 259. limit. 7. Butr. conſ 7F. nu. 3. per tot. verſ. talia enim, Cardinal. Tuſch. concluſ. 499. num. 5. lit. E. fol. 414. vbi quod
7 eſt † tanquam picha, quæ alteri inſeruit, & poſt omnes noſter Caſtill. deciſ. 108. num. 19. tom. 2. fol. 7. Ratio eſt quia † appellatio datur a grauamine, mærus executor nunquam grauare dicitur exequendo, & dato ex tali executione, aliquod infertur grauamen, iudici, qui protulit tribuitur, & non executori. Crauett. conſ 273. col. 3. num 1. verſ. ſecundo quia, & verſ non obſtat, Rebuff. in tract. de appellation. artic. 7.
8 gloſſ. 2. num. 1. verſ. quintus; actus † enim ordinanti, & non exequenti tribuitur, Rot. deciſ. 167. num. 2. part. 2. diuerſ. Surd. deciſ. 8. nu. 23. & 24. & deciſ. 292. num. 9 & de aliment. tit. 7. quæſt. 38. num. 52.
9 Ideo tenetur etiam † exequi ſententiam iniuſtam, dixit Archidiac. Io. Andr. D. Franch. & Monach. in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Alciat. in cap. 1. num. 108. de off. ordin. Auall. conſ. 37. num. 7. lib. 1. Matant. diſput. 1. à nu. 4. Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. tractandum num. 4. ad finem, Nauarr. in cap. cum contingat, remed. 1. num. 7. de reſcript. Afflict. deciſ. 220. Gid. de crim. læſ. Maieſtat. tit. qualit. in dicto tit.
10 proced. quæſt. 16. num. 13. nec poteſt † cognoſcere de nullitate actes, Bald. conſ. 36. factum quod proponitur lib. 4. & conſ. 341. eod. lib. Tuſch. concluſ. 500. num. 7. d. lit. E. nec coram
11 eo aliqua † poteſt admitti exceptio, Innocent.

in

in cap. de cætero in ſua gloſſ. verbo negocio de ſentent. excommun. & alij per Craſſ. in prælud.
14 num. 57. de except. nec vt ſuſpectus † recuſari poteſt, Perez. ad l. 1. dub. 11. tit. 5. lib. 3. ordin. fol. 367. & ad l. 4. verſ. dubitari tit. 8. cod. libr. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 6. num. 12. Nauarr. in dicto cap. cum contingat de reſcript. cauſ. 10. nullit. num. 9. Flores de Mena variar. lib. 1. quæſt. 4. nu. 43. ordinat. Reg. Luſitanor. lib. 3. tit. 22. §. 28. Caualcan. deciſ. 28. nu. 95. lib. 2. Dec. in cap. nouit num. 6. de appellat. vbi Scribentes oẽs Bertachin. de adipiſc. part. 2. lib. 4 num. 22. & alij per Craſſ. except. 24. nu.
13 22. fol. 213. quia nullum † inferre poteſt præiudicium, Calderin. conſ. 212. verſ. ſolus autem alias ſexto de appellat. Cardin. Tuſch. concluſ. 523. num. 3. verbo executor, fol. 425. & concl. 499. num. 8. ead. lit. fol. 414.

Limitatur tamen ſupradicta concluſio, vbi
14 notoriè iniuſta † ſententia appareret, intollerabilemq; contineret errorem, tunc enim executor, quamuis mærus ſit, exequi non debet, Bald. conſ. 98. caſus ſcribit iudex in princ. verſ. ſecundo caſu lib. 3. & alij per Auguſtin. Barboſ. in cap. paſtoralis num. 14. de officio, & poteſt.
1 iud. delegat.

5 Quia tunc poteſt admittere † exceptionem non ad effectum cognoſcendi, quia non poteſt vt ſupra dictum eſt num. 9. ſed ad effectum reſcribendi ſuperiori ſuperſedẽdo executionem, & ita ſentit Abb. in cap. de cætero de re iudic. & in cap. paſtoralis §. præterea de offic. delegat Capell. Tholoſ. deciſ. 244. vbi apoſtill. dat conciliationem, Anchar. conſ. 240. nu. 2. 3. & ſeq. Card. Tuſch. d. concluſ. 499. nu. 9. lit. E. fol. 414. & concl. 500. nu. 3. & 4. d. lit. E. & nu. 8. per tot. & concluſ. 485. num. 39. eadem lit. E.

16 Alias exequendo † poteſt ei iuſtè reſiſti, tex. eſt in l. prohibitum, vbi gloſſ. in verbo reſiſti, C. de iure fiſci lib. 10. Afflict. in conſtit. rub. 8. num. 56. lib. 1. Duen. reg. 190. ampliat. 8. Menoch. de receper. remed. 8. num. 9. Add. ad Bernard. reg. 383 limit. 1. & multi alij per Auguſtin. Barboſ. in cap. paſtoralis, num. 14. de offici & poteſt iud. delegat. tit. 29. fol. 242. tom. 1.

Hæc tamen quæ diximus de executore, quod nonquam dicatur grauare, limitanda ſunt quan-
17 do executor † excederet in exequendo, ex text. in l. ab executione, cap. quor. appellat: non recip. Bart. in l. ab executore, vbi etiam Imol. ff. de appellation. Butr. conſ. 74. num. 4. Alexand. conſ. 95. verſ. 6. & verſ. nec in dicta pronuncia, vol. 2. Emanuel Barboſ. ſuper regia ordinat. Luſitanor. lib. 3. tit. 76. in princ. Rebuff. de appellat art. 7. gloſ. 2. num. 15. verſ. quintus. Azeued. in l. 3. num. 5. tit. 21. lib. 4. nou. recopilat. Azin. in praxi iudic. §. 31. cap. 18. limit. 9. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 64. verſ. declara, Vaſq. viuſfreq. cap. 40. num. 6. cum ſeqq. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 333. num. 13. & 146. nu. 37. & ſeq. Petr. de Gregor. de appell. lib. 2. cap. 11. num. 2. verſ. quod maximè, quem ſequitur Sigiſmund. Scacc. d. quæſt. 17. Limit. 11. num. 6.
18 de appellat. vbi redit rationem, quia † in eo, quo excedit, deſinit eſſe executor, & habetur vti priuatus, & num. 7. 8. & ſeq. dicit quod ta-
19 lis appellatio † potius vocatur recurſus ad ſuperiorem excedentis, Bald. conſ. 428. de legatis & alij per Auguſtin. Barboſ. in cap. ſuper eo. 12. num. 2. tit. 28. fol. 630. quibus addo Magon. deciſ. Lucenſ. 48. num. 9. & deciſ. 18. num. 18. &
20 ab executione appellationem dari etiam dixere Veſtrum pract. lib. 7. cap. 3. ſub num. 9. verſ. ſed & inter alios, Contar. in l. vnica, C. de moment. poſſeſſ. quæſt. 24. num. 8. & num. 36. & limit. 19. à num. 1. Marant. de ord. iudic. par. 6. act. 2. dicto verbo, & quandocunque appellatur Limit. 7. num. 259. Canar. in tract. de execut. inſtrum. quæſt. 46. ſub num. 85. Scacc. d. quæſt. 46. ſub num. 85. Scacc. d. quæſt. 17. limit. 10. num. 28. vbi per nonnullos num. ſeqq. docet aliqua ad cognoſcendum exceſſum, Guid. Pap. quæſt. 574. num. 2. Bero. conſ. 32. num. 14. verſ. & ſi diceretur vol. 3. & alij per Surd. conſ. 271. num. 56. 57. 58. & ſeq. tom. 2. hinc legatus natus in Regno, hoc cognoſcat per viam exceſſus ſententias delegatorum Sedis Apoſtolicæ.

21 Limitatur etiam reſpectu tertij, qui pro † ſuo intereſſe poteſt ab executore appellare, vt declarat Alex. in l. ſæpe num. 115. & ſeq. ff. de re iudicat. Roland. Auall. conſ. 9. num. 17. vol. 2. Contard. in d. l. vnica limit. 19. nu. 16. & quæſt. 24. num. 6. cap. ſi de moment. poſſeſſ. Abb. de appellat. in cap. paſtoralis num. 26. Surd. conſ. 271. num. 35 lib. 2. Caſtill. deciſ. 108. num. 21. tom. 2. fol. 71.

22 Aut executor eſt mixtus, & tunc † quia cognoſcendo poteſt grauare, ab eo appellatur ad delegantem. ita ſentit Ruginell. d. cap. 7. num. 60. verſ. ſecus verò Scacc. d. Limit. 11. num. 11. & 12. vbi ait executorem mixtum illum dici,
23 † qui datur cum clauſula vocatis vocandis, coram quo ſunt omnia diſcutienda, ſicut in primo iudice dum ipſe verus iudex eſt, vt ſupra diximus, & noſter Autor bene firmauit.

24 Sed an à decreto ipſo † de exequendo attenta ſui natura appelletur, quod non affirmat quo ad ſuſpenſiuum, Ferr. in conſtit. hac noſtra in 3. euident. num. 89. tit. 73. poſt Rot. diuerſ. part. 1. deciſ. 100. num. 13. & apud Farinaz. 620 part. 1. Surd. deciſ. 27. ex quo dicit ortum habere, quod à decreta executione inſtrumenti non appellatur.

25 Sententia autem † coram quo eſt exequenda an per Iudicem, qui prius protulit, an verò per Iudicem, qui eam reformauit, vel aliquid addit Vide Franch. deciſ. 335. per tot. tom. 2. & deciſ. 510. num. 9. tom. 3. & Caſtil. deciſ. 228. nu. 1. & per tot tom. 4. fol. 133. vbi deciſum quod executio ſemper eſt ſecundi, & non primi Iudicis, & antea dixit diſtinguendo in deciſ. 84. per tot. vbi additio mille refert tom. p.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi de intereſſe non docto opponi non poteſt ratio. num. 3.*
2 *Intereſſe an ceſſet, eius cauſa ceſſante, & num. 14. & quid in excipiente de non impleto.*
4 *Ius tertij ſine intereſſe allegari non poteſt, neque re-*
pli-

plicando num num.4.

5 *Limita quando in totum ius agentis excludat.*

6 *Agnatus an poſſit tacente Dño dicere de inhabilitate clerici in præſtando feudi ſeruitio remiſſiue.*

7 *Quilibet pro tuenda ſua poſſeſſione poteſt ius tertij opponere. ratio 8.*

9 *Pactum factum occaſione rei tranſit cum ipſa re, & poteſt a poſſeſſore de eo excipi.*

10 *Pacta executiua afficientia baroniam tranſeunt cum ipſa contra ſucceſſores in feudo.*

11 *Ius tertij poteſt à ceſſionario deduci.*

12 *Ius tertij ſi perſonale ſit tertio nolente excipi non poteſt.*

13 *exceptio non implementi competit ei, cui fides obſeruata non fuit.*

ARGVMENTVM.

Non implementi exceptio ab intereſſe minimè habente an allegari queat, & quid de Iure tertij.

SINGVLARE XXXXV.

1 A IN conſt. Regni exceptiones, † nota ſingulariter nõ obſtare exceptionem ad implementi non ſequuti ab eo oppoſitam cuius minimè intereſſet. Milan. deciſ.4.num.8. part. 2. Menoch. conſ.1.num.370.vol.1.Alex. conſ. 527.num.5.vol.7.Dec.conſ.452.num.10.verſ ſolum ſupereſt. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 14 rub. de probat: illat.94.ampl.12.Maſcar.vol.3. de probat. concluſ. 1387. num. 63.

2 B Nec † poſſet dici minimè intereſſe ſi ceſſaret cauſa, propter quam, quis aliquid facere teneretur, cum ſufficeret prouidentia ſimpliciter ordinata. Maſcard. d. concluſ. 1387. num. 57. & 58.Carot.de locat.part.4.tit.2. de euict. nu.70.

Annot. ad Singul. XXXXV.

A Adde Baldi conſ 127. num. 1.verſ ſolutio ſi nihil eſt vol. 1. Afflict. in cap. Imperialem, verſic. decimoſexto quæro ante num.36. de prohibit. feud. alienat: Crauett. conſ. 59. poſt num. 2. lib.1 .Surd. deciſ.265.num.39.fol 609.& conſ. 301. num. 24. tom. 1. Gratian. diſcept. 725. num.21.tom.4. multos per Rot Rom. per Seraph. deciſ. 1243.num. 6. fol. 120. Rot. penes Zacch. de obligat. cam. deciſ. 127. num. 3. & per Ludouiſ. deciſ. 347. nu. 11.vbi annot.num. 20. fol. 288. vbi alia deciſio. & per Farinac. deciſ. 665. num. 11. tom. 1.

3 Ratio, quia regulariter ius tertij allegari nequit ab eo, qui intereſſe non habet. ex text: in l.non ſolẽt de appellat: recip.& c.& in l.loci vbi Bart. & DD. ff. ſi ſerui vend. l. ſi quis emptionis §. ſin vero nullũ. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. DD. in l. 2. ff. de except: rei iudic. & in l. cum ſeruum C. de ſeru. fugitiu. Ramon. conſ. 37. num. 281. fol.427. Natta conſ. 419. num. 11. Surd.conſ.415. num. 2. Viui. deciſ. 292. num. 5. tom. 2. & plenè Card. Tuſch. concluſ. 315. pertot: lit. I. Mut. qui alios refert. ad rit. cap. 137. vbi annot. lit. D. fol.m. 318.tom.4. Rota per Ludouiſ.deciſ.582.nu.7.fol.497.neque per

4 viam † replicationis Socin in dict. l. 2.num. 7.ff. de except: rei iudic. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo reuertantur num. 364. C. de reuoc. donat. Idem Ramon. ibid. num. 282.

5 Niſi iuris † agentis excluſiuum ſit vt per Bart. in d.l.2 ff.de except. rei iudicat. Gloſſ. in l. 2. C. de iur.emphit. Salicet. in l. cum ſeruum num.4. verſ. ſelue. C. de ſeruis fugitiu. Caſus,& gloſſ. in d. l. 2. C. de iur. emphit. Mart. in conſ. inter deciſ. Maſtrill.num. 23 .Ramon.d.conſ.37. ante num.283. Corn. conſ. 65. licet. lit. M. p. 1. & conſ.102.viſis lit.E. la.2 .part.2.Rot. Rom. per Farinac.deciſ.665.ante num.12.tom.2.fol 224. & deciſ.438.num. 3. fol.502.& dec.73.num.4. fol. 81.tom.1. Surd. deciſ. 280. num. 5. vbi mille Doctores,& conſ.415. num. 17. & conſ. 151. num. 54. Crauett.conſ.191.num.3. Theſaur. deciſ. 4. num 4. Corn. conſ. 102. lib. 2. multi per Viui. d. deciſ. 291. num.8. Seſſ.deciſ. 229. Rot. Per Ludouiſ. deciſ. 14. num. 5. vbi add. lit. C. & deciſ. 415. num. 3.vbi additio lit. A.verſ.hæc autem concluſio Ricc. in collectan. 2839.fol. 149.part.7. & parte 3. collectan.605. fol. 161. Theodor.allegat.75.num.22.fol.580. Berthac. in ſuo repertor.fol.249.verbo exceptio de iure tertij. Monach.deciſ.Lucens.20. nu. 10.vbi a contrario ſenſu.

6 Et in pulura quæſtione † de clerico inhabili ad præſtãdum ſeruitium Domino feudi, an Agnatus poſſit hoc opponere tacente domino, vel eo fortius retinente vide D. Meum in tract. de donat. inter Patr.& fil. tract. 1. diſcurſ. 2. particul. 4. num. 29. & 30. fol. 152. & num. 43. verſ. non obſtare, & num. ſeq. fol. 156. qui bene diſcurrit in materia, facitque ad propoſitum. Maſtrill. deciſ. 56.num.30.vbi quod ius tertij in feudalibus, non poteſt allegari.

7 E contra verò habens † intereſſe, vt puta ratione poſſeſſionis rei, poteſt pro eius tuitione ius tertij allegare, tex. eſt in l. ſi cui, C. de non num.pecun.vbi Paul.de Caſtr.Abb.in cap. cum non liceat de præſcript.num. 15. Alex. & Caſtr. in l.ille à quo §.ſi de teſti, ff. ad Trebell. idem Caſtr. in l.fin.num.12.verſ. intellige, C. de edict.diu.Adrian. tollend. vbi etiam Alexan. num.23. circa finem. Mandell.Albenſ.conſ.64. num.3.tom.1, vbi additio lit.A.Menoch.conſ. 1.num.321.& de adipiſcend.remed.4. nu.595. Theſaur. deciſ.4. nu.7. Crauet. in reſponſ. pro genero nu.400.Surd. conſ.415.nu.16.tom.3.& conſ.313.nu.61.eod. tom. & deciſ. 144.nu.20. fol.321.& dec.108.nu.14.& 15.in fin.dec.301. nu.15.Caputaq. deciſ. 133. nu.2, part. 3. Rot. per Ludouiſ.deciſ.415. nu.4. vbi additio lit.A. verſ.fallit ſecundo regula. vbi plures deciſum refert. & verſ.fallit quarto.

8 Ratio poteſt eſſe, quia tunc videtur rei adherere, ac cum ea tranſire exceptionem ad quemcumque, ſine alia ceſſione, ex text. in l. ſi mater, §. idem Iulianus, & l.ſi à te §. 1.ff.de except. rei iudic. l. tertius §. ſi prius ff. de aqua pluu.arcend Soccin.Sen.conſ.158.num.28.lib. 2. Alex.in l.3. nu.4.cap.quot.met.cauſ. Crauet.

conſ.

phili. aſcend. Soccin. Sen. conſ. 158. nu. 28. lib. 2. Alex. in l. 3. n. 4. C. quod met. Cauſ. Crauett. conſ. 148. nu. 1. & conſ. 298. poſt nu. 10. verſ. tertio conſidero. Marc. Anton. Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 16. fol. 522. a tergo. Seſſe deciſ. 88. n. 33. tom. primo fol. 125. a tergo, & non ſolum ius reale, ſed etiam pactum factum

9 † occaſione rei quo ad ius excipiendi ad ſingularem tranſit ſucceſſorem. l. ſi poſt. ff. de conſtitut. pecun. & alij per Crauett. dict. conſ. 298. poſt nu. 10. verſ. amplius non ſolum. vnde De-

10 fendit quod pacta executiua † appoſita per Baroné in contractu afficiente baroniam tranſeunt, in ſucceſſores, cum tamen ſuapte natura ſint perſonalia vt ex Perno conſ. 12. Maſtrill. deciſ. 122. nu. 13. cuius doctrinam reſtringit Amat. reſol. 13. num. 8. & 19. adeo vt hæc declaratio ceſſet, fatetur tamen contrarium ſeruari in praxi cum prædictis; videndus eſt tamen D. Marius Cutelli in reſponſo pro Baroniſſa Verduræ contra Ioannam pinſarrone.

11 Compertum enim habemus † tranſire iura excipiendi cum ceſſione. ex eo, quod communiter per DD. notatur in l. ſi res quam ff. de euict. Surd. conſ. 17. num. 32. Rim. conſ. 179. num. 4. multi per Caualcan. deciſ. 15. num. 38. part. 4. & mille per D. Giurb. deciſ. 71. num 5. fol. 253. cui addo Peregr. de fideicom. ar. 53. n. 15. fol. 523. a tergó Seſſ. deciſ. aragon. 88. nu. 32

12 Sed ſi ius ſit adeo † perſonale, vt omninò deſideret eius conſenſum, cui exceptio paratur, tunc videtur quod eius voluntas, expectari debeat per text. in dict. l. 2. C. de iur. emphit. vbi Bart. in primo l. 1. §. ſed quoties. verſ. cum autem vbi Socin. & Ripa ff. ad Trebell. l. cogi §. Metianus vbi Caſtr. ff. eod. Theſaur. dicta deciſ. 4. n. 3 & 8. Surd. cõſ. 415. n. 3. Fontanell. de pact. clauſ. [illegible] ſ. 8. part. 2. n. 29. to. 2 fol. 106.

13 Demum [illegible]ertas exceptionem † hanc non implementi fundati non tantum ſuper intereſſe, verum etiam ſuper fidei violatione. Bart. & Dec. in l. cum proponas. C. de pact. Pret. deciſ. 340. lib. primo Gratian. diſcept. 143. num. 48. tom. primo Dom. meus in allegationibus pro Don Coſma Naſi contra Principem Trabiæ. verſ. ea ratione. num. ... ſicuti dixi ſupra in addit. ad ſing. 38. num. 18. 19. & 20.

14 B. de euict. nu. 70.] hæc eſt limitatio regulæ quam ex text. in l. tigni §. fin. ff. ad exhibend. & l. ſi quis vxori §. vltimo ff. de furt. & ex Bar. & alijs ponit Ludouic. Roman. conſ. 499. nu. 8. verſ. quibus eſt fol. m. 358. quem ſequitur Card. Tuſch. concluſ. 315. n. 13. lit. I.

ARGVMENTVM.

Procurator ad agendum àn ad defendendum, & exigendũ conſtitutus cẽſeatur, àn pecunias exactas non ſolués teneatur ad vſuras, àn per ſolam confeſſionem de recepto præiudicet domino; & primus quando per ſecundi conſtitutioné reuocatus intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator actoris ad agendum etiam ad defendendum conſtitutus cenſetur ſecus in procuratore rei. ibid. limita in conſtituto cum dictione taxatiua n. 2. ratio n. 6. contra nu. 7.*
3 *Procurator ad ſolutionem recipiendam an poſſit debitorem conſtringere. ratio n. 13.*
4 *Conſtitutus ad agendum an poſſit exigere.*
5 *Procuratori ad vtilia peragendum poteſt de nullitate mandati opponi*
8 *Dictionis. Tantum, & duntaxat natura qualis ſit, & num. 9.*
10 *Procurator ſimpliciter ad agendum, ad defendendum quoque intelligitur conſtitutus, ratio n. 15.*
11 *Defenſio an veniat in neceſſariam conſequentiam*
12 *Legitimus procurator etiam in paſſiuis tenetur defendere dominum.*
13 *Procurator non poteſt petere, quod exequatur inſtrumentum ſine ſpeciali mandato, ratio, nũ. 14.*
15 *Caccialupus de debit. ſuſpect. & fugit. q. 4. nu. 17. & ſeq. & q. 13. nu. 2. de aſſecur. vol. 1. declaratur.*
16 *Procurator non poteſt facere actum domino præiudicialem, limita num. 17.*
18 *Conſtitutus ad ſolutionem recipiendam, an poſſit quietare.*
19 *Procurator ad locandũ an poſſit penſiones recipere.*
20 *Conſtitutus ſimpliciter ad vendendum, an poſſit recipere prætium, limita num. ſeq.*
22 *Debitor an per ſolam cõfeſſionem de recepto, à procuratore ad exigendum ſibi factam, liberetur, & an ipſe procurator teneatur. nu. 23.*
24 *Procurator ad recipiendam pecuniam mutuo, an confitendo recepiſſe obliget conſtituentem, pro & contra nu. 27. limita tripliciter nu. 25.*
26 *Exceptio non num. pecun. an in iudicio executiuo admittatur, remiſſiuè.*
28 *Verbum ad Confitendum, in mandato appoſitum quid importet.*
29 *Procurator cum libera ad exigendum, nõ poteſt debitori dilationem concedere, limita n. 30.*
31 *Soluens procuratori ante tempus, ſi procurator decoquat an liberetur, remiſſiue.*
32 *Procurator ad recipiẽdũ canoné, an poſſit cõfinia alterare, & an poſſit caducitatem remittere nu 33.*
34 *Procurator tenetur pecunias exactas cũ vſuris reſtituere, eaſque in ſuum commodum conuertens furtum committit. nu. 35.*
36 *Conſtitutus ad contrahendum, an poſſit ſolutionem recipere.*
37 *Procurator generalis ad omnia, non poteſt per agere ea, quæ ſpeciali indigent mandato contra. n. 38.*
39 *An teneatur pro ſubſtituto, & quando remiſſiuè.*
40 *Procurator primus per conſtitutionem ſecundi reuocatus cẽſetur, amplia n. 41. limita n. 42. & 43.*

Singulare XXVXVI.

IN cap. Regis Ferdin. 115. nota ſingulariter,
1 vt † procurator actoris conſtitutus ad agendum contra titium poterit conſtituentem etiã defendere in cauſa reconuentionis, ſecus in
A procuratore rei. A Vant. de nullit. ex defect. in hab. ſeu mand. n. 82. & 84. niſi (inquit) poteſtas
2 † procuratoris fuiſſet limitata ad agendum
B tantum, B. Ioan. Andr. in add. ad ſpecul. titu. titu. de procur. §. ratione formæ ſuper ver. pæna, cap. conſtitutis extra de procur. l. defunctus
C §. fin. ff. eo. Rom. ſing. 116. Bart. in l. ſeruus §. ait Prætor ff. de procur. Abbas in Cap. accedẽs extra eod. Aretin. in §. præterea, col. 23. inſtit.
3 de except. Et † conſtitutus ad ſolutionem recipiendam à debitoribus nõ poterit iudicialiter

Digitized by Google

C agere ad exigendum. C Ioan. Plat. in l. miſſi,
col. 2. C. de exact. trib. lib. 10. Vbi etiam ſubij-
4 cit quod † conſtitutus ad agendum, non poſſet
D ſolutionem recipere D.
5 Et † conſtitutus cum clauſula, & ad omnia
alia faciendum, quæ vtilia videbuntur, & op-
portuna, &c. deberet per aduerſarium opponi
de talibus verbis captioſis, & deceptorijs, ne
Q iudicium redderetur illuſorium. Q Vant. de
nullit. extra deſe. inhab. ſeu manda. n. 112. Fe-
lin. in cap. cum olim, el 1. col. pen. extra de
offic. deleg. Marſ. in l. ſi quis, ff. de quæſtio.

Annot. ad Singul. XXXXVI.

A Adde gloſſ. in l. inuitus 17. verbo nec ean-
dem, lit. D. C. de procurat. Io. Batt. Thoro. in
compend. deciſ. neapol. verbo procurator el 3.
verſ. poſt quam omnia. fol. 516. col. 2. tom. 2.
Card. Tuſch. concluſ. 840. n. 3. eod. verbo fol.
660. Auguſtin. Barboſ. in dicto cap. conſtitutus
12. n. 3. per tot. tom. primo de procur. fol. 311.
B Inſtit. de except.) adde Bald. in dicta l. ſi de-
functus §. 1. ff. de procurator. D. de S. Gemin.
in cap. 1. num. 2. eod. tit. in 6. Alex. in l. 1. num.
5. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. vbi ait ita
omnes tenere l. mutus §. pœna ff. eod. Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. tit. 16. num. 27. lib.
7. tom. 1. fol. 463. Scipio Rendin. in prompt.
recept. ſentent. tit. 94. num. 10. tom. 1. fol. 583.
6 qui omnes † fundantur ſuper dictione taxatiua.
7 Quia non obſtante † contrarium, & melius
ſentiere idem Bart. ſibi ipſi contrarius in d. l.
mutus, §. pœna, & Ludouic. Roman. Caroc. in
coment. ad regul. cum quid amplia. 4. fol. 19.
in partus num. 5. de reg. iur. in 6. idem Rendin.
loco cit. n. 10. verſ. in contrariũ fol. 583. col. 2.

Ratio, quam aſſignant, eſt, quia dictionis
8 taxatiuæ natura † eſt excludere extranea ad
actum, & includere ea quæ de natura ipſiuſmet
actus inſunt text. eſt pulcher & notabilis in
Clementin exiui de paradiſo verſ. cum autem
natura. vbi Card. notat. de verbor. ſignificat.
quem text. dixit menti tenendũ Ioann. Anan.
conſ. 36. vtrum Copham, quem ſecutus fuit
D. Abb. conciuis meus in Cap. accedens n. 5.
de procur. Enerard. loc. legal. à natur. dictio.
taxatiuar. locus 70. fol. in 322. in fine. Anton.
de Alex. in l. actione, n. 2. cum ſeq. C. eod. vbi
dicit quæſiſſe, & nullibi inueniſſe DD. quos
Alex. loco ſupra citato dixit opinionem ne-
gatiuam tenere cum Bart. in d. §. ait Prætor, &
poſt omnes Scipio Rendin. recept. ſentent. d.
n. 10. per tot. fol. 583. Bald. in l. nullus C. ad l.
iul. Maieſtat. vbi quod ſolũ huiuſmodi dictio
9 † diſſimilia excludat. Lara in l. ſi quis à liberis
§. idem ius n. 49. ff. de liber. agnoſc. Guttier.
Can. quæſt. lib. 1. c. 14. n. 5. & pract. lib. 3. queſt.
15. n. 23. Sancez. de Matrimo. lib. 7. diſp. 31. n.
6. Ceuall. q. 504. n. 4. Phebos deciſ. 54. n. 14.
D. Auguſt. Barb. de diction. c. 349. n. 5. f. 163.

Eodẽ modo quoque ſimpliciter conſtitu-
10 tus ad agendum † tenetur conſtituentem de-
fendere, ſub reuocationis pœna. alias fidẽ fran-
gere videtur per text. in l. actionẽ. 5. C. de pro
cur. l. ſeruũ §. fin. & l. ſeruũ quoque §. ait præ-
tor vbi Bart. n. 3. ff. eod. Idem Bart. in l. inui-
tus n. 11. & ibi gloſſ. circa med. & in l. mutus,
§. pœna iuit. ff. de procur fol. 109. tom. 1. & in
l. quod dicitur n. 3. ff. de iure. tom. 3. fol. 49. &
in tract. nouiſſ. tit. de procur. q. 2. n. 4. tom. 10.
Rendin. recept. ſentent. d. tit. 94. ante n. 10. to.
1. fol. 583. Marant. in ſing. verb. procurator
fol. 81. Athor. parte 2. verbo procurator el 5.
verſ. imo ſi ſimpliciter fol. 516. col. 2. in princ.
& idoneus minimè dicitur, ex Clemen. 2. de
procur. Franc. in cap. qui ad agendum n. 2. in
princ. eod. tit. in 6. Mantic. de tacit. & ambig.
conuent. lib. 7. tit. 16. nu. 26. tom. 1. fol. 463.
11 Ratio eſt quia defenſio † venit in neceſſa-
riam conſequentiam gloſſ. fin. in d. l. mutus,
verbo ſed nec defenſionem, in medio C. de
procur. text. in l. ſed, & hæc, §. præter ff. eod.
gloſſ. in dicta l. actionem, verbo nõ eũ C. eod.
& mirè mirus noſtris tex. eſt in l. ad rem mobi-
lem ff. eod. cum alijs per Affl. & deciſ. 285. vbi
annot. num. 18. & 19. fol. mi 475.

Et in procuratore legitimo, quod poſſit et
12 in paſſiuis † compareret, defendere Dominũ,
dixit ex text. in l. exigendi in princ. C. de pro-
cur. vbi dd. omnes, noſter Caſtill. deciſ. 36. nu.
9. fol. 232. tom. 1.
13 C ad exigendum) ratio eſt quia petitio † exe-
cutionis inſtrumenti requirit ſpeciale mãda-
14 tum, ne ſi captura eſſet † nulla, & iniuſta, pro-
curator faciat Dominum in pœnam incidere.
Purpur. conſ. 282. n. 29. vol. 1. Rom. cõſ. 241.
nu. 11. verſ. ſecundũ principaliter Socin. iun.
conſ. 92. n. 4. vol. 3. fol. 112. French. in c. qui ad
agendũ §. procurator de procur. lib. 6. art. 70.
Rolãd. cõſ. 43. n. 8. & ſeq. vol. 1. Ceſar Cõtar.
in l. vnica limit. 19. n. 56. & 57. C. de moment.
poſſeſſ. fol. 226. Anharan. Regiens q. 3. n. 18.
part. 2. alij per Briſcican. in reper. ad Borgnin.
Caualcan. verbo procurator. vbi dicit ità in-
15 telligendũ eſſe. Caccialup. † in tract. de debit.
ſuſpe. & fugit. q. 4. n. 17. & ſeq. & q. 13. n. 2. de
aſſecura. vol. 1. diuerſor. fol. 458. & 471. poſt
omnes idẽ Caualc. deciſ. 1. n. 46. fol. 5. & deciſ.
10. n. 33. fol. 28. à tergo par. 1. & deciſ. 19. nu.
16. tit. de vltim. voluntat. fol. 157. part. 3. & q.
16 procurator non poſſit † facere actũ per quem
conſtituẽs cadat in pœnã, dixerunt Menoch.
cõſ. 718. n. 2. verſ. nõ etiã obſtat to. 8. fol. 57.
Card. Tuſch. cõcl. 844. n. 11. verbo procurator
fol. 663. Mãtic. de tacit. & ambig. cõuẽt. to. 1.
17 tit. 16. li. 7. à n. 8. vſq; 13. fol. 461. vbi limitat †
qñ Dñs id tacitè, vel expreſſe ratificare velit.
18 Nec et conſtitutus ad ſolutionẽ † recipien-
di poteſt quietationẽ facere Caſtrenſ. cõſ. 228
in princ. lib. 2. Roman. cõſ. 352. n. 3. vbi Apo-
ſtill. verſ. facere declarat. Tuſch. concluſ. 847.
num. 7. fol. 668. verſ. procurator.
19 Sed an cõſtitutus ad locandũ † poſſit pẽſio-
nes exigere dic quod Sic, ſi ſimpliciter, & non
ad locandũ cũ taxatiua tantũ fuerit cõſtitutus,
ità relatis contrarijs quibus reſpondet, diſtin-
guendo deciſum refert Vincent. de Franch. de-
ciſ. 699. per tot. fol. 173. tom. 4. Facchin. con-
tr. quæſt. iuris li. 2. cap. 93. lit. C. fol. 274. Apo-
ſtill. ad Rom. ſing. 23. Stracch. in tract. de mer-
cat. fol. 113. num. 23. in partus & de decoctor.
& mandati ſub num. 23. Paſcal. de iuſ. patr.
poteſt. c. 2. n. 18 part. 1. Horat. Viſcont. con-
cluſ. verſ. procuratori cõſtituto. fol. 234. col. 2
in fin. deciſum refert Io. Batt. Thoro compẽd.
deciſ.

deciſ. Neapol. verbo procurator conſtitutus,
fol.426.col.2.in fin.tom.1.Ricc.deciſ.60.num.
10.tom.1.& in colleƈtan.deciſ.1730. Pariſ. cõſ.
112. num.1.lib.4. Surd. conſ. 229. num. 8. Lu-
douiſ.deciſ.139.vbi annot.num.8. fol.102. qui
omnes quoque procedunt in conſtituto ad ven-
20 dendum ſimpliciter, qui † poteſt pretium cõ-
uentum recipere, quibus addo text. in l.cuicum-
que, §.ſi ei, & ibi Gulıel. de Cun. ff. de inſtit.
aƈtio.Bart.in l.à diuo pio.§.ſed ſi venditor num.
2.ff.de re iudicat.& Iaſon. in l.admonendi ff. de
iur. iurand.num.108.& in l.cum ita §.qui ſibi
aut filio ff. de verbor. obligat. relatum per Af-
fliƈt.deciſ.285.vbi annot. num. 19.fol. m.475.
col. prima Card. Mantic. tom. primo. tit. 21.
lib.4.num.2.fol.248. Morot. reſponſ. 24. per
tot. Apont. de poteſt. proregis tit. de regal. §.
21 6.num.13. limitatur in procuratore † Fiſci mi-
noris, & Eccleſię.l.ſi procurator in fin.§.de iu-
re fiſci, & alij per Mantic. ibid. num. 4. Procu-
22 rator verò ad † exigendum conſtitutus, an ſi
confitetur habuiſſe, & recepiſſe, liberet debi-
23 torem, an verò talis confeſſio ſibi † ipſi tantum,
& non conſtituenti noceat, per huiuſmodi con-
feſſionem debitorem nunquam liberari, & pro-
curatorem dic ſibi ipſi tantum, & non Domino
confitendo præiudicare. ità ſentit Bart. in l.non
abſcondit num.1.& in l. ſi debitorem C.de no-
uat. Bald. conſ. 123. reſpublica verſ. nam ali-
quis lib. 3. & conſ. 131. procurator habens lib.
3. Aretin. conſ.4. ex faƈto. num.3.& per totum
vbi dicit comunem Crauett. conſ.494. per to-
tum. Card. Tuſch. concluſ. 837. num. 4. fol.
659. & 814. num. 3. fol. 640. & 847. num. 1.2.
& ſeq.fol.667.verbo procurator Dec.conſ.493.
num. 15. & alij per Gratian. diſcept. 20 num.
37. & 39. tom. primo fol. 56. Caroc.deciſ. 97.
num. 3. fol. 425. fortius idem dicendum eſt in
procuratore cõſtituto ad recipiendum pecuniã
24 mutuo, qui per ſolam confeſſionem † non po-
teſt dominum, ſeu cõſtituentem obligare, text.
in l.prima, §.ſi mutuam, ff ſi quid in fraud.pat.
& l.ſi debitorem meum, ff. de nouar. Bart. in l.
non abſtulit, C.de donat.in l.ſi debitori, ff.de
nouat.in l.2. §. fin. ff. ſi cert.pet. vbi Alexan. &
Dec.num.26. Socin.conſ. 3.num.6. verſ.quin-
to probatur, Dec.conſ.493. nu.3. Boer. quæſt.
273.num.4. Soccin.iun. conſ.57. num.4. lib.2.
Marſil.ſing. 165. fines mandati. Menoch. conſ.
39.num. 33.tom.3. fol.126. Anton. de Butr. in
cap.ſi cautio de fide inſtr.Card.Mantic.de tacit.
& ambig.lib.1.tit.11.num.10.fol.509.col. 1.in-
tellige tamen procedere hanc concluſionem
25 † quoties creditor mutui veram, & realem nu-
merationem minime probaret, vel quoties Do-
minus in mandato renunciaſſet non numeratæ
pecuniæ exceptioni, vel eam infra quindenæ
terminum nõ opponeret ad not. in l. ſi duobus
§.1.& l. ſi abſentis, ſi cert. petat. refert Saluſt
conſ.10.num.12.fol.14.col.1.inter conſil.ma-
26 trimonial.ſuper quo & an hæc † exceptio ſit in
iudicio executiuo admittenda, vidẽda ſunt quæ
ſcripſit D.Marius Cutelli pro Antonia Piſtone
contra Dominam Mariam de Maio, vbi allegan
tur duo conſilia Fulgoſij 132.& 192. quidam
emit col.penult.

27 Sed contra principalem concluſionem † te-
net Ruin.conſ.55.num.17.fol.69.tom.2.& fun-
datur quando in mandato adeſt verbum ad re-
cipiendum, & confitendum.

Quibus non obſtantibus contrarium ſentit
Card.Tuſch.concluſ 847. num. 15. verbo pro-
curator fol.668 vbi dicit quod huiuſmodi ver-
28 bum confitendũ, † applicatur ad confitendum
tantum exaƈtionem realem, & aƈtualem nume-
rationem, citat Bart.in l.2. §.fin.in ſecundo ca-
ſu, ff.ſi cert. petat. Caſtrenſ. conſ.338. num.3.
verſ.ad primum, lib.1.& mille alios.

Quid autem dicendum de procuratore ad
exigendum cum libera conſtituto, an iſte talis
29 poſſit † debitori terminum ad ſoluendum pro-
rogare? dic quod non in præiudicium Domini,
Bart.& Alex. in l.qui Romæ, §.Calimacus, ff.de
verbor. obligat. & in punƈto not. per gloſſ. &
DD.in cap.cum olim,el 1.de off.delegat.Pariſ.
conſ.134.nu.17.tom.4.fol.142. à tergo, Bero.
conſ. 174. num.22. lib.1. Tuſch. concluſ.837.
num.3.verbo procurator, fol.659. Card. Man-
tic. de tacit. & ambiguit. lib.7. tit.16. num.42.
tom. 1.fol.464.

Limitatur tamen in procuratore, qui habeat
30 mandatum cum libera recipiendi † ſolutionem
quocunque loco, & tempore. qui poteſt ter-
minum prorogare, text. in d. l. qui Romæ, §.
Callimacus de verbor. obligat. Card. Mantic.
loco proximo citato d.num.42.

Soluens autem procuratori ad exigendum
31 † ante tempus, an liberetur ſi procurator poſt-
quam recepit decoquerit, vide Gratian.diſcept
127.num.33. Excobar.de ratiocin. cap.33. nu.
50. & Amat.noſter reſolut.29.num.12.

32 Et an ad recipiendum † Canonem conſtitu-
tus poſſit confiteri confinia ſe aliter haberi, dic
quod non, cap.cum dileƈti de reſcript. l.diligen
ter, ff mandat. Gratian. diſcept. 560. num.20.
tom. 3. fol. 475. ratio eſt quia excederet fines
mandati.

33 Sicuti nec caducitatem ſemel incurſam † re-
mittere propter ius quæſitum, Alexan. conſ.5.
num.6.& 7.vol.5.Rim inald.conſ.165.num.54.
lib.2.& conſ.157.num.87.lib.3. Crauett.conſ.
151.num.7. & alij per Cauallcan. deciſ. 30.num
20. part. 2. fol.175 de contraƈtibus.

34 Tenetur pecunias exaƈtas † cum vſuris, ſtante
mora reſtituere tex. in l.idemque §. ſi procu-
rator. meus. ff. mandat. l.ſi vero non remune-
randi §. ſi mihi ff. eod.Surd. conſ. 4. num. 42.
tom. primo Honded. conſ. 38. num. 5. & eis
35 35.vtendo † committit furtum Menoch.de ar-
bitr.iud.lib.2.centu. 3. caſ. 220. num. 11. Ba-
uer. in traƈt.de mor part. 2. num. 6. Honded.d.
conſ.38.num.5. Rot.in nouiſſ.deciſ.149.nu.6.
tom.1.& 2.Gratian. diſcept.67. num.tom.1.

D Solutionem recipere] adde text.in l.ſed ſi tan
tum,§.& in l. ſi hoc iure vtimur, de ſolution.
Facchin. controuerſ. iur. cap.93. lib. 2. lit. B.
verſ.ſecundo ex l.fol. 174.

36 Nec etiam ad contrahendum † conſtitutus
poteſt recipere pecuniam, Roman.ſingul.23.
quod habens mãdatum, & conſ.461.in eo quod
quæritur in princ. Fabian. de empt. & vendit.
quæſt.3, col.7.verſ.eſt aduertendum, Gratian.

diſcept. 20. num. 40. tom. 1. fol. 56.

E Redderetur illuſorium, adde notata in cap. expoſuit de dil. non. Lapus allegat. 120. num. 3. verſ. item non valet & poſt eum Card. Tuſch. verbo procurator concluſ. 848. num. 1. & num. 7. fol. 662. vbi ampliat cum Baldo in conſ. 96. incipit decreto cauetur in princ. lib. 1. quod mandatum in quo mandans promittit ratificare quicquid procurator legitime agerit, nõ valet.

37 Procurator etenim ad omnia † generaliter, & cum libera conſtitutus nõ poteſt agere ad ea, quæ ſpeciali indigent a mandato DD. cap. qui ad agendũ §. primo de procur. Zucchard. conſ. 5. num. 38. niſi illorum aliqua excepta ſint Alex. in l. fin. ff. quod quiſque iur. Dec. in cap. conſultationibus in fin. ff. de officio. delegat. & alij per Zucchard. ibid. num. 38. fol. 34. a tergo.

38 Contra autem † videtur ſentire Rum. conſ. 93. num. 5. tom. 5. fol. 115.

39 Sed an, & quando teneatur † pro ſubſtituti culpis, geſtiſque ab eo vide Card. Tuſch. concluſ. 852. fol. 673. & 856. num. 3. Viſcont. concluſ. verbo procurator conſtitutus in fin. Thor. verbo procurator tom. primo vbi diſtinguit fol. 421.

Prior enim procurator certi iuris eſt quod

40 per conſtitutionem † ſecundi reuocatus cenſetur text. in l. ſi quis 31. ff de procurator. l. Sed. & ſi §. cum procuratorio ff. eod. Cap. non iuſte extra eod tit. text. cum gloſſ. magna in princ. vbi Bald. in antiqu. lect. in l. qui mutuam §. non ideo ff. mandat. Mangr. in addit. ad Bart. in l. 25. in princ. C. de procurator. Menoch. præſumpt. 136. num. 6. lib. 2. Rum. conſ. 108. num. 1. lib. 4. Port. conſ. 135. num. 11. fol. 292. a tergo Pariſ. conſ. 88. num. 22. fol. 112. tom. 4. vbi multas limitationes ponit Boer. deciſ. 340. num. 3. fol. 851. Rot. per Seraphin. deciſ. 1033. num. 6. fol. 23. col. 2. & per Ludouiſ. deciſ. 548. num. 7. vbi

41 etiam † quod ſequitur non accepit aſſiem mandatum. fol. 466. idem dicit Rot. Roman. in nou. deciſ. 4. alias 121. vbi additio num. 2. fol. 104. de procurator. & Boer. loco citato poſt. num. 4. Gratian. diſcept. 9. num. 3. tom. 1. fol. 26. & diſcept. 201. num. 15. tom. 2. & diſcept. 909. num. 14. fol. 301. tom. 5. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 41. tom. 1. vbi extendit ad ſubſtitutum a primo qui etiam reuocatus cenſetur, qui omnes procedunt quoties ſecunda conſtitutio eſſet

42 ad idem, & contra eaſdem perſonas, ſecus † ſi ad diuerſa, & contra diuerſas perſonas, ex Rot. per Seraphin. dicta deciſ. 1033. num. 6. & Boer. d. deciſ. 347. num. 4. & alijs ſupra citatis, vel

43 primus erat ſpecialiter ad † vnam cauſam, & ſecundus generaliter ad omnes cauſas per regulã generi per ſpeciem de reg. iur. lib. 6. cap. 1. de reſcriptis cap. dudum de præbend. Hoſtiens in cap. in noſtra de procu. & alij per Rot. Roman. in nouiſ. deciſ. 21. alias 298. vbi additio fol. 113. & deciſ. 18. de procurator. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 22. num. 43. tom. 1. fol. 479. Pit. deciſ. 167. lib. 3. Gratian. diſcept. 9. num. 3. in fin. tom. primo diſcep. foren. fol. 6. non nulla de ſalario procuratoris dixi ſupra in addit. ad Sing. 42.

D. Scipio Sapientia V. I. D.

SVMMARIVM.

1 Nullitatis remedium aduerſus ſententiam Sacri Conſilij competere poteſt. Fallit ſi nullitas conſiſtat circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, in quibus fuerit proceſſum de plenitudine poteſtatis, ex Principis authoritate. num. 2.

3 Supplicatio admittitur in ſententia Sacri Conſilij, vt ipſumet Sacrum Conſilium cauſam reuideat, & ſuo grauamini prouideat.

4 Appellari non poteſt a ſententia Sacri Conſilij.

ARGVMENTVM.

Aduerſus ſententiã Sac. Conſilij, nullitas competit, niſi cõſiſtat in iure poſitiuo, quod Princeps ex ſua authoritate, & poteſtate diſpenſauit; ſupplicatio admittitur, non autem appellatio.

SINGVLARE XXXXVII.

IN cap. Regni Regis Ferdin. 44. nota ſingu-

1 lariter, vt † aduerſus ſententiam Sacri Con-

a ſilij competere poſſit remedium nullitatis, Vant. de nullit. tit. quod ex quolibet ſententia poſſ. dici null. dur. 25. Alex. conſ. 2. col. 3. verſ. ſi quantũ

2 autem ad dubiũ, vol. 3. niſi † proceſſerit de plenitudine poteſtatis ex Principis authoritate circa ea, quæ iuris poſitiui ſunt, Paul. de Caſtr. cõſ. 317. circa fin. vol. 1. Vant. d. tit. Anqu. l. ſent. nul. 19. Abb. conſ. 91. col. 4. vol. 2. Decius cõſ. 689. col. 1. Pariſ. conſ. 118. num. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 818. num. 86. vol. 9. Et competere

3 poſſet † remedium ſupplicationis, vt met ipſum

b Sacrum Conſilium cauſam reuideat, & ſuo grauamini prouideat, Marant. in Spec. par. 6. §. appellatio, num 12. & 17. circa fin. argum. l. 1. C. de ſent. præfe. præt. auth. quæ ſupplicatio C. de precib. imper. offer. l. 1. in princ. ff. a quibus app. non poſſit.

4 Not. etiam † appellationis, ex traditione Petri

c Rebuffi ad conſtit. Gallias, tom. 1. in præfat. tract. de ſupplicat. num. 49. quem ſequitur Menoch. conſ. 818. num. 72. vol. 9.

Annot. ad Singul. XXXXVII.

a Ad idem videatur Faber in Cod. tit. de ſentent. præf. prætor. definit. 1. vbi ait quod Senatus ex cauſa recedere poteſt a ſollemnitatibus iudiciorum abſque periculo nullitatis, ex quo non tenetur ſtare ritui, quando ei fuit à Principe communicatum; Princeps enim hoc modo procedere poteſt, & faciendo cenſetur diſpenſaſſe ritum, vt dicebat Dominicus de Cutellis in cauſa Caſtri bruculæ cum illa Dom. de San Martino.

b Vide Maſtrill. deciſ. 158. nu. 1. fol. 96. Curtia cap. 93. Rit. num. 40.

c Vide Maſtrill. eod.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catanenſis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pupillus vbi educari debeat ſtatur arbitrio Iudicis.*
2 *Pupillus an poſſit educari penes matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, non obſtante patris prohibitione, quod penes eam educari non poſſit.*
3 *An penes ſubſtitutum.*

ARGVMENTVM.

Ex cauſis non conſideratis à teſtatore, vel tempore eius teſtamenti non extantibus, licet Iudici recedere ab eius voluntate circa minorum educationẽ, & arbitrari vbi pupillus educari debeat.

SINGVLARE XXXXVIII.

IN conſuet. Nobiliſſimæ Vrbis Meſſanæ, cap. 17. rub. apud quem minores educa-
1 ri debeant, nota ſingulariter, vt ex † nouis cauſis non conſideratis à teſtatore, ſeu teſtamenti eius tempore non exiſtentibus, liceat ab eius voluntate diſcedere circa educationem minorũ Iudicis arbitrio remittendis, l. 1. circa princ. ff. vbi pupill. educ. deb. l. quintus, ff. de ann. legat. l. 3. §. quamuis, ff. de adm. tut. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2. caſu 168. num. 1. Pariſ. conſ. 56. nu. 4. vol. 1.

Annot. ad Singul. XXXXVIII.

1 Quod licet pupillus educari debeat vbi pater deſignauerit, l. 1. §. quod nam ita erit, ff. de vent. inſpic. Pariſ. conſ. 56. num. 3. lib. 1. Caſtill. deciſ. 219. num. 1. tamen ſi hoc non fuerit, vel ſi fecerit, & pupillo non expediat, poterit Iudex arbitrari locũ. Auctor hic l. 1. l. penult. ff. vbi pupill. educ. deb. l. 1. & ibi, eod. tit. vbi Bart. & Salyc. in princ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cẽt. 2. caſu 168. nu. 1. Fab. An. cõſ. 39. nu. 1. D. Reg. de Ponte cõſ. Maſtrill. deciſ. 230. Carol. Tapia deciſ. 51. in Neapol. num. 2. Quiquiſſe arbitrabitur ſi matre exiſtente ei educationem decreuerit, quando quidem multum de matre lex confidit, Menoch. eod. nu. 2. Giurba in conſ. Meſſan. cap. 7. gloſſ. 19. part. 1. num. 21.

2 Sed an poſſit educari penes matrem, non obſtante prohibitione patris, quando mater ad ſecunda vota tranſierit, dic quod ſic. Pius tenet Greg. Lopez. ad l. 19. tit. 16. part. 6. verſ. quæ caſare, Gutierr. de tutel. part. 2. cap. 1. num. 2. in fin. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 88. num. 12. & ſeq. Montan. de tutel. cap. 15. num. 8. Vinc. de Franch. deciſ. 576. nu. 5. in fine. Franc. Viui. deciſ. 16. num. 3. Ricc. collect. 455. verſ. tertio poteſt. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 19. nu. 18. Galter. in prax. tutel. part. 4. rubr. 11. num. 6. Moleſ. ad conſuet. Neapol. part. 2. de ſuc. ceſſ. ex teſtam. quæſt. 11. num. 18. Horat. Viſcont. in conſuet. iur. verb. pupill. vel pupill. plùries deciſum refert Tapia deciſ. 51. in Neapol. nu. 9. & 18. ecce tc videndus, qui affirmatiuè reſpondet ſi mater non eſt ſucceſſura pupillo, quia habet ſubſtitutum, & eſt honeſtæ vitæ, & famæ, & vitricus ſimiliter, ſe. Tapia aſſerit. Vide de noſtris Maſtrill. deciſ. 230.

3 An penes ſubſtitutum educari poſſit. Vide Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 168. num. 15. Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 13. num. 10. cum ſeq. Fab. de Anna conſ. 53. Vinc. Anna ſingul. 295. Pupilla vbi add. Maſtrill. dicta deciſ. 230. nu. 20. Caſtill. deciſ. 219. In Regno enim data probitate ſubſtituti, receditur à iuris prohibitione, vt fuit deciſum ſepius, maximè pro Comite Raccudiæ contra Marchionem Hieracis.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

ARGVMENTVM.

Salarium Procuratori, negotiorum geſtori, vel Sindico non debetur, ſi promiſſum non fuerit. Procuratori autem ſolito locare operas ſuas debetur.

SINGVLARE XXXXIX.

IN conſtit. Regni intèr multas nota ſingula-
1 ritèr, vt † procuratori, negotiorum geſtori, & Sindico non debeatur aliquód ſalarium, ſi promiſſum non fuerit, etiam negotio peracto, Menoch. conſ. 903. num. 60. vol. 10. & conſ. 228. num. 6. & 7. vol. 3. l. qui mutuum, §. ſalarium, ff. mand. Bal. in l. ſalarium, C. eod. Guid. Papa, quæſt. 68. col. 2. Alex. conſ. 109. nu. 7. vol. 6. Natt. conſ. 376. nu. 5. & 6. vol. 2. gloſſ. & Bart. in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extraord. cognit. Ant. Gab. lib. 2. concl. tit. de procur. concl. 5. nu. 2. & 3. vbi limitat non procedere in procuratore ſolito locare operas ſuas, Bart. in l. 1. §. Iudi, ff. de var. & extra. cognit.

Annot. ad Singul. XXXXIX.

De Salarijs plura vide quæ ſcripſi in Annot. Singularis XXXXII.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

ARGVMENTVM.

Filius non præſumitur hæres bonorum patris, ſed probari debet.

SINGVLARE L.

IN conſtit. Regni Regis Alphon. Rit. 101.
1 nota ſingulariter, vt † filius nõ præſumatur hæres ſanguinis, ſtante prætoris beneficio abſtinendi etiam in agendo, atque ita interpræta-
2 tur dictum † Apoſtoli, filius ergo hæres, Ioſeph. Ludo. concluſ. 1. tit. de hæred. allat. 82. verſ. 1. declaratio, & verſ. 5. declaratio, Burſat. conſ. 4. num. 25. in fin. vol. 1.

AR-

ARGVMENTVM.

Filij legitimari non poſſunt per ſubſequens matrimonium, ſi eorum pater viuente vxore ſua aliam cognouerit, & eos ex ea ſuſceperit, licet poſt mortem vxoris eadem duxerit.

SINGVLARE LI.

IN cap. Regni ſi aliquem rub. de ſucceſſ. feud.
1 nota ſingulariter, quod † legitimari hi non poſſunt, etiam per ſubſequens matrimonium, quos in matrimonio exiſtens ex alia muliere genuerit, Menoch. conſ. 625. num. 35. vol. 7. cap. tanta 2. reſp. extra qui filij ſint legit. Ant. de Roſſell. in tract. de legit. rub. de cauſa materiali legitimationis, ſub num. 9.

Annot. ad Singul. LI.

Vid. D. Marium Cutelli de donat. tract. 1. diſce. 2. par. 5. nu. 161. & 162. fol. 233. *Sapientia.*

ARGVMENTVM.

Executio vigore interlocutoriæ reijciantur, præſtito de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, valet etiam ſi pars non petat fideiuſſionem.

SINGVLARE LII.

IN cap. Regni Reg. Alphon. Ritus 112. nota
1 ſingulariter, valere † exequutionem cum inde ſequutis vigore interloqutoriæ reijciantur præſtito de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, etiam non præſtita fideiuſſione parte tacente, Prouinz. in add. ad repert. Bertracch. in ver. executio, quia (inquit) dicta fideiuſſio præſtari debet parte petente, & opponente, & ablatiuus abſolutus præſtito, eſt ſuſpenſiuus executionis, & nō ſententiæ. Natt. conſ. 685. nu. 1. gloſſ. Bar. & Bal. in l. vniuerſa, C. de precib. imper. offer. Paul. de Caſtr. in l. peto. § frater circa fin. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 96. circa prin. lib. 4. Corſet. in ſing. in v. Iudex el 1. Felin. in cap. ſignificauerunt, extra de except. Marſ. in l. vnius tacimoris § cogi tutū, nu. 12. ff. de quæſt. Caualc. in tract. de tutor. & cur. nu. 40. Miſing. cent. 1. obſer. 6. Marcheſ. de comm. ſeu reſcr. com. 4. cap. 1. nu. 8.

Annot. ad Singul. LII.

Hodie tamen contrarium obſeruatur, & dari debet fideiuſſio, et parte nō petente, per Pragm. Illuſtriſs. Comitis Caſtri, § 42. *Sapientia.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio dotis an poſſit fieri ſuper bonis matris fideicommiſſo ſubiectis, & expreſsè alienari prohibitis in cauſa dotis, in defectu bonorum paternorum, num. 2.*

3 *Mater in ſubſidium dotare filias tenetur.*

4 *Dotis conſtitutio, & reſtitutio æquiparantur in materia, Auth. res quæ C. comm. de leg.*

5 *Dotandi onus, etiam ad auiam maternam ſpectat, & num. 10.*

6 *Et ad auum maternum, num. 10.*

7 *Ad auum paternum.*

8 *Et ad auiam paternam num. 9.*

11 *Etiam ad fratrem vtrinque coniunctum, vel conſanguineum.*

12 *Onus dotandi, & dotis reſtituendæ principaliter ad patrem ſpectat.*

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta ex linea materna, poſſunt alienari ex cauſa reſtitutionis dotis in defectu bonorum paternorum, etiam ſi expreſsè ex cauſa dotis ſint prohibita alienari, & demonſtratur cui pertineat onus dotandi.

SINGVLARE LIII.

IN conſuet. Nobiliſs. Vrbis Meſſanæ, cap. 14. rub. de dote reddenda, nota ſingulariter, vt
1 † dotis reſtitutio poſſet fieri ſuper bonis matris fideicommiſſo ſubiectis, & alienari prohibitis expreſſim in cauſa dotis, ſiue dos fuiſſet data ante iniunctum fidei commiſſum, ſiuè poſtea quandò bona aſcendentium paternorum deficerent, Cephal. conſ. 574. nu. 7. & 23. vol. 4. vbi teſtatur hanc eſſe crebriorem ſententiam, Gozzad. conſ. 97. nu. 10. Peregr. de fideicomm. art.
2 42. ſub nu. 46. vbi ita practicaſſe. Et † ſi contrarium tenuerit Hier. Gabr. conſ. 119. nu. 26. & 37. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 119. num. 12. vol. 2. quem refert. & ſequitur a Petra in tract. de fideicomm. quæſt. 8. num. 393. vbi ait abſolutum eſſe.

3 Quia † mater eſt de perſonis ad quas ſpectat onus dotandi, ſecundariò, ſed in ſubſidium, & ex cauſa neceſſitatis, licèt non principaliter. Surd. conſ. 143. num. 33. volum. 1. Ceph. conſ. 574. in fin. vol. 4. Alex. conſ. 117. num. 8. vol. 6. per l. neque mater in text. ibi niſi ex magna, & probabili cauſa, C. de iure dot. Gozad. conſ. 97 num. 11. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 11. num. 19 par. 1. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 45. in fin. Ruin. conſ. 199. ſub num. 10. volum. 2. Menoch. conſ. 833. num. 2. vol. 9. & lib. 4. præſumpt. 189. num. 28. & de arb. iud. lib. 2. Cent. 5. caſ. 460. num. 3. Campeg. de dote par. 1. q. 22. Coraſ. in l. qui liberos, nu. 113. ff. de ritu nupt. Bero. quæſt. 128. num. 4. Curt. Iun. in auth. res, quę nu. 15. C. com. deleg. Menoch. conſil. 331. ſub nu. 18. vol. 4. Honded. conſil. 91. num. 78. volum. 1. Oſaſc. deciſ. 107. num.
4 5. & 9. Et † dotis conſtitutio, & reſtitutio æquiperantur in materia auth. res, quæ, C. com. de leg. ſecundum gl. ibidem, tū cōcord. in 3. Cent. de ſubſt. quæſt. 73. nu. 340.

5 Sicut etiam † ſpectat ad auiam maternam, Alex. conſ. 117. num. 8. lib. 6. Heron. Grab. conſ. 119. num. 20. & 21. vol. 2. vbi teſtatur cō. op. Peregr. de fid. ar. 42. ſub nu. 46.

6 Et ad auum † maternum, Alex. cōſ. 117. num. 8. lib. 6. Hier. Gabr. conſ. 119. nu. 20. & 25. vol. 2. vbi teſtatur com. op. Pereg. de fideic. art. 42. ſub nu. 46. vbi ſubijcit, ita praticaſſe, etiam in dotiū reſtitutione, Menoch. conſ. 331. nu. 18.

vol.

vol.4. Oſaſ. deciſ. 107.num.5.

7 Et ad auum † paternum, Maluaſ.conſil. 126 num.91.Socc.Iun.in l.1. num. 191. & 192. ff. ſolut.matr.vbi teſtatur com.op.Alexan. conſil.138.ſub num.3.vol.5.Soc. conſ. 33. num. 16. circa fin.volum.3.Bald. in auth. res, quæ col. 1. C. dom.delega.Dec. conſ. 81. num.5. circa fin.Crauett.conſ.219.num.3. volum.2. Coraſ.in l. qui liberos, num. 104. ff. de ritu nupt.Socc.Iun. conſ.79. num.15. vol. 3. Iaſ. in l.auus neptis ſub nu. 1.ff.de pact.Menocch. conſ.242.num.24.vol.3.& conſ.81.num.48. vol.1.Maſc.vol.1.de prob.concluſ.156.num. 18.Laderchius conſ.119.n.2.vol.1. Honded. conſ.90.num.27.vol.1.Burſat. conſ. 417.nu. 9.vol.4.vbi teſtatur com.opin.Soarez recep. ſent.in ver.dotem nepti, n.349. Surd. conſil. 219.num.15.vol.2.Rimin.Iun.conſ. 777. nu. 9.vol.7.

8 Et ad auiam paternam, Marcabr. ab An-
9 guill. conſ. 79. num. 42. in ciuil. † fideicom-
miſſo, vt dicatur obligatum pro dotis reſtitu-
tione bis deciſit Magna Curia apparet in mea
Cent.6.eius deciſionum, 79. deciſ.

10 Et minus † dubitabilis fuit hæc deciſio, quã in fideicommiſſo materno, cum materni aſcendentes demum dotare, & reſtituere teneantur deficientibus aſcendentibus paternis, Peregr. de fideicom. art. 42. num. 46. & 47. Hier.Gabr. conſ.119. num.20. vol.2. vbi teſtatur com.op.

11 Et ad fratrem † vtrinque coniunctum; vel conſanguineum, Maſc. vol.2.de probat.conclu.813. num.5. Tiraq. in §. hoc ſermone limit.9. ſub num.14.& de iur.primogen.q.62. ſub num.1.Bart.in l.cum plures, §. tutor, ff. de admi.tut. & in l.non omni, C.eod. & in l. nihil, ff.de in rem verſo, Iaſ. in l. 1. col. 7. ff. ſol.matr.& in d.authen. res,quæ,col.1.Bal.in l.qui liberos,& ind.vlt. col.2. C. de dot promiſſ. & in cap.ſuper literis,col.3. extra de reſcr.Alex.in l.à filijs in prin.ff. ad Trebell. Hõded.conſ. 18.num.32.volu.1. Natt.conſ.658. num.1.vol.4.Craſ.lib.1.com.opin.cap.6.in ver.doſ. quæſt. 5. vbi ait neminem diſcrepare, Theſaur.deciſ. 159.ſub nu.3. & deciſ. 192. num.7. vbi teſtatur commu. opin. Rimin. d. conſ.777. num.9.

12 Principaliter autem † onus dotandi, & dotem reſtituendi ſpectat ad patrem, Peregr. de fidei.art.42 num.7.Bar.in l.ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim. Menoch. lib.3.præſum. 15.num.6.&7.Burſ.conſ.298. num.2.vol.3.

SVMMARIVM.

a 1. *Remiſſio criminum non extenditur ad officiales in officijs delinquentes.*

Intellige quando delinquiſſent contemplatione officij, num. 4. & quando dicitur delinquere ſub officij contemplatione eod.

2 *Limita concluſionem, quando Princeps voluerit eos etiam comprehendere, diſpenſando in reſcripto l. mancipia C. de ſeruis fug.*

3 *Remiſſio criminum comprehendit officiales abſque iuriſdictione, in officijs delinquentes.*

5 *Remiſſio criminum comprehendit officiales, de quibus dubitatur an officij contemplatione & intuitu delinquerint.*

6 *Contra officiales delinquentes ſub prætextu officij an poſſit procedi ex abrupto.*

ARGVMENTVM.

Principis indulgentia non extenditur ad delicta commiſſa per officiales in eorum officijs; niſi expreſſe dicatur per Principem.

SINGVLARE LIII.

1 IN cap. Regni Regis Caroli 192. nota ſingulariter, vt † remiſſio criminum generaliter non extendatur ad illum, qui deliquit in offitio, niſi dicatur per Principem in reſcripto non obſtante, l.mancipia, C.de ſeru. fugit. Pariſ. de ſindic. rub. de off. ſindi. §. an ſi poteſtas, num. 9. vbi ait ita obtinuiſſe, Bal. in d. l. mancipia.

Annot. ad Singul. LIII.

a. Ad idem videatur Bald. in dicta l. mancipia num.1.& 6. Salic. nu. 8. in verſ. & dicit gloſ. Farinac.de inquiſ. q.6. nu.56. Decian.de abolit.num.14. Licet dicat tex. in dicta l. mancipia hoc non probare, quod non eſt verum ex his quæ dicit Bal. Salic.vt ſupra, Carrer. in pract. Criminal.§.circa,num 336. quem refert Baiard.ad Clar. q.59.ſub num. 103. Maſtrill. ad indult. cap.40. num.1. fol.339.

2 Limitatur concluſio, quando princeps id velit, & vtatur clauſula non oſtãte, tunc enim gaudent remiſſione, & indulgẽtia, & Bald.Salic.eod.Maſtrill.eod.num.2.

3 Limita ſecundo concluſionem non procedere in officiali abſq; Iuriſdictione, iſte enim delinquendo in officio nõ eſt excluſus a Principis indulgentia & remiſſione, Maſtrill. eod. num. 5. vt videmus in carcerarijs caſtrorum, quid quid ſit in Caſtellanis qui præſtant æumagium, vt vidimus nouiſſime pro Carcerario Ciuitatis Leontinorum, & pro Carcerario Ciuitatis Bizini.

4 Limita Tertio principalem concluſionem vt intelligatur quando officialis delinquiſſet intuitu & contemplatione officij, non autem ſecus: & contemplatione officij delinquiſſe intelligitur, non ex eo ſolum quod delictum tempore officij commiſit, ſed requiritur etiã quod eum fecerit fauore, Calore, Colore, authoritate, prætextu, vel Contemplatione officij; prout exempla ponit Pariſ. de Put. in tract. de Sindic. verbo Iudices ad ſindicatum qui ſint num. 6.7.8. fol. 129. & in verb. officialis offenſa poſt num.6. fol. 350. in nouiſſ. impreſſ. quando ſilicet officialis adulteraſſet

mu-

mulierem, ſub prætextu vt compareat in Curia Cauſa teſtimonij, vel ſub colore inquirendi contrà ipſam delictum; plura etiam exempla adducit Carou. ad Rit. 49. num. 7. fol. 37. Farinac. de delict. q. 19. num. 44. fol. 250. vid. Maſtrill. ad indult. cap. 40. num. 8. & 9. ex quibus poteſt deduci quando officialis ſub officij prætextu delinquat.

5 Limita 4. principalem concluſionem? quãdo eſſemus in dubio, & non conſtaret ſi delictum ſit commiſſum ſub prætextu officij, tũc enim non præſumitur ſub prætextu officij factum eſſe, ad euitandum maius delictum Maſtrill. dicto cap. 40. num. 10. quem ſequitur Berart. de Viſitat. cap. 25. num. 32. f. 361.

6 Sed an contra Officialem delinquentem ſub prætextu officij, poſſit nullis datis defenſionibus tortura decerni, & ſic procedi ex abrupto vide Maſtrill. deciſ. 191. nu. 15. f. 134.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis qui pecunia mediante conſecutus fuit officia, & princeps acceptauit, nõ incurrit in pragmatica ſub rub. de ambitu.*

2 *Officialis, vel quis, recipiens pecuniam pro impetranda gratia à Principe, licitè eam accipit.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica 2. ſub tit. de ambitu non habet locum, quoties princeps mediante pecunia dederit, vel vendiderit officia.

SINGVLARE LIIII.

1 IN pragm. 2. tom. 1. tit. 34. rub. de ambitu, fol. 138. nota ſingulariter, vt † non procedat diſpoſitio dicti ſtatuti quoties pecunia pro aliquo officio fuiſſet data, & accepta à principe, quia præſumeretur diſpenſaſſe, Pariſ. de ſindic. tit. de eff. ſindic. §. & primo, nu. 2. & 3. Cyn. in l. 1. C. ad l. Iul. de ambit. Bartol. in l. Barbarius ff. de offic. prætor. Archid. in cap. non debet 54. diſtin.

2 Quod temporibus † meis nunquam audiui de aliquo Principe.

Annot. ad Singul. LIIII.

Sed an ſi quis pro impetrãda gratia a Principe, pactus fuerit cum parte de prætio, poſſit licite prætium acceptare; dic quod ſic ita affirmat dom. meus de Cutelli de donat. inter pat. & fil. tract. 1. diſc. 2. part. 13. num. 63. fol. 409. ſi princeps hoc intuitu concedat.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

ARGVMENTVM.

Iudex non debet allegationes vnius partis, dare alteri parti aduerſæ.

SINGVLARE LV.

IN cap. Regni Regis Alphon. 144. in tex. ibi copiam, nota ſingulariter, Iudicem † non debere copiam allegationum alterius partis dare eius aduerſario, Pariſ. de Put. in tract. Sindic. rub. de off. Sindic. §. allegationes, num. 3. tom. 7. tract. fol. 241. a tergo, Roman. in l. 1. ff. eden. Innoc. in cap. per tuas, extra de teſtib. Alex. in l. iubemus, C. de iuditijs, Affl. in cõſt. ſi damna, col. 12. quem ſequitur Cum. in pract. Sindic. cap. 16. num. 14. niſi (inquit) fuiſſent de actis, per Iaſ. in l. 15. apud quem, col. 2. C. de eden. & in l. 1. §. edenda, ff. eodem, Mara. in Specul. par. 6. actu 10. num. 49. Maſcar. vol. 1. de probat. quæſt. 17. num. 53. Et hoc iure vtimur.

Annot. ad Singul. 55.

Adde Ruginell. pract. quæſt. cap. 148. nu. 19. qui in hæc verba Prærumpens aſſeuerat: Ridiculum etiam eſt reperiri Iudices qui allegationes Iuris actoris dent reo, vt illis reſpõdeat; contrà vero allegationes Rei eadem cauſa tradant actori. Mox reſponſionem vnius alteri, & alterius alteri item replicationes; ita vt congeriem allegationum componant, quam exindè aggredi perhorreſcunt, & ſententiam potius ſorte, quam iure ferant.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ tria requiſita debet habere.*

2 *Requiſita exceptionis rei Iudicatæ pinguius ſunt inter præſtanda.*

3 *In dubio eſt iudicandum exceptionem rei iudicatæ non obeſſe.*

4 *Teſtes producti in vno Iudicio probant in alio dũ habeant ſupradicta tria requiſita.*

5 *Fallit quando ſunt producti ſuper eodem negotio ad alium effectum, puta quia in primo fuit actum criminaliter, & in ſecundo ciuiliter.*

6 *Exceptio rei Iudicatæ oritur ſuper incidenti in Cauſa, ſuper quo non apparet iudicatum,*

7 *Exceptio rei iudicatæ in vno Catameno non obſtat in alio, & limita quando eadem merita diſcutientur.*

9 *Via executiua remanet vulnerata etiam in prima inſtantia, per ſententiam aduerſus contractum, per quam fuit pronuntiatum non afficere.*

ARGVMENTVM.

Rei Iudicatæ exceptio vt admittatur,

tria requiruntur: vt tractetur de eadem re; de eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas.

SINGVLARE LVI.

IN cap. Regni Regis Alphonſi 137. nota
1 ſingulariter, vt † admittatur exceptio rei iudicatæ, tria requiruntur copulatiuè. Primum, vt tractetur de eadem re. Secundum, de eadem cauſa. Tertium, de eadem perſona, l. 3. & l. 4. ff de except. rei iud. Bal. conſ. 462. num. 1. vol. 3. Abb. conſ. 50. lib. 1. Fab. Anna conſ. 17. nu. 1. vol. 1. Socc conſ. 18. nu. 43. & 44. vol. 1. Bar. in l. & an eadem §. qui cũ ff. de except. rei iud. Innoc. in cap. 2. & in cap. fin. extra de ord. cogn. & in cap. cauſam, el 2. extra qui fil. ſint legit. & in cap. dilectus, el 1. extra de reſcr. gloſſ. & Abb. in cap. paſtoralis, extra de cauſa poſſ. & propr. Socc. Iun. conſ. 85. num. 6. volum. 4. Dec. conſ. 445. num. 43. volum. 2. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 126. num. 2. gloſſ. Archidiac. Ioann. Andr. & Gemin. in cap. fin. de except. lib. 6. Dec. conſ. 464. numer. 6. Ioann. de Amic. conſ. 121. num. 5. Soccin. Iun. conſ. 68. num. 4. volum. 1. Surd. cõſ. 114. nu. 21. lib. 1. Lanar. cõſ. 65. nn. 5. & conſ. 66. nu. 10. vol. 1. Surd. conſ. 195. nn. 11. & conſ. 173. nu. 83. & conſ. 189. nu. 26. vol. 2.

2 Et ad † finiendas, lites pinguius interpretanda ſunt prædicta requiſita, Lanar. conſ. 65. num. 7. volum. 1. gloſſ. in verb. vtilitate l. & an eamdem, ff. de except. rei iudic.

3 Verum tamen in † dubio iudicandum eſſet exceptionem rei iudicatæ nõ obeſſe, Burſ. conſ. 305. nu. 6. vol. 3. Dec. conſ. 445. col 2. verſ. & in dubio, Socc, Iun conſ. 181. nu. 86. volu. 2. Ann. ſingu. 616. & allegat. 48. num. 24.

Annot. ad Singul. LVI.

3 Adde Honded. conſ. 30 n. 50. lib. 1. ſurd. conſ. 418. n. 13. lib. 3 & 312. lib. 3. Grat. diſcept. 445. n. 11. Decius conſ. 96. col. 2. in princ. Tuſch. l. E. concluſ. 384. num. 9. f. 312.

4 Eiſdem fermè regulis dignoſcitur, a teſtes producti in vno iudicio, probent in alio, prout per Pariſ. conſ. 80. n. 50. lib. 1. Farinac. conſ. 75. n. 6. vbi.

5 Limitat quando in alio iudicio ſint producti ſuper eodem negotio, ſed ad alium effectum, puta quia in vno iudicio actum ſit criminaliter, ad puniendum, in altero verò ciuiliter, ex Bald. in l. quod euitandi poſt, n. 1 C. de condit. ob turp. cauſ. Abb. in cap. at ſi clerici, num. 29. vbi Felin. num. 12. Decius. num. 203. extr. de iudic. & vidi allegari a Dom. meo de Cutelli pro Procuratore Fiſcali Archiepiſcopatus Meſſanæ, contra cler. Aloyſum Guido in vna Simoniæ Canonicatus, dum volebat vti in cauſa criminali probationibus factis in cauſa ciuili; de quo in puncto loquitur Farinac. d. conſ. 75. num. 6. & ſeq. tom. 1.

6 Exceptio rei iudicatæ, & oritur ſuper incidenti, ſuper quo non apparet pronunciatum, in ſententia dummodo de ea neceſſario fuerit cognitum in conſequentiam, vt latè obſtendit Grat. diſcept. 445. n. 12.

7 Limit. in executiuis, maxime in annuis præſtationibus ad formam bullæ, etenim exceptio rei iudicatæ in vno catameno non vocet in alio. Maſtrill. decis. 14. n. 2. & in addit. ad Pet. de Greg. q. 10. num. 19. Imola conſ. 130. num. 9. Tuſch. lit. E. concl. 384. num. 17. f. 317.

8 Sublimita primo quando eadem merita diſcutientur, Ponte conſ. 90. Surd. conſ. 312. lib. 3. cogita tamen ſuper hac ſublimitatione, quæ fuerunt diſcuſſæ, inter dominam Emiliam de Septimo, & Marchione Iarratanæ.

9 Sublimita 2. quando aduerſus contractum de quo agitur, eſſent latæ plures ſentẽtiæ in cauſis appoſitorijs vel per viam exceptionis. quod declaretur non afficere, quia tunc diruiſſet executioni deferre in prima inſtantia, & deberet interloqui; ſtent, & procedatur in cauſa oppoſitoria; ex quo per tales ſẽtentia, remanet vulnerata via excutiua, vt videtur tenere Rota coram Caualerio decis. 611. F, 393. & vidimus pluries in regno ſeruatum, ex quo via executiua tamquam exorbitans faclie inturbidatur.

D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis ſuſcipio in Ciuilibus habetur pro falſitate.*
2 *Falſitatis ſuſcipio in ciuilibus ſi eſſet latens, ſed grauis habetur pro falſitate.*
3 *Falſitatis ſuſcipio oritur ex diuerſitate papyrij.*
4 *Et oritur ſi ſit ſpacium vacuum in inſtrumento,*
5 *Interlineaturæ in locis ſubſtantialibus inſtrumenti, reddunt illud ſuſpectum de falſitate.*
6 *Teſtes ſi reperiantur mortui tempore facti inſtrumenti de recenti maximè ſi non ſint ſenes, redunt illud de falſo ſuſpectum.*
7 *Et fortius ſi eſſent mortui tempore confectionis inſtrumenti.*
8 *Falſitatis ſuſpicio, & oritur diuerſitate literarum.*
9 *Et in vno caractere fallit ſi ad eſſet ſubſcriptio notarij.* 10.
11 *Suſpectatur de falſitate, ſi inſtrumentum*

antiquitus confectum, eſſet recenter regiſtratum.

12 *Et de falſitate ſuſpectatur, ſi clauſa adiecta in inſtrumento, non habeat rectam conſtructionem ad præcedentia ex ſequentia.*

13 *Apoſtilla in loco ſubſtantiali inſtrumenti diuerſi atramenti, vel diuerſæ manus, reddit illud ſuſpectum.*

14 *Suſpectatur de falſitate quando quis noluerit vti tali inſtrumento.*

15 *Vel quando titubanter reſponderit vti velle.*

16 *Error in indictione, reddit inſtrumentum ſuſpectum.*

17 *Suſpectatur, etiam de falſitate, ſi ex pluribus teſtibus deſcriptis, in inſtrumento, aliqui producuntur examinandi.*

18 *Notario ſolito falſa ſcribere non creditur.*

19 *Protocollum ſcriptum de recenti, & rogitus fuit datus antiquitum, reddunt inſtrumentum ſuſpectum.*

20 *Protocollum ſcriptum manu alterius, quam Notarij, niſi ipſe ſubcripſerit reddit inſtrumentum ſuſpectum.*

21 *Protocollum laceratum, vel pars ipſius reddit inſtrumentum ſuſpectum.*

22 *Suſpectatur de falſo, ſi originale authentici inſtrumenti; non reperiatur in protocollo.*

23 *Vel ſi in partibus ſubſtantialibus fuerit delectum inſtrumentum.*

24 *Clauſulæ non conſuetæ nec ſolitæ opponi, reddunt ſcripturam ſuſpectam.*

25 *Inſolitus modus ex proprio ſtilo notarij reddunt ſcripturam ſuſpectam.*

26 *Diſſimilitudo dictaminis in confectione inſtrumentorum, reddit illa ſuſpecta.*

27 *Suſpectantur de falſo inſtrumentum, ſi in margine facit aliquid additum magni præiuditij.*

28 *Et ſi non contineat ea, quæ ſolita ſunt adhiberi.*

29 *Repugnantia circa ſubſtantialia in eodem inſtrumento reddit illud ſuſpectum.*

30 *Scriptura neque lecta, neque publicata redditur ſuſpecta.*

31 *Inſtrumentum raſum in loco valde ſuſpecto, redditur ſuſpectum.*

32 *Suſpectus perquirens ſcripturam ſimilem illi quæ falſa aſſenitur, vt exemplum ſumeret, reddit illam de falſitate ſuſpectum.*

33 *Scriptura, non inuenta inter ſolitas ſcripturas notarij redditur ſuſpecta.*

34 *Scriptura continens inueriſimilitudinem, licet poſſibilitatem redditur ſuſpecta.*

35 *Fundans in inſtrumento, ſi requiſitus producere, diſtulerit; ſuſpectatur de falſitate.*

36 *Falſitas probatur ex duabus ſuſpicionibus ex ſupra poſitis.*

37 *Vt ſic probata poſſit procedi ad torturam ſecundus aliquos.*

38 *Iudicis arbitrio pœna erit remitenda ſecundum grauitatem, & leuitatem ſuſpicionum.*

ARGVMENTVM.

Falſitatis ſuſcipio in ciuilibus habetur pro falſitate, & ex quibus oriatur falſitatis ſuſpicio demonſtratur.

SINGVLARE LVII.

1 IN cap. Regni Regis Caroli 17. nota ſingulariter, quòd † vulgaris illa concluſio, ſcilicet ſuſpitionem falſitatis haberi in ciuilibus pro falſitate, ſeu veritate, ad effectum, vt ſuſpectæ ſcripturæ minimè credatur, intelligitur, ſi ex vitio viſibili illius ſcripturæ ſuſpitio oriatur, alias excipiens de falſitate habebit neceſſe illam probare, Maſcar. vol. 2. de probat. concl. 739. num. 6. & 8. Ant. Gabr. lib. 7. concl. titu. de male fit. concl. 6. num. 16. Innoc. in cap. 1. col. pen verſ. obijcies, extra de fide inſtrum. quem refert, & ſequitur Rimin. Iun. conſ. 58. num. 9. vol. 1. vbi ait Doct. cum eo tranſire. Boſſ. tit. de falſ. num. 6. Paul. de Caſtro in l. iubemus, num. 3. C. de probat. Specul. tit. de inſtrum. edit. §. breuiter, num. 13. verſ. & nota quod tabellio, Alba, conſ. 99. num. 2. Surd. conſ. 132. num. 61. vol. 1.

2 Intellige, vt procedat † in ſuſpitione falſitatis leui, ſecus ſi fuiſſet grauis, quia etiam latens haberetur pro veritate, Menoch. conſ. 996. num. 6. vol. 10. & lib. 1. præſum. quæſt. 99. num. 19. Natt. conſ. 633. num. 16. vol. 4. Pariſ. conſ. 28. num. 50. vol. 2. Menocch. conſ. 807. num. 7. vol. 9. Peregr. conſ. 92. ſub. num. 26. vol. 1.

3 Suſpitio † autem falſitatis oritur ex diuerſitate cartæ, Maſcar. volu. 2. de probat. §. videndum reſtat, num. 25. Iaſ. conſ. 168. col. 2. vol. 4 Bal. in cap. inter dilectos, ſub num. 14. extra de fide inſtr. Anchar. cõſ. 431. ſub. num. 2. Crauett. conſ. 28. num. 3. Menocch. de arbitr. Iud. caſu 187. num. 36. & lib. 5. præſum. 20. num. 40. Decian. conſ. 100. num. 17. volu. 2.

4 Vel ex eo † quod ſpatium vacuum ſit inſtrumento, niſi id conſultò factum notarius affirmet. Menocch. conſ. 395. num. 58. volu. 4. & lib. 2. de arb. Iud. Caſ. 64. num. Crauett. conſ. 104. num. 16.

5 Vel ex eo † quod aliquæ interlineaturæ inueniuntur in locis ſubſtantialibus, Menocch. lib. 2. de arb. Iud. Caſ. 187. num. 40. Anchar. conſ. 431. col. 1. verſ. ex iſtis enim Socc. Iun. conſ. 45. num. 1. vol. 3. Cephal. conſ. 287. num. 38. vol. 2.

6 Vel quia omnes † teſtes in inſtrumento de recenti facto deſcripti, mortui reperiantur tempore quo inſtrumentum in lucem venerit, maximè ſi non fuerint nimis ſenes,

Digitized by Google

Maſcar. d. concl. 740. num. 8. & 9. Alex. conſ. 17. ſub num. 2. vol. 1. Crauett. conſil. 28. nu. 7. & conſ. 199. num. 8. Parſ. conſil. 27. num. 24. vol. 2. Barba. conſil. 43. num. 3. vol. 1. Cornei. conſ. 226. ſub num. 4. vol. 3. & conſil. 7. ſub num. 3. vol. 4. Menocch. lib. 5. præſum. 20 num. 7. Curt. Sen. conſil. 56 circa fin. Neuzza. conſ. 8. num. 62. & conſil. 27. num. 15. Menocch. conſil. 199. num. 13. vol. 2. & conſil. 807. num. 12. vol. 9. Oſaſch. deciſ. 117. num. 10.

7 Et † multò fortius ſi fuerint mortui tempore confecti inſtrumẽti. Menoch. d. Caſ. 187 nu. 44 Curt ſen. conſ. 56. circa fin.

vbi etiã ſubiicit ,ſuper ea nec teſtes recipi
deberẽt,Maſc.vol.3.de probat. concl.1177.n.
4.Vber.de Bob.in tract.poſit nu.41.& 42.Ia
cob.de Arct.in tract.eiuſdem tit.n.28 Odo-
fred.in tract.eiuſdem tit.nu.10.in fin.Specu.
tit.depoſi § 7.n.4.Curt.in tract.eiuſdẽ tit.n.
23.vbi teſtatur com.opi. Aſin.in praxi iud.
29 § 19.cap.9.nu.3.Quia † quis non eſt onerang
dus ſuperflua & inutili reſponſione,l.1.in fi.
ff.de teſt b.l.non cogendum §.fin. ff.de pro-
ba.l.hæc ſtipulatio,ff.vt in poſſ.lega. cap. cũ
iuncto de elect.l.thaiſ.§.ſorore,ff.de fideicõ.
liber.cap.qui egerit,diſt.7.Oſaſ. deciſ.10.n.8.
Decian,reſp.13,nu.1.vol.5. Anton. del Re in
tract.de iuram.calum.cap.14.num,102.

30 Dicitur autem impertinens, quandò nec
directè nec adminiculatiuè probaret inten-
tionem.Bar. & Bal.in d. §. quod obſeruari,
idem Bal.in l,cum mirum in prin.C.de fidei
comm.Bar.in l,ad probationem , C.de pro-
bat.Curt.Sen.conſ.71.col.pænul. Dec. conſ.
84.col vlt & conſ.162.num 1.& conſ 517, nu,
2.& in cap.dilecti in 4,not, extra de except.
& in cap.in præſentia,nu.34. extra de pro-
ba.Guid.Papa quæſt 347.Pariſ.conſ 67, n. 16.
lib.4.Alciat.reſp.387.nu.4.Honded.conſ.18,
nu.1.vol.1 Pariſ.conſ.97.num,131. vol.1.Pe-
31 regr.conſ.82,num.21,vol.1.Vel † quandò fa-
cit ad cauſam fundandam, vel coadiuuandã,
Alex.in l.ſi.duo,§.idem Iulianus ff.de iure
32 iur.vbi etiam Iaſ.num.12.Vel † quãdò ex ea
nullus effectus ſequi poſſet,Menocch.conſ.
2,num.364.vol.1.Crauett. conſ.5.in fin. Vel
33 † quando non releuat ponentem,etiam inci
denter,vel iuncta cum alijs adminiculis , Inn.
in cap.cum Bertoldus,verſ.item prædicta,
extra de re iud.Maſcar.d.concl.1177, nu.15.
Curt.Iun.in tract.depoſit.nu.24. & 25. Vel
34 † quandò nullus effectus ex ea ſequi poſſet,
Surd.conſ.133.num.7.vol.1.Pariſ. conſ.67.n.
35 56.vol.4.Alciat.conſ. 387. Secus † ſi ad cau-
ſam modicè facerent indirectè,ſeu coniectu
ralitèr , quia admitti deberent, Menocch.
conſ.630.nu.15.vol.7.& conſ.2.nu.363. lib.1.
Honded.conſ.18.num.20.vol.1.Bal.in cap.li-
cèt cauſam nu.33.extra de proba. Dec. conſ.
162.nu 2.Aſſ.d.conſ.7.num.1.Bal.& Iaſ. in l.ſi
duo patroni,§.idem Iulianus,ff.de iure iura.
vterque nu.5.Dec.in c.p.dilecti,nu.12.extra
de except.& in cap.in nomine domini,n.73
extra de teſtib & conſ.517.num. 2.& in l.1.
nu.13.vbi etiam Rip.num. 4. ff.ſi cert. pet.
Curt.conſ.70.col.pæn. Menoch.conſ.2.n.363.
vol.1.vbi teſtatur com.opin.& de recup.poſ-
ſeſſ.remed.1.nu.182. & in 2. reſp. cauſæ fer-
rar.art.5.nu.4.à Vall conſ.34.n 7.vol.3.Bur-
ſa.conſ.140.nu.40.vol.2.Peregr.conſ. 82.ſub
nu.3.vol.1 Gigans conſ.25.nu.6.

36 Et in † dubio deberent admitti poſitiones
per iudicem cum clauſula ſaluo iure im-
pertinentium,quæ ſi non debuerint admit-
ti,habentur pro non admiſſis,Ioann. Andr.in
cap.cum contingat,extra de off.delega.Rot.
deciſ 245 in antiq.Alex.Bar.&Bal.in l.ſi duo,
§.2.ff.de iureiur.Maſc.d.concl.1177. nu. 20.
Frãc.Curt.in tract.poſit.num.28.Ang. in l.ſi
quis libertatẽ.ff.de petit.hæred.& in l.in ſpe
ciali,ff.de rei vend.Bal.in l,momentaneæ,C.
de his qui nõ hab.leg.perſon.ſtan.in iud.l.ſic
fine.in prin.ff.de inter act. Gemin.in cap.2.
de conf.ff.lib.6.Honded.d.conſ.18.nu.21. &
23.vbi ait obſeruare totum orbem Dec.con
ſil.517.ſub nu.3.Iaſ.in l.1.nu.16.ff.ſi cer. pet.
& in auth.ad hæc,nu.3. C. de iudit. Purpur.
conſ.589.nu.19.vol.2.Menocch.d.conſ.2.nu.
360.Cephal.conſ 570.nu.19. vol.4. à Vall. cõſ.
34.nu.1.& 5.vol.3 Burſat.conſ.140. n.41. vol.
2.Peregr.conſ 82.ſub n. 3. Aſin. in praxi iud.
§.19.cap.9.num.6.Surd.conſ. 141. nu.23. vol.
37 1. Quia † ſecurius eſt ſuperfluum admittere,
quàm neceſſarium ommittere,cap.non æſti-
memus 13,quæſt.2. Lis apud quem , C. de
38 eden Et melius eſſet in † dubio mille capi-
tula impertinentia admittere . quam vnum
pertinens reicere.Honded.conſ.18.nu.22.in
fin.vol.1.à Vall.conſ.34.n.9.vol.3. Curt. ſen.
conſ.70.col.pænult.verſ.non inſiſtendo.De-
cian.reſp.67 n.18.vol.5. Et dicentur poſitio-
39 nes in † dubio pertinentes, quandò non cõ-
ſtaret de notoria impertinẽtia,Honded.cõſ.
18.ſub nu.23.vol.1.Menocch.conſ.2.nu.362.
vol.1.Aſin.in praxi iud.§.19.cap.9 nu.1.& 4.
40 Et † poſſet appellari à decreto iudicis recu-
ſante,Peregr.conſ.82.n.22.vol.1.vbi teſtatur
comm.opin.gloſſ.fin.cap.1.de confeſſ.lib.6.

41 Declara 8.vt † ſiue actor,ſiue reus reſpõ-
deat variè poſitionibus aduerſarij præſuma
tur per fraudem reſpondere,& vti periurus
puniri poſſet,Menoch.lib.2.præſum.43. n.1.
Alciat.in tract.eiuſdem tit.reg.2. præſumpt.
31.c.1.extra,vt eccleſ benef. ſine dimin. con-
fer.cap.vlt.de iur. iur.lib.6.

In-

42 Intellige primo, vt † nō procedat, quan-
dò varia ſeu cōtraria reſpondens, fecerit ani
mo corrigendi, quod prius dixerat, quia tūc
talis reſpōſio admitteretur, Menoch. d. præ-
ſum. 43. nu. 2. gloſſ. cap. vlt. de iureiur. lib. 6.
Socc. conſ. 97. nu. 11. & 12. vol. 4. Bal. in l. 1. C.
de furt. Barbat. conſ. 82. col. 2. vol. 3.

43 Intellige 2. vt † non procedat, quandò qui
negauit poſitionē, ipſam negationem reuo-
caſſet antequā teſtes examinentur ſuper ea,
quia tunc eſſet præmiſſa illa reuocatio, Me-
noch. d. præſum. 43. n. 3. Abb. cōſ. 17. vol. 2. A-
ſin. in comēt. ad ſtat. flore. §. 19. cap. 10.

44 Declara 8. vt † poſitionibus contrarijs nō
ſit reſpondendum, Bar. & Bal. in d. §. quod
obſeruari, idem Bal. in add. ad Specul. tit. de-
poſit. verſ. nō valeo, Maſcar. vol. 3. de proba-
tio concl. 1177. nu. 16.

45 Declara 9. vt † poſitionibus non ſit reſpō-
dendum, quando ponēs haberet aliundè, pu-
ta teſtibus, vel inſtrumentis intentionem
ſuam fundatam, Maſcar. volum. 3. de probat.
concl. 1177. num. 65. & 66. quia (inquit) vbi
præcluditur potentia probādi, præcluditur,
& potentia ponendi, l. ſed & ſi reſtituitur. §.
1. ff. de iud. Curt. in tract. depoſit. nu. 40. Oia.
decif. 10. num. 7. Abb. Bal. Felin. & Dec. in
cap. 2. extra de prob. Iaſ. in l. 3. §. iurari, & in
l. admonendi ſub n. 319. ff. de iur. iur. Purpur.
in l. manifeſtæ, num. 4. & 9. ff. eod. Boer. de-
ciſ. 91. colum. 1.

46 Declara 10. vt † non ſit reſpondendū poſi-
tioni ſuperfluæ, ſcilicèt, quæ fuerit eadē cum
iam negata, vel cōfeſſa, Maſcar. d. cōcl. 1177.
47 num. 16. & 20. vbi reſtringit non † procede-
re quandò poſitio eſſet eius, quod aduerſa-
rius reſpondendo libello negauerit. cap. cū
tu de teſtib. cap. veniens de iur. iur. cap. cleri
cos de cohab. cler. & mulie. l. fin. C. ſi aduer.
vend. l. ſi quis libertatem. §. fin. ff. de per. hæ-
red. Specul. tit. depoſit. §. 7. num. 3. Vber. de
Bob. in tract. eiuſdem tit. n. 39. Iacob. de Are.
in tract. eiuſdem tit. ſub nu. 26. Odofred. in
tract. eiuſdē tit. nu. 10. Lanfranc. in tract. re-
ſpon. num. 7. Curt. in tract. depoſitio. nu. 38.
48 vbi idem ſubijcit, poſitionem † factam in
cauſa principali non debere fieri in cauſa ap
pellationis, gloſſ. in cap. 2. de confeſſ. lib. 6.

49 Declara 11. vt † poſitionibus iuris non ſit
reſpondendum, Bal. in d. §. quod obſeruari,
col. 7. l. ornamentorum. ff. de auro, & arg. le-
ga. gloſſ. in ver. rationabili, cap. 2. de confeſſ.
lib. 6. Bar. in l. non fatetur, col. fin. ff. de con-
feſſ. & in l. 1. col. 2. C. eod. Maſcard. d. concl.
1177. nu. 48. vbi ponit exemplum, Specul. tit.
depoſi. §. 7. nu. 29. Vber. de Bob. in tract. de-
poſit. num. 53. Iacob. de Aret. in tract. eiuſdē
tit. nu. 41. verſ. 13. Odofred. in tract. eiuſdem
tit. num. 18. Curt. in tract. eiuſdē tit. num. 33.
Lanfranc in tract. reſponſ. n. 6. Et dicitur po-
50 ſitio iuris ea in † qua ponitur verbum legi-
timè, vel verbum canonicè, Bal. in d. §. quod
obſeruari, col. 7. & in add. ad Specul. tit. de-
poſit. verſ. vbi poſitio, gloſſ. & Paul. de Caſt.
in l. eum quem temere, §. 1. ff. de iudic. gloſſ.
in cap. 2 de confeſſ. lib. 6.

51 Intellige primo, vt † non procedat in iu-
re municipali alicuius ciuitatis, vel extraua-
ganti, vel conſuetudine nō ſcripta, quibus re-
ſpondendum eſt, Bar. in d. l. ornamentorum,
col. fin. Bal. in d. §. quod obſeruari, Maſcar. d.
concl. 1177. n. 52. & 58. Vber. de Bob. in tract.
depoſit. num. 54. Iacob. de Aret. in tract. eiuſ-
dem tit. num. 42. Curt. in tract. eiuſdem tit.
num. 33. & 34.

52 Intellige 2. vt † non procedat, quandò po
ſitio contineret aliquid ſenſu corporeo per-
ceptibile, licèt annectatur concluſio iuris,
quæ ex narratis neceſſariò ſequitur, Maſc.
d. concl. 1177. num. 50. & 51. vbi ponit exem-
pla, Ioann. Andr. in add. ad Specul. tit. de te-
ſtib. §. nunc videndum, in prin. verſ. refert.

53 Intellige 3. vt † procedat in iure præſum-
pto, Maſcar. d. concl. 1177. num. 55. & 56. quia
(inquit) ius præſumptū neceſſariò habet mix
turā facti, Curt. in tract. depoſit. nu. 35. Bal. in
l. eum virū, C. de fideicomm.

54 Declara 12. vt † poſitiones factæ in prima
cauſa poſt litem conteſtatam poſſent muta-
ri in cauſa appellationis, Maſc. vol. 1. de pro-
bat. concl. 118. nu. 16. Bal. in add. ad Specul.
tit. de appell. verſ. poſitiones factæ.

55 Declara 13. vt † negans poſitiones aduer
ſarij non poſſet ſuper eis facere fundamen-
tum, Peregr. conſ. 91. num. 25. vol. 1. Bar. in l.
nō vtique, ff. de except. & in l. poſt legatū, in
prin. col. 3. ff. de his quib. vt indign. Iaſ. in l.
naturaliter, §. nihil comune, n. 76. ff. de acqu.
poſſ. cap. ex eo de reg. iur. lib. 6.

56 Declara 14. vt † poſitioni negatiuæ nō ſit
reſpondendum, Bal. in d. §. quod obſeruari,
Maſc. d. concl. 1177. num. 29. Specul. tit. depo-
ſit. §. 7. nu. 17. verſ. 8. cap. 2. de frigid. & male-
fic. cap. bonæ, §. porrò de elect.

57 Intellige primo, vt † procedat quandò ne
gatiua fuiſſet improbabilis, aliàs ſecus, Lan-
franc. in cap. quoniam contra verſ. poſitio-
nes, extra de probar. Alex. in l. inter ſtipulā-
tem in prin. ff. de verb. oblig. Maſc. d. concl.
1177. num. 29. & 30.

58 Intellige 2. vt † non procedat quandò Iu-
dicialitèr viſum fuerit, Maſcar. d. concl. 1177
num. 31. Vber. de Bob. in tract. depoſit. n. 48.
Iacob. de Aret. in tract. eiuſdem tit. num. 34.
verſ. 8. Odofred. in tract. eiuſdem tit. num. 13.
& 14. Curt. in tract. eiuſdem tit. nu. 36. cap. 1
de confeſſ. lib. 6.

59 Intellige 3. vt † licèt non teneatur reſpon
dere talibus poſitionibus, & ſimilibus, ſi ta-
men reſponderit valebit reſponſio, & reſpō-
denti præiudicat, Maſcar. d. concl. 1177. n. 79.
Specul. tit. depoſit. §. 6. num. 6. verſ. hoc autē.

60 Declara 15. vt † poſitio partis falſa in qua-
litate, poſſet tota negari, Bald. in d. §. quod
obſeruari, col. 7. Alex. in l. 1. §. ſi ſtipulante,
ff. de verb. obl. gloſſ. in cap. 2. de confeſſ. lib. 6.
61 & in cap præſentiū de teſtib. lib. 6. Vel † tu-
tius reſpondeat, negādo prout ponūtur, Ma-
ſcar. vol. 3. de probat. concl. 1177. nu 44.

62 Declara 16 vt † non reſpondens poſitio-
nibus, non videatur eas cōfiteri, Bal. in add.
ad Specul. tit. depoſit. verſ. qui non, Paul. de
Caſt. in l. 3. C. qui teſta. facere poſſ. Bar. in l.
63 abſentē, col. vlt. ff. de pæn. Niſi † Iudex pro
con-

conf:ſſo declarauerit non reſpondentē contumacē, Bald. in l. ſi filius, ff. de interr. actio. Bar. in l. 2. §. quod ſi actor, C. de iur. calum. Bal. in l. 2. col. 7. C. de confeſſ. Maſc. d. concl. 1177. nu. 69. 70. & 71. c. 2. de confeſſ. lib. 6. Theſaur. deciſ. 17. ſub nu. 1. Pratt. papienſ. in ver. forma poſit. act. §. reſponderi, nu. 1. & 2. fol.
64 154. Et aſſignato † termino per iudicem ad reſpondendum elapſo, declaratione eius ſequuta, amplius nō poſſit mora purgari, Ang. in l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. Bal. in l. in contractibus, §. illo, C. de nonnum pecun. Ang. Imol. & Alex. in l. ſi inſulam ff. de verb. oblig. Cephal. conſ. 304. num. 200. vol. 3.

65 Quandò † aduerſarius non fuiſſet in probando grauatus, Oſaſc. deciſ. 71. nu. 56. Bal. in cap. 1. col. 2. verſ. idem ait, de mil. vaſſ. qui conteſt.

66 Declara 17. vt † etiam in criminalibus ſicut in ciuilibus fieri poſſent poſitiones ad inſtantiam actoris tantum. non autem rei, Clar. in § fin. queſt. 45. verſ. ſed hic incidēter, Iacob. de Aret. in tract. poſit. §. 7. num. 1. vbi ait ita obſeruari.

67 Declara 18. vt † tunc demum poſſet procurator poſitionibus reſpondere, ſi haberet ſpeciale mandatum ad ſic reſpondendum cuilibet poſitioni, gloſſ. in cap. fin. de iure iuran. lib. 6. & in cap. 2. de iuram. calum. lib. 6. Bar. in l. non ſolum, col. 1. ff. de procur. Burſa. conſ. 285. nu. 27. vol. 3. Theſaur. deciſ. 17. ſub num. 4. Oſaſc. deciſ. 13. nu. 1. Bart. in l. qui bona, § ſi alieno. nu. 15. ff. dam. infe. Pratt. papienſ. in verbo forma poſit. act. § ſimonin, num. 1. & 2. fol. 152.

68 Intellige primo, vt † procurator non inſtructus poſſet conſulere dominum melius informatum, Bal. in d. §. quod obſeruari, col. vlt. Bar. in d. l. non ſolū col. 2. Maſcar. d. concl. 1176. ſub n. 57. Menocch. lib. 2. de arb. iud. cent. 3. caſu 128. nu. 11. Theſaur. deciſ. 17. nu. 3. verſ. ſed dubium.

69 Intellige 2. vt † contumatia procuratoris in reſpondendo poſitionibus obeſſet domino, Oſaſc. deciſ. 87. nu. 7. Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator, nu. 4. ff. ſi quis ius dice. non obtēp. cap. ſi poſt præſtitum de confeſſ. lib. 6.

70 Intellige 3. vt † ſi principalis compareret in iuditio, vt poſitionibus reſponderet non videtur reuocaſſe procuratorem, Menocch. conſ. 415. nu. 17. vol. 5. Rota deciſ. 22. tit. de procur. in antiq. Felin. in cap. ex parte, col. pæn. verſ. & nota extra de reſcr.

71 Declara 13. vt aduocatus † poſſet à iudice repelli tanquam ſuſpectus ad reſpondendū poſitionibus, gloſſ. cap. 1. de confeſſ. lib. 6 Maſcar. vol. 3 de proba. concl. 1176. nu. 50. & 53. Mara. tit. depoſit. nu. 15. Specul. tit. depoſit. §. 3. verſ. ſed patronus, Aſin. in d. §. 19. cap. 18. limit. 4. n. 3. Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni, ff. de adult.
72 Quin † imo inſtruens reſpondentem tenetur parti leſæ ad intereſſe, gloſſ. in d. cap. 1. de confeſſ. lib. 6.

73 Intellige, vt † non procedat quandò cliēs eſſet nimis ſimplex, quia tunc poſſet reſpondere cū aduocati præſentia, Bald. in add. ad ſpecul. rub. depoſit. verſ. quandò clientulus, Bertach. in reper. in ver. aduocatus, n. 72. Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni, ff. de adult. Maſcar. vol. 3. de prob. concl. 1176. nu. 56. Specul. tit. depoſit. §. 7. nu. 17. Marſ. ſing. 450. Menocch. de arb. iud. lib. 2 cent. 2. caſu 193. nu. 4. Mara. tit. depoſit. nu. 56. Socc. in l. 1. col. 4. ff. de vul. & pupill. ſubſt. Aſin. in d. limi. 4. nu. 4. Hoſt. in cap. dilecti, extra de iudit.

74 Declara 20. vt † poſitionibus debeat reſponderi cum iuramēto, Specul. tit. depoſit. §. 4. in prin. Oſaſc. deciſ. 10. num. 7. Iodoch. in d. §. cap. 152. num. 52. in fin. Pract. Ferrar. in ver. forma poſit. act. §. per verbum credere, nu. 1. fol. 154.

75 Declara 21. vt † poſitiones fieri non debeant qualificatiuè, ſed ſimplices, & ſine adiuncto Maſcar. d. concl. 1176. num. 25. Curt. Sen. in l. 2. §. quod obſeruari, nu. 42. C. de iur. iura, Roma. in l. iuſiurādum. §. ait prætor, ff. de iur. iur. Socc. Sen. in l. 1. ſub nu 8 ff de vul. & pupill. Afflı. in cap. 1. nu. 21. ex quibus cauſ.
76 feud. amm. Neuiz. conſ. 7. nu 10. Sicut † et ā, & reſponſiones Maſcar. concl. 1176. nu. 24. per l. vt reſponſum, C. de tranſact. Socc. in l.
77 1. nu. 8. ff de vul. & pupill. ſubſt. Niſi † alitèr iudici viſum fuerit, Maſcar. d. concl. 1176. nu. 27. Menocch. lib. 2. de arb. iud. cent. caſu 251 num. 5.

78 Declara 22. vt † poſitioni obſcuræ non ſit reſpondendum Maſc. d. concl 1177. n. 21. Vber. de Bob. in tract. depoſit nu. 43. Iacob. de Aret. in tract. eiuſdē tit. nu. 29. Odofred. in tract. eiuſdem tit. nu. 11. Veſtr. in ſua pratt. lib. 5. cap. 15 nu. 4. Peregr. conſ. 82. nu. 16. vol. 1. Gigans conſ. 45. num 6.

79 Declara 23. vt † multiplici, implicitæ, ſeu perplexæ poſitioni non erit reſpondendum, Maſc. d. concl. 1177. nu. 38 Vber. de Bob. in tract. depoſit. nu. 50. Iacob. de Aret. in tract. eiuſdem tit §. 4. num 16 Odofr. in tract. eiuſdem tit. num. 16 Curt. in tract. eiuſdē tit. nu. 42. & 30. Specul. tit. depoſitio. §. 7. n. 38. verſ. 21. Bal. in l. precibus in not. 1. vbi teſtatur com. opi. gloſſ. in ver. abſque rationabili, cap. 2. de confeſſ. lib 6.

80 Declara 24. vt † reſponſio referatur ad id ſuper quo principaliter fuit facta poſitio, non autem ad ea quæ enunciatiuè demoſtratiuè, & incidentèr poſita fuerint, Maſc. vol. 3. de prob. concl. 1177. nu. 42. vbi ponit exempla, Specul. tit. depoſit. §. 6. num. 16. verſ item non eſt, & §. 7. num. 23. verſ. reſponſio, Bar. in l. ſi cui la 1. §. 1. ff de lega. 1. Gabr. Satay. in add. ad Matheſ ſing. 33. vbi teſtatur magis comm. opin. Burſa. conſ. 194. num. 6. vol. 2. niſi
81 (inquit) reſponſio facta † fuerit cum omnibus, & ſingulis in poſitione contentis, Socc. conſil. 112. num. 18. vol. 4. Rimin. conſil. 203. num. 26. volum. 2. Galiaul. in l. prima §. ſi quis ſimpliciter, numero quarto, ff. de verb. obligat.

AR-

ARGVMENTVM.

Redhibitoria vt locum habeat quæ requirantur in quibus contractibus habeat locum, & pro quibus rebus, & qualis debeat eſſe morbus, & quo tempore debet eſſe.

SVMMARIVM.

5 *Redhibitoria vt habeat locum quatuor requiruntur primum contractum onerosum. Secundum quod animal ſit morboſum. num. 10. tertium quod morbus ſit latens tempore venditionis nu. 20. quartum quod morbus ſit ante venditionem. num. 29. habet locum proprium in contractu venditionis num. 2. in permutatione num. 3 in contractu emphiteotico num. 4. in feudo. nu. 5 in locatione ad longum tempus in ſubſidium. num. 6. non tamen in locatione ad modicum tempus. niſi in contractibus innominatis in ſubſidium num. 8. non habet locum in lucratiuis. num. 9.*

10 *Secundum requiritur quod animal ſit morboſus ſiue in totum ſiue in partem. num. 11. dummodo non ſit paruus morbus. num. 12.*

13 *Redhibitoria non datur pro rebus minimis venditis datur pro rebus mobilibus morboſis, & exempla num. 14. pro libris mendoſis. num. 15. Item pro rebus ſtabilibus, & exempla num. 16. & pro animali vitioſo num. 17. ſecus in ſeruis num. 18. licet alij teneant etiam in animali vitioſo num. 19.*

20 *Redhibitoria vt habeat locum debet morbus eſſe latens niſi ſit notus emptori & venditori num. 21. & ſi emptor, & venditor ignorantes ſint morbo datur redhibitoria num. 22.*

23 *Venditor ſciens morbum tenetur vltra pretium ad intereſſe. Etiam ſi cauerit ſe nolle teneri pro aliquo morbo, num. 24.*

25 *Redhibitoria non habet locum ſi tempore venditionis morbus eſſet patens.*

26 *Si dictum vel promiſſum per venditorem defecerit datur redhibitoria quoad morbum & vitium.*

27 *Datur etiam ſi tempore venditionis venditor ſciuiſſet morbum licet emptor ſupinè ignoraſſet Item ſi venditor inſidioſè expreſſerit morbum & exemplum. num. 28.*

29 *Morbus debet eſſe ante venditionem vt habeat locum redhibitoria ſecus ſi poſt.*

30 *Animal præſumitur mortuum ex morbo ſi infra triduum a die venditionis mortuum fuerit idem ſi ſtatim apparent morbus licet non moriatur num. 31. admittitur tamen probatio in contrarium num. 32.*

33 *Venditor animalis morboſi teneatur ad expenſas curæ animalis proxenetarum notoriorũ & gabellæ.*

34 *Emptor qui redhibuerit tenetur de ſuo dato & facto cauere.*

35 *Morbus debet eſſe talis vt impediat miniſterium rei a natura deputatum, vt procedat redhibitoria.*

36 *Redhibitoria non habet locum in contractu conditionali ante euentum conditionis.*

37 *Tempus redhibitoriæ de conſenſu partium poteſt prorogari.*

38 *Conſuetudo regionis & vulgaris opinio attenditur ſuper probatione & qualitate morborum, & vitiorum.*

39 *Redhibitio ceſſat ceſſante cauſa.*

40 *Redhibitoria locum habet ſi vna ex pluribus rebus ſit morboſa quando vna ſine alia emptor non emiſſet.*

SINGVLARE LXXVIII.

IN conſue. fœlicis. vrb. Panor. cap. 74. nota
1 ſingulariter, † vt habeat locũ redhibitoria, quatuor copulatiuè requiruntur. Primũ quòd interueniat contractus onerosus, ex quo transferatur dominium, ſaltim vtile, Caball. in tract. de edil. actio. cap. 2. num. 5. Specul. tit. de empt. & vendit. §. de reſcin. vend. col. 2. Bal. in l. 2. C. de edil. ed.

2 Infertur primo, vt † habeat locum, & proprius in contractu venditionis, l. 1. in prin. ff. de edil. ed. Caball. in tract. de edil. actio. cap. 2. num. 5. quem refert, & ſequitur, Maſc. vol. 2. de probat. concl. 615. num. 1. l. ſciendum tamen, §. deinde, ff. de edil. ed. Franc. Crem. ſing. 159.

3 Infertur 2. vt † habeat locum in contractu permutationis, l. ſciendum, §. deinde, ff. de edil. ed. Caball. in d. cap. 2. nu. 5. Cremens ſing. 158. Bertacch. in reper. in ver. actio redhibitoria in prin.

4 Infertur 3. vt † habeat locum in contractu emphiteotico, Caball. in d. cap. 2. num. 9. Bal. in l. 2. C. de edil. ed. Iaſ. in l. 1. C. de iure emphit.

5 Infertur 4. vt † habeat locũ in feudo, Caball. in d. cap. 2. num. 10.

6 Infertur 5. vt † habeat locum hæc actio ſaltim in ſubſidium in contractu locationis ad longum tempus, Caball. in d. cap. 2. nu. 11 quia (inquit) ex ea transfertur vtile dominiũ, Bal. in l. 1. opp. vlt. C. de edil. ed. Carroc. de loca. par. 6. tit. de edil. ed. nu. 2, fol. 260. Nõ
7 † etiam locum haberet in locatione ad modicum tempus, Bal. in l. 2. tit. de edil. edic. Caball in d. cap. 2. num. 7. & 8. quia (inquit) ex eo non transfertur dominiũ, Catell. cott. in memor. in ver. act. Carroc. vbi remed. 4. in fin.

8 Infertur 6. vt † etiam in ſubſidiũ habeat locum hæc actio in contractibus innominatis, Caball. in d. cap. 2. num. 13. Bal. in l. ex placito, quæſt. 15. C. de rei permut.

9 Infertur 7. vt locum non habeat in cõtractibus lucratiuis, Caball. in d. cap. 2. num. 6. Bal. in l. 2. C. de edil. ed.

10 Secundum requiſitum eſt, quòd animal ſit morboſum, Caball. in d. cap. 2. ſub num. 5. per l. ob quæ, §. idem Pomponius, ff. de edil. ed.

11 Intellige primo, vt † procedat ſiuè fuerit morboſum in totum, ſiue in parte, Caball.

ball.in d.cap.2.num.15.

12 Intellige 2. vt † non procedat pro paruis morbis,Caball.in d.cap.2.ſub num. 15. l.1. §.proinde,ff.de edil.ed.Boer. deciſ. 228. ſub num.11. Aſin.in praxi iudit.§.26 cap.1.nu.8. Bal in l.fin.C.de edil.ed.Maſc.d.cõcl. 615.n. 12.Tiraq.in tract.de iudit.in reb.exig.fol.33. verſ. 10.per l.1.§.ſed ſciendum,ff.de edil. ed. Et in tract.res inter alios acta,fol.54.

13 Intellige 3. vt † non procedat pro rebus minimis venditis,quia pro eis non daretur redhibitoria,Caball.in d cap.2. ſub num. 15. gloſſ.l.ſi tamen.§.fin. ff.de edil.ed. Tiraq. in tracta.de iudit.in reb.exig fol.33.verſ.10.eſt, Bal.in l.ſi prædium, col.1.verſ. quæro, pro quibus. C.de edil.ed. Tiraq. res inter alios acta,fol.54.

14 Intellige 4. vt † procedat etiam pro rebus mobilibus morboſis puta pānis,fructibus,& alijs commeſtibilibus corruptis,Caball. in tract.de redibit action.cap.1. nu.5.l.etiam, ff.de edil.ed.Boer.deciſ.46.ſub n. 3. Angel.in §.fin.inſtit.de ſuſp.tuto.

15 Et † pro libris mendoſis,Caball. in d.c.2. n.49.Azzo.in ſum.C.de edil.ed. Spec.tit. de empt.& vendit §.1.verſ. & nota. Bal.in l.ſi prædium,nu.4 C.de edil.ed.Fabin. in d. q.6. ſub n 57.gloſſ.l.1.in prin.ff.de edil. ed, Sforz. Odd.de reſt.in integr.quæſtio.23.n.35.Aret. in d.§ fin.inſtit.de ſuſp.tuto.

16 Intellige 5.vt † procedat etiam pro rebus ſtabilibus,puta ſi fuerit vēditus fundus producēs herbis peſtiferas, vel domus aerem inſalubrem habens,Caball.in d. cap. 1. nu.5. l.ſi prædium,C.edil.ed.vbi Bal.n.3.Fabian. in d.quæſt.9.nu.57.per l. in fundo, §.ſciendum,ff de ed l.ed.

17 Intellige 6.vt procedat etiam in animali vitioſo dato (ſecundum aliquos) quod vitiū à morbo differret,quia(ſecundum eos)morbus eſt temporalis, vitium perpetuum, vel morbus refertur ad corpus, vitium ad animum, vel morbus refertur ad corruptionē, ſeu inbecillitatē totius corporis, vitium ad partes corporis,l.inter ſtuprum,§.verum, ff.de verb & rer. ſign.l.1. §.ſed ſciendū, ff.de ed.Cice.Tuſcul.quæſt,lib.4.Alciat.in d.§.verum,Aul Gell.lib.noc,act.4.cap.2, Maſcard. d.concl.615,num.14.

18 Subintellige, vt † procedat in iumentis pro vitio animi,non autem in ſeruis, Caball. in d,cap.2,nu.28.Specul.tit.de empt. & ven. §.de reſcin.vend,col.1. l.ediles aiunt in prin.
19 & l.boues,ff.de edil.ed.Licèt † alij aſſeruerint etiam in iumentis pro vitio animi non habere locum redhibitoriam inter quos eſt Fabian.in d.quæſt 6.ſub nu.60.per l. 1. in fin.& l.ob quæ vitia,§.1.ff.de edil.edicto.

20 Tertium requiſitum eſt, quod † morbus fuiſſet latens,nec appareret tempore venditionis,Caball.in d.cap.2.ſub nu.5.l.1. §. ſed ſi intelligitur,ff.de edil.ed.Maſcar. d.concluſ. 615.num.10.

21 Intellige primo,vt † ſi morbus fuiſſet notus,tam emptori,quam venditori non competeret aliquod remedium,Caball. in d.cap. 2. n.17.per dictum §.ſed ſi intelligitur Corn. conſ.81,vol.3.Fabian.in d, q.6. ſub n.58. per l.1.C.de edil,ed.l.quæritur,§.fin. ff.eod.

22 Intellige 2.vt † ſi emptor,& vēditor morbum ignorauerint, nihilominus habebit locum redhibitoria,Caball.in d.cap. 2. nu. 17. quia(inquit)non intereſt emptoris, vtrum ignorantia, vel calliditate venditoris lædarur,l.1.§.cauſa,ff.de edil.ed.Bal.in l. 1. opp. 12 C.eod. Fabian. de Monta in tract. de empt. & vendit.quæſt.6.prin. num.56. per l. iulianus in prin.ff.de act.empt.

23 Intellige 3.vt † ſi venditor ſciuiſſet morbum,non ſolum tenetur ad reſtitutionem pretii,ſed etiā ad omne intereſſe quod paſſus eſſet emptor,Caball.in d,cap.2.n.17. per l.iulianus in prin.ff.de act. empti.

24 Etiam ſi † cauerit ſe nolle teneri pro aliquo morbo,qui in re vendita appareret, vel vendiderit cum omni morbo, & vitio, niſi expreſſè, & ſpecificè morbum nominaret, Caball.in d.cap,2.num.20.21.& 24. per l. 1. in fin.ff.de act.empti.l.quæritur, §. ſi venditor,ff.de edil.ed.Specul.tit. de empt. & vendit.§.de reſcind.vēd,col.2.Iaſ.in l. paciſci,ff. de pact.Corn.cōſ.81.in litera E, lib.3. Alex. conſ.14.num.4.& conſ.95. num. 2. volum.5. Fabian.de Mont.in d.quæſt.16. ſub nu.56.& 58.Caualc.deciſ.9.num.12.par.2. Surd. conſ. 36.nu.11.& 16.vol.1.Curt.Iun.in l. ea quæ, nu.5.ff.de contrah. empt.

25 Intellige 4.vt † ſi morbus tempore venditionis fuiſſet patens,puta, quia cecū,vel claudum animal vendatur, non haberet locum redhibitoria.Caball.in d.cap.2.num.22. l.ea quæ ff.de contrah.empt. Bal. in l.1. quæſt.1. C.de edil.ed.l.1. §. ſi intelligatur, & l.ſi tamen, §.ei,qui ff. eod. Fabian. de Mont.in d. quæſt.6.ſub num 56.

26 Intellige 5.vt † habeat locum redhibitoria circa morbum,& vitium, quandò dictū, vel promiſſum per venditorem defecerit in re vendita,Fabian.in d.quæſt.6.ſub num.57. per l.ediles,§.non tantum,ff.de ed l.ed.Bertach.in reper.in ver.actio.redhibitoria.nu.3. Bal.in l.ſi prædium, C.de edil.ed. Alex. in d. l.fin.

27 Intellige 6.vt † ſi venditor tēpore venditionis ſciuiſſet morbū, emptor verò ſupinè ignoraſſet, quòd nihilominus habebit locū redhibitoria,Caball.in d.cap.2.num.23.

28 Intellige 7.vt † teneatur redhibitoria vēditor, etiā quòd ſciens expreſſerit morbum inſidioſè puta vendens equum patientem in ſpatula tantùm,reſpondit emptori eſt cecus,clandus,& morboſus in ſpatula, Caball. in d.cap.2.num.27.Abb.in cap.iniuſtum,col. 2.extra de rer.perm.Aret.in §.duplum, col. pænult.inſtit.de actio.Iaſ.in l.paciſci, ff.de pact.Fabian.in d.quæſt.6.ſub nu.57. Specul. tit.de empt,& vend.§.nunc dicendum el 2. verſ.quod ſi vendens, per l. ea quæ commendandi,ff.de contrah.empt.

29 Quartum requiſitum eſt † quod morbus

ille

ille fuerit ante venditionẽ, ſecus ſi poſtea ſuperuenerit, Caball. in d. cap. 2. num. 5. in fin. per l. quæro, §. fin. ff. de edil. ed. Paul. de Caſt. in l. actioni, ff. eod.

30 Intellige primo, vt † mortuo animali poſt venditionem infra triduum ex præcedenti morbo mortuũ præſumatur, Caball. in d. cap. 2. nu. 26. per gloſſ. l. 1. C. de emed. ſeruor. Bonacoſſ. in tract. de equo, quæſt. 86. Boer. dec. 323. nu. 12. Cauale. deciſ. 8. nu. 19. par. 2. Rip. in tract. de peſte, tit. de remed. ad cura. peſt. c. 7. n. 141. Carroc. in tracta. de loca. & cõd. tit. de imper. capt. quæſt. 4. in fin. Ioſeph Ludou. deciſ. 117. peruſ. pir. 2. Sued. deciſ. 146. nu. 17. Fabian. in d. quæſt. 6. ſub nu. 28. Ioann. Andr. in add. ad Specul. tit. de empt. & vẽd. §. ſciendum, verſ. & nota, Imol. & Rom. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obl. Bal. in l. 2. n. 4. C. de reſcin. vend. & in l. 1. num. 12. ff. de edil. ed. Maſcard. vol. 1. de probat. concl. 92. nu. 1. vbi teſtatur com. opin. & concl. 615. nu. 8. vol. 2. Rimin. conſ. 360. num. 11. vol. 2. Ioan. Oldendor. in tract. de vſucap. §. bellũ, nu. 3. Alciat. de præſum. reg. 2. præſum. 27. num. 11. Angel. in l. ſciendum in fin. ff. de verb. obl. Abb. in cap. iniuſtum, nu. 5. verſ. & vide, extra de rer. perm. Marſil. in l. ſtatu liber. num. 16. verſ. adde, ff. de quæſt. Bonacoſſ. in tract. de equo, quæſt. 85. Maſc. concl. 632. num. 1.

31 Idem † eſſet ſi non moriatur, quia apparente morbo, ſtatim poſt venditionem præſumeretur morbum in eſſe ante venditionem. Fabian. in tract. de emp. & vend. quæſt. 6. prin. nu. 57. arg. l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cred. Cin. & Bal. in l. 1. C. de edil. edict.

32 Subintellige, vt † admittatur probatio in contrarium veluti ſi venditor probaſſet infra triduum poſt contractũ venditionis animal comediſſe herbas venenatas, vel nimium iter faciendo oppreſſus fuerit, Maſcard. cõcl. 92. num. 5. & concl. 632. num. 4. Angel. & Alex. in l. ſciendũ, ff. de verb. obl. meus Abb. in cap. iuſtum, extra de rer. perm. Alex. cõſ. 148. vol. 2. Bal. conſ. 499. vol. 5. Bal. in l. 1. num. 12. C. de edil. ed. Aret. in §. in dupplum, nu. 20. inſtit. de act. Marſil. in l. ſtatu liber. num. 16. ff. de quæſt. Alex. in l. ſi quis cum aliter, num. 24 ff. de verb. obl.

33 Declara prædicta primo, vt † venditor teneatur ad expenſas curæ animalis proxenetarum, notariorum, & gabellarũ, Caball. in d. cap. 2. num. 48. l. tenetur, ff. de ed. Bal. in l. ſi prædium, nu. 6. C. eod. Angel. in l. debet, circa fin. ff. de edil. ed. Bal. in l. 1. C. eod. Iul. Ferret. in tract. de gabell. num. 175.

34 Declara 2. vt † emptor qui redhibuerit rẽ teneatur cauere de ſuo dato, & facto, Caball. in d. cap. 2. num. 53. l. cum mihi, ff. de edil. ed. Bal. in l. ſi prædium, num. 12. C. eod.

35 Declara 3. vt † morbus, vel vitiũ debeat eſſe tale, vt impediat miniſterium rei à natura deputatum, Fabian. in d. q. 6. nu. 6 per l. 1. §. ſed ſciendũ, & l. idem officialibus, ff. de edil. ed. Maſcard. d. concl. 615. ſub num. 11.

36 Declara 4. vt † ſi contractus fuerit conditionalis interim agi non poſſit redhibitoria, Bal. in l. ſi prædium, col. 3. C. de edil. ed. quia (inquit) vbi non poteſt eſſe obligatio, non poteſt eſſe reſolutio, Tiraquel. de retr. ſang. gloſſ. 10. num. 50. per l. bouem, §. ſi ſub conditione, ff. de edil. ed.

37 Declara 5. vt † de conſenſu partium tempus redhibitoriæ prorogari poſſet, Maran. in Spec. par. 6. in ver. appoſitio ſub num. 22 5 Bal. in l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, ff. de edilit. edict.

38 Declara 6. vt † quandò quæritur de probatione, & qualitate morborum, & vitiorũ ſemper inſpicienda ſit vulgaris opinio, & conſuetudo regionis, Maſc. d. concl. 615. n. 15 l. ſciendum tamen. §. illud ſciendum eſt, & l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ed. ed. quã adducit Ant. Gabr. lib. 6 concl. tit. de conſuetud. concl. 1. num. 1.

39 Declara 7. vt † redhibitionis cauſa ceſſante, debeat ceſſare ipſa redhibitio, puta quia vitium pendente iuditio omnino ceſſauerit, Tiraq. ceſſa. cauſa, par. 1. nu. 121. gloſſ. & Cepoll. in l. vlt. §. quotiens, n. 2. ff. de edil. ed. idẽ Cepoll. in l. actioni, nu. 5. ff. eod.

40 Declara 8. vt † redhibitoria locũ habeat, etiã non dato aliquo morbo in omnibus rebus venditis, ſed tantummodo in aliquo ipſarum, quandò vnam ſine alijs non eſſet quis empturus, l. cum eiuſdem generis, & l. ediles, ff. de redhib. act. l. ſi duos, ff. de contrah. empt. Tiraq. de retr. ſang. §. 23. gloſſ. 1. num. 3.

ARGVMENTVM.

Hæreticorum gradus quot ſunt & qui, & quis dicatur hæreticus; vel ſuſpectus de hæreſi. Proteſtatio an, & quando iuuet hæretico ſeu ſuſpecto de hæreſi. & quis ſit hæreticus pertinax & qui dicatur Relapſus, & qua pæna puniantur:

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur.*

2 *Hæreſis quid ſit.*

3 *Hæreticus in primo gradu quis dicatur, & quis in ſecundo gradu, num. 4. & quis in tertio numero 5. quis in quarto gradu numero 6. quis in quinto, num. 7. quis in ſexto num. 8. quis in ſeptimo num. 9 quis in octauo nu. 10. & quis in nono gradu num 11.*

12 *Hæreticus eſt aſſerens Sacram Bibliam eſſe falſam.*

13 *Item negans eſſe orandum pro animabus exiſtentibus in purgatorio.*

14 *Item aſſerens ſenſum literalem Sacræ Scripturæ aliquando eſſe falſum, vel intelligens aliter quod Spiritus Sanctus flagitet.*

15 *Aſſerens Deũ non poſſe hoc facere hæreticus eſt.*

16 *Iurans animo indurato. & non per laſciuiam per puſſendo Chriſti vel eius matris hæreticus eſt.*

17 *Hæreticus eſt conſulere demones ad ſciendum futura vel inuocare ad tentandam mulieris pu-*

dicitiam, per via in adoratio nis neſarian præcum & functiorum ſacrificiorum. ſecus ſi per viam præcipit tentatores adiret ad tentandum num. 18.

19 Inuocans Dæmones vt mutaret hominem in aliã ſpeciem hæreticus eſt.

20 Coniuratio contra Dæmones facta, q, credente cũ habere poteſtatem aliquid principaliter operandi ſapit hæreſis manifeſtè.

21 Hæreticus cenſetur qui aſſerit curſus cæleſtis neceſſitare hominum voluntates exempla, num. 22.

23 Gentilium eſt & non catholicorum effectus noſtros fortunæ attribuere, & non prouidentiæ diuinæ ſalum generaliter.

24 Aſſertio quod Beata Virgo non fuit mortua nec aſſumpta in corpore in cælum ſapit hæreſim.

25 Aſſertio quod donatio Conſtantini facta Eccleſiæ non ſit vera nec valida ſapit hæreſim.

26 Hæreticus cenſetur qui dicit non adeſſe Paradiſum terreſtre.

27 Hæreticum eſſe dicere quod Tobias non habuit canem, Aaron non habuit barbam vel arça teſtamenti non fuit cooperta pilis caprarum ſeu contrarium num. 28.

29 Excommunicatum iuſtè æternaliter non damnari affirmari hæreticum eſt.

30 Mortuum in peccato mortali non conſequi pœnam æternam hæreticum eſt dicere.

31 Deum non eſſe Deum hæreticorum haberi Principem hæreticum eſt.

32 Paradiſum non adeſſe neque Infernum hæreticũ eſt dicere.

33 Anima ſimul cum corpore mori hæreticum eſt.

34 Homines per naturam & conſtellationes ſuperiores gubernari hæretica aſſertio eſt.

35 Incertum non eſſe peccatum dicere hæreticum eſt, Item in ſimplici fornicatione num. 36.

37 Peccato carnaliter commiſſo cum matre non poſſe pœniteri hæreticum eſt dicere.

38 Peccata grauia Romæ, & alibi dimitti non poſſe hæreticum eſt affirmare.

39 Vouentes Religionem non eſſe obligatos eam ingredi hæreticum eſt.

40 Nullo caſu eſſe iurandum affirmare hæreticum eſt.

41 Profeſſum poſſe vxorem ducere & fortius ſi fiat hæreticum eſt.

42 Vxorem in alio mundo poſſe haberi hæreticum eſt.

43 Quemlibet poſſe ſaluari in ſua lege hæreticum eſt.

44 Vſuram exercere non eſſe peccatum eſt hæreticũ etiam in vno nummo. num. 45.

46 Suſpectus de hæreſi dicitur vſuram exercens maletractando eum cui pecunias mutuauerit.

47 Chriſtum non fuiſſe ingreſſum ianuis clauſis ad diſcipulos eſt hæreticum.

48 Indulgentias conceſſas per Papam in remiſſionẽ pœnarum in Purgatorio eſſe falſas & non prodeſſe hæreticum eſt.

49 Mariam Virginem non perdiſſe filium in templo per tres dies aſſerere hæreticum eſt.

50 Hæreticum eſt dicere quod ſi per poſſibile reſurrectio non eſſet Deus eſſe non poſſet & anim[æ] hilaremur.

51 Cap. 24. Salomonis, non intelligi ſecundum ſenſum litteralem de ſapientia æterna ſed de Maria Virgine temerarium, blaſphemum & quaſi hæreticum eſt.

52 Purgatorium poſt hanc vitam non adeſſe hæreticum eſt.

53 Credens vel vtens Sacramentis Eccleſiæ aliter quam Eccleſia credit & vtitur hæreticum eſt.

54 Baptiſmum pueris non poſſe dari hæreticum eſt.

55 Aſſerens ſe tranſiiſſe ad ritum Iudæorum hæreticus cenſetur.

56 Iurans per mẽbra Dei, de hæreſi eſt ſuſpectus. Arbitrio tamen inquiſitorum num. 57.

58 Suſpectus de hæreſi dicitur ille penes quam libri hæreticales inuenti fuerint quod vero poſſit de hæreſi condemnari num. 59. ſed ſecundum aliquos arbitrio Inquiſitorum remittitur numero 60.

61 Audiens ſæpius ſermones hæreticorum dicitur ſuſpectus de hæreſi.

62 Aliquid addens vel detrahens à ſacra ſcriptura hæreticus cenſetur.

63 Suſpectus de hæreſi eſt obſeruan ſabathum.

64 Hæreticus eſt credens legem moſaicam adhuc obligare habens intentionem illam obſeruandi ſi occaſio daretur.

65 Occultans hæreticum ex certa ſcientia tanquam hæreticus puniri debet.

66 Conuerſatio familiaritas, receptatio & fauor hæreticorum interpretatiuè inducit ſuſpitionem de hæreſi.

67 Hæreſis ſpecies dicitur portare ad collum aliqua verba ſacra habita tamen ſpe in modo ſcribendi vel ligandi vel in materia.

68 Vtens ſorte ſuperſtitioſa vel diuinatoria cum admiſtione Sacramentalium cenſetur de hæreſi ſuſpectus.

69 Tradens pocula a materia cum mixtione Sacramentorum dicitur ſuſpectus de hæreſi.

70 Hæreticum eſt aſſerere circumciſionem cum baptiſmo ſeruandam.

71 Errans circa aliquam particulam ſubſtantialem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ cenſetur hæreticus.

72 Recuſans benè agere ex quadam animi obſtinatione dicitur hæreticus.

73 Aſſerens vniuerſalem Eccleſiam poſſe habere duo capita eſt hæreticus.

74 Hæreticus cenſetur qui tacet & non loquitur in fauorem fidei.

75 Vſum paupertatis non includi ſub voto religionis aſſerere eſt hæreticum.

76 Qui vixerit vſque ad ſenium in peccatis non poſſe ſaluari nec pœnitere, affirmare hæreticum eſt.

77 Papam non habere poteſtatem dimittendi peccata dicere hæreticum eſt.

78 Imperatorem non eſſe dominum & Monarcam totius orbis eſt de hæreſi ſuſpectus qui dicit.

79 Papam & Eccleſiam non habere poteſtatem canones condendi qui aſſerit hæreticus eſt.

80 Aſſerens peccata a ſolo Deo dimitti abſque miniſterio clauium Eccleſiæ hæreticus eſt.

81 He-

81 *Hæreſis contrahitur per celebrationem, & perceptionem cum hoſtia non conſecrata ſi in errore perſeuerauerit.*

82 *Aſſerens quod Chriſto mortuo non exiuit ſanguis & aqua hæreſim committit.*

83 *Hæreſis eſt aſſerere quod anima eſt ſanguis & generata ex præiacenti materia.*

84 *Frangens imaginem Crucifixi vel eius matris credens eſſe peccatum adorare quod per imagines repræſentantur hæreſim committit.*

85 *Hæreſim committit aſſerens Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum homo.*

86 *Officialis nolens iurare obſeruare ſtatuta approbata ab eccleſia contra hæreticos requiſitus ab Inquiſitore dicitur ſuſpectus de hæreſi.*

87 *Hæreſim committit qui errans in fide non reuocat errorem cum poſſet reuocare.*

88 *Hæreticum eſt aſſerere Mariam Chriſti matrem non eſſe Virginem.*

89 *Idem aſſerere omni tempore poſſe vti carne abſq; delicto, prohibitione eccleſiæ non obſtante. & eſſet ſuſpectus de hæreſi contrauenient præcepto de carnibus & non abſtinens. num 90.*

91 *Petere hoſtiam non conſecratam tempore mortis ſapit manifeſtam hæreſim. Si antea eſſet ſuſpectus de hæreſi, aliàs non eſſet manifeſtus. numero 92.*

93 *Hæreticus eſt qui dicit votum caſtitatis eſſe impoſſibile & neminem obligari.*

94 *Periurium non eſſe peccatum mortale, dicere hæreticum eſt.*

95 *Baptiſmum miniſtratum ab hæreticis non eſſe verum baptiſmum aſſerens hæreticus eſt.*

96 *Aſſerens Chriſtum eſſe creaturam cauetur vti hæreticus.*

97 *Suſpectus de hæreſi eſt qui non recipit ſingulis annis Sacram communionem.*

98 *Hæreticus dicitur non credens quæ ſunt in ſimbolo Eccleſiæ.*

99 *Chriſtum non fuiſſe conceptum & natum in & ex loco naturali Beatæ Mariæ Virginis in quo & ex quo alij concipiuntur & naſcuntur aſſerere hæreticum eſt.*

100 *Hæreticus dicit qui aſſerit Sacroſanctam communionem non eſſe neceſſariam Chriſtiano.*

101 *Romanam Eccleſiam aliarum non eſſe caput aſſerens eſt de hæreſi ſuſpectus.*

102 *Imperatorem eſſe poſſe non Chriſtianum aſſerens eſt de hæreſi ſuſpectus.*

103 *Hæreticus dicitur qui aſſerit in veneranda; & adoranda Euchariſtia non eſſe verum corpus & verum ſanguinem Chriſti.*

104 *Iuramenta ſcelerata ſolitus facere eſt ſuſpectus de hæreſi.*

105 *Hæreticos libros conſcribens ſeu componens eſt hæreticus.*

106 *Suſpectus de hæreſi dicitur qui veneratur pſeudo prophetas.*

107 *Idem qui frequenter libros hæreticos legit.*

108 *Schiſmaticus dicitur ſuſpectus de hæreſi.*

109 *Simoniam committens eſt ſuſpectus de hæreſi.*

110 *Magiſtratus requiſitus præſtare auxilium contra hæreticum recuſans eſt ſuſpectus de hæreſi.*

111 *Item poſitus in ſacris inſtituens ſcienter hæreticum.*

112 *Item relinquens religionem ſine iuſta cauſa vel probabili.*

113 *Magiſtratus requiſitus ab Inquiſitore iurare, ſe ſeruaturum canones & ſtatuta contra hæreticos & eorum fautores eſt de hæreſi ſuſpectus.*

114 *Suſpectus de hæreſi eſt qui nouas & ſingulares opiniones in materia peccati pertinaciter tuetur contra communes & receptas ſententias.*

115 *Item deſcendens ex mahumetanis vinum non bibens carnes ſuilles non edens & quid ſimile obſeruans.*

116 *Item inducens nouas religiones, & ſectas.*

117 *Item ſocium excuſans de hæreſi inculpatum.*

118 *Hæreticus cenſetur aſſerens maiorem eſſe numerum ſaluandorum quam damnandorum.*

119 *Idem aſſerens corpus Adæ fuiſſe formatum ab Angelis tanquam à cauſis ſecundis.*

120 *Item aſſerens Filium eſſe minorem Patre in diuinis.*

121 *Item aſſerens Adam, & Euam vidiſſe Deum de facie ad faciem.*

122 *Item aſſerens Patrem, & Spiritum Sanctum non potuiſſe incarnari.*

123 *Item aſſerens damnatos pœnituros.*

124 *Item adhærens opinionibus illorum qui continentur in Cap. quidam. 24. q. 3.*

125 *Ambigua aſſertio debet iudicari ſecundum mentem loquentis.*

126 *Verba debent eſſe clara ad iudicandum quem hæreticum quod verum in foro exteriori non autem in foro conſcientiæ num. 127.*

128 *Aſſertio quæ ſecundum aliquos eſt hæretica, & ſecundum alios eſt catholica ſummus Pontifex declarat illam hæreticam non Inquiſitores maximè ſi de iure eſt penitus dubia. num. 129.*

130 *Proteſtatio quæ fieri ſolet verbo vel ſcripto quod nihil intendit dicere contra fidem &c. Iuuat ruſtico. & Idiotæ erranti in his quæ fidei ſunt, & ea vſque ſunt & vti fruuntur, nu. 131. & An, & quando dicta proteſtatio proſit, & ad quid proſit num. 132. 133. 134. 135. 136. & 137.*

138 *Cognitio contrahentium binas nuptias ſpectat ad Inquiſitores.*

139 *Contrahens binas nuptias vti ſuſpectus de hæreſi inquiri poteſt.*

140 *Hæreſim manifeſtam ſapit factum ſi ex eo benè & neceſſario ſequaretur vt baptizare imagines & rebaptizare puerum.*

141 *Manifeſtum dicitur quod non poteſt tergiuerſatione celari.*

142 *Minor non excuſatur in his quæ pertinent ad fidem & ſalutem animæ.*

143 *Hæreticus mentalis impertinens ex ſola eius confeſſione coram Inquiſitore vel Epiſcopo poteſt condemnari ſi confeſſio eſt Iudicialiter facta; ſecus ſi eſt Sacramentalis num. 144. & extraiudicialiter facta ſine teſtibus probata, num. 145.*

146 *Confeſſio ſacramentalis etiam quod ſit de hæreſi non poteſt reuelari.*

147 *Teſtis vnicus de confeſſione extraiudiciali licet omni exceptione maior facit indicium ad torturam.*

148 *Pœna confiſcationis diminuitur confitenti ſponte occultos errores ex quadam equitate eiq; peni-*

tenti occulta iniungitur reconciliatio.

149 Confitens aliquod factum hæreticale & ſi neget prauam intentionem poteſt condemnari vti hæreticus negatiuus.tutius tamen eſſet ſi pro praua intentiane quæſtionibus ſubijciatur, num. 150.

151 Iudex ſecularis cui fuerit remiſſus hæreticus condemnatus non debet inquirere de Iuſtitia ſententia.

152 Inquiſitores poſſunt procedere etiam contra blaſphematores blaſphemiis ſapientibus hæreſim explicitè vel implicitè.

153 Hæreticus in tortura confeſſus hæreſim, & homicidium panitens debet admitti ad gremium eccleſiæ.& dimitti ad Iudicem ſecularem pro homicidio de quo aliter non conſtat.

154 Inquiſitores remittentes ob homicidium hæreticū Iudici ſeculari efficiuntur irregulares.

155 Poſſunt præcipere ſub pœna excommunicationis vt populus & Clerus ſit in eorum ſermonibus.

156 Pertinacia requiritur ad conſtituendum quem hæreticum.

157 Pertinax dicitur qui prædicat fidem noſtram falſam eſſe.

158 Et qui negauerit facta vel verba hæretica de quibus eſt conuinctus etiam ſi de pluribus conuictus aliqua factus fuerit.num 159. & qui noluit deſiſtere ab errore inſtructus de veritate, num.160. qui profitetur errorem hæreticum. num.161.

162 Profeſſio in materia hæreticali capitur pro ſecta ſeu diſciplina.

163 Pertinax dicitur qui defendit errorem hæreticorum.

164 Et qui fuerit condemnatus de hæretica prauitate.

165 Et abiuratus hæreſis reuocatus.

166 Qui pro pertinacibus Iuris præſumptione indicantur.

167 Qui vocantur a Iure hæretici manifeſti.

168 Aſſerens nouum vel vetus teſtamentum falſum.

169 Negans ea quæ publicè prædicantur in Eccleſiis veluti quod Chriſtus non fuerit Crucifixus.

170 Negans aſſertionem aliquam catholicam quam antea confeſſus fuit.

171 Aſſerens aliquid contra Prophetas Euangeliſtas Vniuerſales Sinodus & Epiſtolas Pauli.

172 Inducens aliquem ad hæreſim vel vt hæreſim non dimittat.

173 Cogens abiurare fidem catholicam aliquem.

174 Impediens ne Inquiſitores, ne contra fidem errantes proſequantur.

175 Nolens ſe Eccleſiæ Iudicio ſubijci.

176 Reprehenſus de errore nolens de veritate informari & reſipiſcere eo magis ſi Inquiſitori credere noluerit num 177.

178 Errans verbis, & factis proteſtans, aſſertionem ſuam non reuocaturum.

179 Prohibens Catholicam veritatem prædicari.

180 Gignens nouos errores in defenſionem hæreticæ prauitatis.

181 Permittens hæreticas aſſertiones prædicari,& fortius ſi quis publice prædicauerit num,182.

183 Teſtificans falſum in cauſa hæreſis vti pertinax, & impenitens condemnabitur.

184 Perſiſtens vſque ad mortem in ſuo hæretico errore nec Eccleſiæ ſe reconcilians dicitur pertinax.

185 Dans pecuniam Inquiſitoribus ne puniatur.

186 Recuſans pertinaciter iurare ad purgationem hæreſis.

187 Interrogatus ab Inquiſitore de fide nolens reſpondere.

188 Exiſtens in articulo mortis; & hæreticos petiens conſolatores.

189 Hæreticus omnino occultus eſt ipſo Iure excommunicatus & poteſt ab homine excommunicari, contrarium nu.190.opinio authoris.nu.191.

192 Purgatio Canonica ſuſpecto de hæreſi quomodo indici debeat.Idem in lapſo in veram hæreſim & quando nu.193 ſed contrarium num. 194.

195 Sententia abiurationis neminem declarat hæreticum.

196 Inquiſitores abiurantibus pura mente tenentur bona condonare.

197 Abiurantes hæreſim reſtituuntur etiam, ad priſtinos honores.

198 Abiuratio hæreſis debet fieri à viris annorum 14.& à feminis 12.annorum.

199 Conſultores Sancti officij debent eligi periti proui di & honeſti.

200 Inquiſitores poſſunt cogere Theologos & iuriſperitos venire aſſiſtendo & conſulendo in cauſa hæreſis.

201 Inquiſitores non tenentur ſuffragium conſultores.

202 Hæreſiarca ſeu dogmatiſta etiam conuerſus non euadit pœnam ignis.

203 Sodomitici criminis ad Inquiſitores ſpectat quo ſit vt ſummi Pontificis declaratoria requiratur inter altas perſonas num.204.

205 Peccatum contra naturam ſiue in actu venereo ſiue in adoratione Idolorum ſpectat ad Eccleſiaſticum.

206 Suſpectio hæreſis adeſt contra reos grauiſſimorum criminum.

207 Commiſcens ſe in conſanguineis affinibus commatribus & monialibus eſt ſuſpectus de hæreſi.

208 Inquiſitores procedunt contra ſuſpectos de hæreſi.

209 Hæreticis & ſodomitis non aſſignantur Aduocati.

210 Sodomitæ ſunt ſimilibus hæreticis.

211 Deus primus Inquiſitor puniuit Sodomitis pœna ignis.

212 De veritate ſupradictarum remiſſione.

213 Referens aliorum hæreſes niſi dolo faciat non eſt puniendus.

214 Accuſator aſcribitur numero teſtium in cauſa hæreſis & quando non aſcribitur num. 215.

216 Emens ab hæretico ignoranter fructus perceptos lucratur.

217 Fiſcus Inquiſitionis reuendicat alienata non reſtituto prætio.

218 Inquiſitores poſſunt punire hæreticum cuiuſcunque ſoris dignitatis, & conditionis, & poſt eius mortem infra quinquennium num. 219. non tamen contra fautores hæreticorum. poſt mortem.num.220.

221 Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt eſſe minor 40.annorum.

222 Inquiſitores ſi ſint plures dicuntur habere Iuriſdictio.

ſtionem inſolidum.

225 *Dubius circa ea quæ ſunt fidei perſiſtẽs in dubio hæreticus eſt.*

224 *Pœna hæreticorum eſt vt viuus comburetur cũ confiſcatione bonorum quæ habet locum facta trina admonitione num. 225. & in pertinace non redeunte ad Eccleſiam & qui reddit ad Eccleſiam pœna perpetui carceris tenetur. num. 226. quæ poteſt commutari in aliam pœnam ab Inquiſitoribus. num. 227.*

228 *Aſſerens verba quæ ſapiunt hæreſim implicitam ſiuè explicitam ſine errore intellectus corigens arbitrio Inquiſitorum punitur. Si verba fuerint hæretica ex leuitate lapſu linguæ vel errore, non quod credat eſſe vera leuiter punitur. num. 229. & multo leuius ſi ex inſania vel ebrietate num. 230. vel calore vel ioco ſeu facetia, vel nimio amore. num 231.*

232 *Hæreticus admittitur ad pœnitentiam etiam poſt ſententiam arbitrio inquiſitorum. contrarium vt tantum ante ſententiam admittatur, numero 233.*

234 *Relapſo verè pœnitenti conferuntur Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ licet non remittatur pœna mortis.*

235 *Relapſus dicitur etiam ſi poſt abiurationem in alia ſpecie hæreſis inciderit.*

236 *Aſſerens ſe non eſſe relapſum debet admitti ad defenſiones.*

237 *Relapſus pœnitens ſolet prius ſtrangulari & poſtea comburi.*

238 *Relapſi hæreſis ſuſpicio ſi fuerit leuis arbitrio Inquiſitorum punitur licet grauis quam prius.*

239 *Relapſus accedens ad Inquiſitores & confitens errorem ſuum ſi aliter verificari non poteſt non eſt puniẽdus pœna mortis ſed alia grauiſſima.*

240 *Relapſus dicitur hæreticus pertinax.*

241 *Relapſi pœna non punitur niſi prius vel poſterius in aliquam manifeſtè hæreſim inciderit.*

242 *Relapſus dicitur etiam ille qui non inciderit in eundem errorem ſed hæreticos in eodem errore verſãtes fauens & receptans.*

243 *Relapſus dicitur aufugiens a carcere ſibi pro pœnitentia aſſignato.*

244 *Qui hæreſim a ſe prolatam in continenti corrigat & reuocet non eſt aliqua pœna puniendus licet contrarium ſit certum, num. 245.*

248 *Aſſerens verba hæretica per ignorantiam vel per ruſticitatẽ pœna extraordinaria puniẽdus.*

249 *Hæreticus de præſenti non præſumitur hæreticus de præterito.*

248 *Filij hæreticorum pertinacium non ſunt promittendi ad officia neque beneficia & bonis priuantur etiam nati ante contractam hæreſim, num. 249.*

SINGVLARE LXXIX.

IN conſtit. Regni in conſutilem, nota ſingulariter hanc hæreſis materiam, & primũ,
73 Nona, ſi † Iudex receperit magna dona ab aduerſario recuſari poterit, Aufrer. in tractat. de recuſat. num. 10. & 39. verſ. 72. vbi ſubijcit, ſecus eſſe ſi dona fuiſſent parua, Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 62. Franc. in cap. poſtremò, col. 9. verſic. 28. extrà de appell. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 53.

74 Decima, ſi † Vicarius Epiſcopi fuiſſet Iudex poſſet recuſari, etiam in cauſa famuli ipſius Epiſcopi, Aufrer. in tract. de recuſat. nu. 10. in fin. Præpoſ. & Imol. in cap. inſinuante, extrà de off. deleg. Maſc. d. concluſ. 650. num.
45. quià (inquit) cenſetur idem tribunal, per
75 cap. Romana in prin. extrà de appellat. Et † ſi
contrarium tenuerit Bald. in l. vnica, circa fin. C. ſi quaque præd. poteſt. & in auth. clericus, C. de epiſc. & cler. Ang. in l. aduerſus, circa fin. C. ſi aduerſus rem iud.

76 Vndecima eſt, ſi † Iudex fuiſſet Soccius aduerſarij in eadem domo habitans, recuſari poteſt, Aufrer. in tract. de recuſat. num. 11. arg. l. verum, ff. pro ſoccio, Lanfranc. de recuſat. num. 12. verſ. 6. Maran. in d. §. appellatio, nu. 29. Specul. tit. de off. deleg. §. ſupereſt,

V verſ.

eſſe aduocatus in cauſa pœnitus ſeparata, quià poſſet eſſe Iudex in alia, Maran. in Spec. par. 6. §. app. nu. 42. Franc. in cap. poſtremó, col. 1. extrà de appell. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iudic. tit. 16. num. 56. in fin.

100 Intellige 7. vt † etiam procedat, quandò eſſet conſultor cauſarum aduerſarii, quià recuſari poſſet, Menocch. conſ. 212. nu. 80. vol. 3. Viui. deciſ. 363. num. 9. Ang. conſ. 186. in prin. Caualc. deciſ. 28. ſub num. 114. volum. 2. Alex. conſ. 104. vol. 5.

101 Intellige 8. vt † finito offitio non prohibeatur in cauſa appellationis pro deſenſione ſententiæ ſuæ patrocinari, tamen honeſtius eſſet, ſi abſtinuerit, ne potiùs vni, quàm alteri parti fauiſſe videatur, Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 57. in fin. ſol. 276. Abb. & Felin. in cap. dilectus, filius, extrà de reſc. Paul. de Caſt. in l. quiſquis vult, C. de poſtul.

102 Decimaſeptima, ſi † Iudex fuiſſet in eadē cauſa procurator, recuſari poſſet, Aufrer. in tract. de recuſat. num. 14. in fin. per not. in cap. 1. de teſtib. lib. 6. Ant. in cap, cum à nobis, extrà de teſtib. Præpoſ. in cap. poſtremo, extra de appell. Specul. tit. de recuſar. rub. ex quib. cauſ. ſub num. 2. Ioan. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 56.

103 Decimaoctaua ſi † Iudex fuiſſet ſollicitor in eadem cauſa recuſari poſſet, Aufrer. in tract. de recuſat. nu. 14. verſ. 17. Menoch. lib. 1. de arbit. Iud. quæſt. 73. num. 6. in fin.

104 Intellige vt † procedat ſiuè fuiſſet ſalariatus, ſiuè non, Aufr. in d. tract. de recuſat. num. 14. Domin. in cap. Romana, de teſtib. libro 6.

105 Et ſi † contrarium, vt non procedat in ſalariato tenuerit Roma. conſ. 420. col. 1.

106 Decimanona ſi † Iudex aſſeruiſſet apparere ius alicuius partis in cauſa, Aufrer. de recuſ. num. 14. verſ. 18. & num. 35. verſ. 58. Innoc. & Ioann. Andr. in cap. irrefragabili, §. exceſſus, extra de off. ordin. l. prætor, ff. de iur. om. iud. Pariſ. de ſind. c. §. ſuſpitio, ſub nu. 10. Mara. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 52. Franc. in cap. poſtremò, col. 7. verſ. 7. extrà de appell. in d. l. apertiſſimi, num. 9. Ioann. Segura de Aualos in direct. in d. par. 1. cap. 4. nu. 7. Ang. de Peruſ. in tract. de teſtib. nu. 18. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. ſub num. 56.

107 Intellige 1. vt † procedat, ſiuè id aperuiſſet conſultus antequàm fuiſſet Iudex, ſiuè in ipſo offitio, Aufrer. in d. tract. de recuſat. nu. 14. verſ. 18. Ioann. Andr. & Domin. in cap. legitima, de appell. lib. 6. Bal. in cap. de cauſis, col. 5. extrà de off. deleg.

108 Intellige 2. vt † ſi conſultus votum non aperuiſſet, recuſari non poteſt; Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 52. Franc. in d. cap. poſtremo, col. 7.

109 Intellige 3. vt † Iudex partibus votum propalans teneatur de falſo, Pariſ. in d. §. ſuſpitio, nu. 7. l. 1. ff. de falſ. l. obſeruandum, ff. de off. præſid. Innoc. in d. cap. irrefragabili, col. 1. Ioann. Segura in d. cap. 4. nu. 7. Iacob. de Bello, conſ. 91. nu. 4. inter conſ. Marciar.

110 Vigeſima ſi † aduerſarius eſſet vaſſallus Iudicis, quià tunc poſſet recuſari, Aufrer. de recuſat. num. 54. verſ. 20. gloſſ. cap. cauſam, el 2. extrà de off. deleg. gloſ. cap. tranſmiſſa, extrà de foro compet. Ioann. Andr. & Domin. in cap. legitima, de appell. lib. 6. Lāfrāc. in tract. de recuſat. num. 12. verſ. 5. cap. de forma 22. q. 5. Goffred. in ſumm. tit. de appell. num. 20. Berrett. conſ. 138. nu. 13. Viu. com. opin. in ver. ſuſpectus, vbi teſtatur com. opin. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. nu. 60.

111 Intellige vt † procedat etiam è conuerſò, ſi Iudex fuiſſet vaſſallus aduerſarij, Aufrer. in tract. de recuſat. num. 14. in fin. Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, ſub num. 40. Natt. conſ. 174. num. 1. vol. 1.

112 Vigeſima prima ſi † Iudex tuliſſet teſtimonium in eadem cauſa, recuſari poſſet, Aufr. in tract. de recuſar. nu. 14. verſ. 21. Mara. in d. §. appellatio, nu. 54. l. fin. ff. de teſtib. Specul. tit. de iudic. de leg. §. ſupereſt, verſ. item ſi fuit teſtis, Aret. conſ. 20. in fin. Alber. de Malete, in tract. de teſtib. cap. 4. num. 5. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 120. nu. 4. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 58.

113 Vigeſimaſecūda ſi † Iudex corruptus fuiſſet prætio, vel aduerſarium timeret, quia tūc recuſari poſſet, Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 66. Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt, col. pæn. & tit. de recuſ. rub. recuſatio ex quibus cauſis, ſub num. 2. Ioan. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 55.

114 Vigeſimatertia ſi † Iudex fuiſſet aſſeſſor in eadē cauſa, quià recuſari poſſet, Caualc. deciſ. 28. ſub num. 114. par. 2. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iudic. tit. 16. num. 56.

115 Et ſi † contrarium videatur tenere Aufr. in tract. de recuſat. num. 17.

116 Vigeſimaquarta ſi † Iudex in eadem cauſa cognouiſſet, & ſententiaſſet, quia tunc iterum impetratus ab altera parte in cauſa appellationis recuſari poſſet, Aufr. in tracta. de recuſat. num. 18. Præpoſ. in cap. accepta, extrà de appell. Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 63. Franc. in cap. poſtremo, col. 9. verſ. 29. extrà de appell. Menoch. cent. 5. de arbit. iud. caſ. 458. num. 17. Felin. in cap. inſuper, col. 5. extrà de teſtib.

117 Vigeſimaquinta ſi † Iudex haberet conſimilem cauſam, cauſæ aduerſarij, quià tūc recuſari poſſet, Aufrer. de recuſat. nu. 18. verſ. 27. Maſc. d. cōcl. 943. num. 25. Ioann. Andr. & Domi. in cap. legitima, de appell. lib. 6. gloſſ. & Abb. cap. cauſam quę, extrà de iudic. Lanfranc. de recuſ. num. 12. verſ. 7. Mara. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 46. Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt videre, num. 19. Franc. in cap. pœn. col. fin. verſ. 38. extra de appell. Iacob. Aegid. in tract. de teſtib. & eor. reprobat. num. 36. Viui. deciſ. 363. num. 6. Ioan. in Pelſ. in proceſſ. iudic. tit. 16. num. 44.

118 Intellige 1. vt † non requiratur quòd omninò in ſpecie ſit cōſimilis, Ioan. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. ſub num. 44.

119 Intellige 2. vt † quæ dicatur conſimilis

 cauſa,

cauſa,arbitrio iudicis remittatur, Aufrer. de recuſat, num.18.verſ.27.cap.perſonas,extrà de teſtib.Ioann.Andr.& Domin.in cap.cauſam,el 2.extrà de teſtib.Innoc.in cap. cauſã, quæ el 2.extrà de iudic. quem refert Ioann. Pelſ.in proceſſ.iud.tit.16.ſub nu.45.

120 Et † ſi alitèr declaret Maſcar.d.concl.943 num.26.Abb.in cap.cauſam, quæ el 2. extrà de iudic.

121 Vigeſimaſexta, ſi † Iudex ſententiauerit in ſimili cauſa, quià tunc recuſari poſſet, Aret, conſ.29.num.25.Innoc, in cap. Irrefragabili,circa princ.extrà de off.ordin. Capic. deciſ.46.num.1.& 4. Rebuff.ſuper conſuet. Galliæ,tit.da recuſat. act.9. nu.32. Menoch. conſ.94.num.13.vol.1. Marcheſ. in tract. de commiſſ.ſeu deſcr. commiſ. 3.cap.1. nu.30. Cephal. conſ.28.num.36.vol.1.

122 Vigeſimaſeptimà, ſi † Iudex nimis fauerec aduerſario,poſſet recuſari, Aufrer. de recuſat.num.18.verſ.18.Ioan. Andr. & Domin.in cap.accedens,extià vt litè non conteſt. cap. ad hæc,extrà de reſcr. Mara. in Specul. par. 6.§.appellatio,num.43.Franc.in cap. poſtremò,col.8.verſ.21. extrà de appellat. Specul. tit.de recuſat,rub.recuſa. ex quib. cauſ. ſub num.7.Ioan.Pelſ.in proceſſ. iudit. tit.16. nu. 37.Nauarr.in cap.ſi quandò, 20. cauſa nulſ. ſub num.5.extrà de reſcr.

123 Intellige 1. vt † quandò dicatur nimis fauere aduerſario, iudicis arbitrio remittatur, Aufrer.in tract.de recuſat.num.18, verſ. 28, Ant.& Imol.in cap. accedens, extrà vt litè non conteſt.

124 Intellige 2. vt † in recuſatione debeat exprimi cauſa fauoris, Aufrer. in tractat. de
125 recuſat.num.19. Veluti † ſi nimis animoſæ, vel extràiudi:ialitèr procederet in preiuditium partis,Aufr, in tract. recuſat. num.19. Io.Andr.in c.2.extrà de reſtit.in integ.Mara, in Spec.par.6.§.appellatio,num.45. Abb. in cap.conquærente, col.7. extrà de reſt. Spec. Fran.in cap.poſtremò, col.8. verſ. 27. extrà de appell.Menoch. 565.num.16. in fin. vol.
126 9. Vel † quià grauauit eam in tali, & tali articulo,Aufre.in tract.de recuſat. nu. 19. Vel
127 † quià ſuppleret in facto vltrà caſus à iure permiſſos,Aufrer. in tractar. de recuſat. nu. 22.gloſſ.& Domin. in cap. ſtatutum, de reſcr.lib.6.

128 Intelliga 3.vt † Iudex poſſet fauere alteri parti dummodò non excedat modum, Aufr. in tract.de recuſat.num.19.in fine, arg. cap. conſuluit,extrà de off.delega.

129 Vigeſimaoctaua,ſi † aduerſarius loquutus fuiſſet iudici ad aurea, quià tunc allegari poſſet ſuſpectus,Ioann.Lup.in allegat.hæreſis, §.10,num.4.vbi ait iſtud haberi in ſollemni cultu apud Doctores,Specul.tit. de poſit. §.7.verſ.quid ſi ponens meus Abb.in cap.accedens, num. 8. extrà vt litè non conteſt. Felin.in cap.porrò,extrà de ſent.excomm.Aufrer. in tract.de recuſat, num. 20. Lanfranc. de recuſat. num.14.quem refert, & ſequitur Mara,in Spec,par.6. §.appellatio,nu.44.Specul.tit.de aduo, §.hinc dicendum, circa fin. Ioan. Segura de Aualos in direct.iudic.p.2. cap.4.num.2.Marcell. Cala in tract. de modo articul.& proba.gloſſ.3.num.98.Iaſ.in d.l apertiſſimi,num.9.

130 Intellige 1.vt † non procedat, quandò Iudex palam dixerit,quòd ſibi in aure dictum fuerit, Aufrer.in tract.de recuſat. n.20. Ant. & Imol. in cap.accedens, el 2. extrà vt litè non conteſt.Ioann.Segura in d.cap.4.num.2 add.ad Roma.ſing.261. Rebuff. ſuper conſt. gall.tit.de exeq.ſenten. art.9.gloſſ.2. nu.27. Natt.in clem.ſæpè num.33. de verb. ſignific. Marcell.Cala in d.gloſſ.3. nu.98. Caualc. deciſ.28.ſub num.114 par.2.

131 Intellige 2.vt † nó procedat in cauſa,quæ tractatur ſine ſtrepitu,& figura iuditij, Anfrer.in tract.de recuſat.num.20. Bart. in extrauag.ad reprimendum, verſ. ſine ſtrepitu, num.1.Lanfrãc.in clem.ſæpè de verb. ſignif. Marcell.Cala in d.gloſſ.3. num.98. Natt.in d.clem.ſæpè, num.33. Iaſ.in d. l. apertiſſimi, num.9.

132 Vigeſimanona,ſi † Iudex, & aduerſarius fuerint compatriotæ, & exiſterent in patria extranea,quià tũc allegari poſſet ſuſpectus, Aufrer.in tract.de recuſat.num.21.quià (inquit)extrà patriam compatriotæ plus ſolito ſe diligere ſolent,Ioann.Andr.& Domin.in cap.legitima,de appella.lib.6.Specul.tit. de delegat.§ ſuperest,verſ. item ſi de terra. Pariſ.de ſindic. §.ſuſpitio,ſub num.10. Mara.in d.§.appellatio,num. 29. Abbas in cap. accedens,col.1.verſ.extrà,vt litè nõ conteſt. Goffred in ſum.tit.de appell.num. 19. Segura de Aualos in direct.iud.par.1.cap.9.num.7.Abb. in cap.fin.extra de appell. Bar. in l.fin. ff.de off.aſſeſſor.Ioan.de Amic.conſ.51. num. 13.

133 Intellige 1.vt † procedat,quandò fuiſſent in longinquis partibus.Mara.in Spec. par. 6. §.appellatio,num.39.Berrett.conſ.118.nu.21. Caualc.deciſ.28.ſub num.14.par.2.

134 Intellige 2.vt † procedat iunctis alijs adminiculis arbitrio iudicis,Prouinz. in add.ad reper. B.rtach.in ver.Iudex.arg.l.1.ff.de iure debil.

135 Trigeſima,ſi † Iudex, & aduerſarius fuiſſent compatriotæ, & in patria eorum Iuditium ageretur contrà forenſem, ibidem commorantem, quià tunc recuſari poſſet, Aufrer.in tract.de recuſat.num. 21. verſ. 31. Ant.in cap.accedens, el 2. extrà vt litè non conteſt.Lanfranc.in tract.de recuſatio. nu. 12.verſ.nona,Caualc.deciſ.28.ſub nu.114.par. 2.Ioann.Pelſ.in proceſſ.iud.tit.16.n.51.

136 Intellige vt † procedat in delegato, non autem in ordinario,Aufrer.in tract.de recuſat.num.21.per cap.ſtatutum,§.cum autem, de reſcr.lib.6.Mara.in Spec.par.6.§.appellatio,num.39.Abb.in cap.accedens, col. 2. extrà vt lit.non conteſt. Ioann.Pelſ.in d.tit.16. num.51.

137 Trigeſimaprima,ſi † Iudex haberet cauſã in manibus aduerſarij,& iudicis, quià tunc recuſari poſſet,Aufrer.de recuſat,nu.23.Ioã. Andr.

Andr.& Domin.in cap. legitima, de appell. lib.6.Domin.in cap.fin.de off.deleg. lib.6.

138 Trigeſimaſecunda,ſi † Epiſcopus eſſet iudex ſuorum clericorum ſubditorum contrà alium non ſuum deoceſanum, quia recuſari poſſet,Aufrer. de recuſat. n.24.Ioann.Andr. & Domin.in cap.legitima,de appell. lib.6.

139 Trigeſimatertia,ſi † Iudex eſſet indoctus, & punctus ſubtilis,recuſari poſſet,Aufrer.in tract.de recuſa.num.34.verſ.54.Bald.in l. ſi. quæſt.16.C.de hæredit. inſtit. Cyn.in l.certi, C.loca.Ioann.Andr.& Domin. in cap.ſtatutum,§.aſſeſſorem,de reſcr. lib. 6. Pariſ. de ſindic.§.ſuſpitio,num.6.& 7. gloſſ. auth. de iudit.in prin.Mara.in Spec. par.6. §. appellatio,num.67.Bald & Felin. in cap.ſuſcitatus, axtra de reſcr. Iaſ. in l.apertiſſimi, colum.3. verſ.2.cauſa,C.de iud.Maſcard.d.concl. 943. num.14.Andr.Gail.d.obſer.33.nu.9.

140 Trigeſimaquarta,ſi † Iudex ſuſpectus nõ in totum ſubdelegauerit ſubdelegatus recuſari poſſet,Aufrer.in tract.de recuſar. nu.34. verſ.55.cap.iudex de off.delega.lib.6. vbi Ioann.Andr Ioann.Mon.& Dom.

141 Trigeſimaquinta,ſi † iudex fuerit ſuſpectus proptèr aliquam qualitatem, quæ ſuã reſpiceret dignitatem, etiam eius ſucceſſor recuſari poſſet,Aufrer.in tract.de recuſat.n. 34.verſ.56.Bald.in cap. de cauſis, extrà de off.delega.

142 Trigeſimaſexta,ſi † iudex procurauerit ſibi cauſam committi, poſſet recuſari, Aufrer. de recuſat.nu.35.verſ.57.Ioann.Andr.Arch. & Domin.in cap.ſi contrà vnum de off. deleg.lib.6.Bald.In cap.de cauſis, extrà de off. deleg.Mara.in Spec.par 6. §.appellatio, nu. 60.Specul.de off. deleg.§.ſupereſt,verſ.item ſi ipſe,per l.quæ omnia,ff.de procur.

143 Trigeſimaſeptima, ſi † iudex ſucceſſerit aduerſario in totum,vel in partem, Aufrer. in tract.de recuſat.num.35.verſ. 60.l. Iulianus ait ff.de iudit.Ioann. Andr. & Domin. in cap.legitima,de appell.lib.6. idem Ioann. Andr. in add.ad gloſſ. cap.cauſam, quæ extrà de off. iud. deleg. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iudit.tit.16. num.53.

144 Trigeſimaoctaua, ſi † iudex à quo ſucceſſerit iudici ad quem, vel è conuerſo recuſari poſſet in cauſa appellationis,Aufr.de recuſ. num.35.verſ.67.& Bald.in l.eos.C.de appel.

145 Trigeſimanona, ſi † quis vti pars capituli aliquid capitulariter feciſſet, & ad eum, vti iudicem appellaretur,recuſari poſſet, Aufr. in tract.de recuſat.n.35.verſ.63. gloſſ. in c.à collatione,de appell.lib.6.

146 Quadrageſima,ſi † iudex perciperet commodum ex iuriſdictione poſſet recuſari ſuſpectus ad cognoſcendũ, an ſua ſit iuriſdictio,Aufrer.in tract.de recuſat.nu. 36. verſ. 64.Innoc.in cap.ex parte, el 1. extrà de verb. ſignific.gloſſ.& Ant.in cap.ad audientiam 3, extrà de appell.gloſſ.& Bar. in l. de iure, ff. ad municip. Bald. in l.2.§.ſi quis in ius voc. & in cap.conquærente,extrà de reſtit.ſpol.

147 Intellige 1.vt † procedat, quandò commodum pertineret ad ipſum Iudicem, ſecus ſi ad dignitatem,vel officium, quià tunc recuſari non poſſet,Aufrer.in tract. de recuſat.n. 36.verſ.64.Præpoſ.in cap.ad audientiam, extrà de appellat.

148 Intellige 2,vt † arbitri habeant inſpicere qualitatem iudicis, & quantitatem ſportularum,Aufr.in tract.de recuſat.num. 36.verſ. 64.arg. cap. & ſi quęſtiones. extrà de ſimon.

149 Quadrageſimaprima,ſi † iudex ſubditam ſuam inuitam vellet ducere in vxorẽ poſſet per ipſam,& eius familiam recuſari,Aufre. in tract.de recuſa.num.39.verſ.70. per l.vnicã,C. quacũquè præd. poteſt. quàm adducit Maſcar.d.concl.943.num.23.

150 Quadrageſimaſecũda,ſi † Epiſcopus eſſet ſuſpectus,& eius Vicarius recuſari poſſet,Aufrer.in tract.de recuſat.nu.38.ver.71.gloſſ. c. ſi contrà vnum,de off.delega.lib.6. Mara.in Spec.par.6.§.appellatio.nu.28.Abb.& Felin. in cap.inſinuãte,col.2.extrà de off.deleg. Nõ
151 † etiam procederet è conuersò, Aufrer. in tract.de recuſat.num.38.verſ.71.

152 Quadrageſimatertia, ſi † quoquomodo cauſa tangat iudicem veluti euictionis,vel fideiuſſionis,poſſet recuſari,Aufrer.in tracta. de recuſat.num. 39.verſ.76.& num.15.Ant.in cap.cum à nobis,extra de teſtibus.Bald.in l. ſi cui legetur,ff.de leg.1. Maran. in d. §. appellatio,nu.65.Franc.in cap.poſtremò,col.2. verſ.30.& verſ.31.extra de appell. Alex. in l. qui iuriditioni 9.limit.ff.de iur.om. iud. niſi (inquit) extaret conſuetudo in contrarium, quia valeret,Natt.conſ.294.n.2.vol. 2. Licet
153 alij tenuerint non † poſſe recuſari, quando intereſſe tangit iudicem ſecundario, ſeu in conſequentiam, & non principaliter, inter quos eſt Surd.conſ.193. num 3.lib.2. Boſſ.de foro comp.num.173.Crauett.conſ.232.nu.8. Natt.conſ.98. nu.28.& 29.lib.1.à Ponte in tract. quis ſit iudex in cauſa feud. col. 2. Et
154 † multo magis ſi eſſet iudex in cauſa propria,Maran.in Spec.par.6. §.appellatio, nu. 32.l.1. C.ne quis in ſua cauſa, l.1. §.propriã, ff.quandò appellandum,cap biduum,verſic. propriam 2.quæſt.6.Vant.de null.defe.iud. ord.num.93.Natt.conſ.294. num.1. vol.2. & conſ.614.nu.10.vol.3.à Vall.conſ.16. nu.1,& 5.vol.2.Surd.conſ.47.nu.1.& conſ.50.num.9. lib.1.& conſ.193.n.6.lib.1.Amenell.ſing.189. Oldrad.conſ.284.Boſſ.tit.de foro comp. nu. 38.Ioan.Pelſ.in proceſſ.iudit.tit.16.num. 49.

155 Etiam ſi † fuiſſet Princeps non recognoſcẽs ſuperiorẽ habens cauſam cum non ſubdito, Maran.in d.§.appellatio,nu.33.Socc.conſil. 120.col.9.vol.1.Surd.conſ.193.num.6.

156 Quadrageſimaquarta ſi ageretur de infamia,vel honore ipſius iudicis,quia poſſet recuſari,Aufrer.in tract.de recuſat, nu. 41. Archid.in cap.quia ſuſpecti 3. quæſt. 5. Ioann. Pelſ.in proceſſ.iud.tit.16.num.23. vbi teſtatur com.opin.Bart. In l.quidam conſulebat. ff.de re iud. Ioan. Andr. in cap. piæ de except.lib.6.meus Abb.in cap.ſuper literis, nu.
157 10.extra de reſcr.Idem ſi † obijceretur de

pu-

pupillari ætate ipſius iudicis, quia in huius articuli cognitione poſſet recuſari, Aufrer. de recuſat. num. 42. verſ. 82. Innoc. in cap. prudentia, nu. 3. de off. deleg. Ioann. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 24 Bar. in d. l. quidam conſulebat.

158 Quadrageſimaquinta, ſi † excipiatur contra iudicem, non eſſe iudicem pænitus, Aufrer. in tract. de recuſa. nu. 44. verſ. 83. Bar. in l. ex ſententia circa fin. ff. de teſta. tute. Bal. in l. iudices, C. de fide inſtr. Ang. in l. cõſtitutiones, §. fin. ff. de appell. Bal. in cap. 2. circa fin. de alie. feud. pater. Anton. in cap. cęterum, col. 7. extra de iudit.

159 Quadrageſimaſexta, ſi † opponatur delegãtẽ nõ habere iuriditionẽ poſſet delegatus iure optimo recuſari, Aufrer in tract. de recuſ. n. 45. verſ. 92. Bal. in l. 2. C. ſi à nõ cõp. iud.

160 Quadrageſimaſeptima, ſi † dominus eſſet ſuſpectus tota eius familia recuſari poſſet, Mara. in ſpec. par. 6. §. appellatio, n. 31 Abb. & Felin. in cap. inſinuãte extra de off. deleg. Ioan. Pelſ. in proceſſ. iud. tit. 16. ſub nu. 43.

161 Quadrageſimaottaua, ſi † iudex fuiſſet datus ad petitionem alterius partis, quià ſolùm ex hoc recuſarj poſſet Mara. in Spec. p. 6. §. appellatio, num. 53. l. obſeruandum, ff. de iudit. cap. inſinuante, extra de off. delegat. Franc. in cap poſtremò, col. 8. verſ. 22. extra de appell. Aufrer. in tract. de recuſat. nu. 35. verſ 59. Bal. in l. qui iuriditionem, col. 2. ff de iur. om. iud. Thom. Triuiſ decis. 64. nu. 7. lib. 2. Ludou. deciſ. Peruſ. 108. num. 7. & 8. lib. 2. Grat. conſ. 134. nu. 6. lib. 6. Marcheſ. in tract. de comm ſſ. ſ. u reſcr. commiſſ. 3. cap. 1. nu. 26. Menocch. conſ. 865. ſub num. 16. vol. 9. Et

162 ideo † oculatiſſimus meus præſes de Ran, nõ ſolet iudicem aſſignare à partibus petitum, & iure optimo, Iacob. in l obſeruandum, nu. 6. ff. de iudit. Rebuff. in tract. de ſẽt. exequut. art. 8. gloſſ. 2. nu. 3. Natt. conſ. 394. nu. 1. vol. 2. Anna ſing. 283. vbi Fabius in add. Paul. de Caſtr. in d. l. obſeruandum.

163 Intellige primo, vt † non poſſet recuſari à petente, Maſc. vol. 2. de probat. concl. 950. n. 42. gloſſ. & Iaſ. in d. l. apertiſſimi, Alex. in l. quia poterat, num. 5. ff. ad trebell.

164 Intellige 2. vt † non procedat quando ſuperueniſſet noua causa, Maſc. d. cõcl. 950. n. 43. Angel. & Alex. in l. quia poterat, ff. ad trebell. Imol. in cap. 1. extra de iudit. Iaſ. in d. l. apertiſſimi num. 2.

165 Quadrageſimanona, ſi † iudex eſſet nimis ſeuerus, & crudelis recuſari poſſet, Mara. in Spec. par. 6. §. appellatio, n. 68. Iaſ. in l. apertiſſimi, col. 2. num. 9 verſ. 3. cauſa, C. de iudit. Bal. in l. 1. ff. de his qui ſũt ſui vel alie. iur. Menocch. conſ. 94. num. 17. vol. 1.

166 Quinquageſima, ſi † iudex eſſet indiſcretus poſſet recuſari, Maran. in Spec. par. 6. §. appellatio, num. 69. Bal. in cap. ad noſtram, circa fin. extra de probat.

167 Quinquageſimaprima, ſi † iudex conſueuerit eſſe iniquus, poſſet recuſari, Mar. in d. §. appellatio, num. 70. Bald. in d. cap. ad noſtram, circa fin.

168 Quinquageſimaſecundà, ſi † iudex non velleт audire aduocatum in cauſa, licet clara, recuſari poſſet, Mara. in d. §. appellatio, num. 72. Lanfranc. in clem. ſepè verſ. de plano, de ver. ſign.

169 Et † tandem poſſet iudex ſuſpectus recuſari ex omnibus cauſis maioribus, vel ſimilibus in iure expreſſis iudicis arbitrio remittendis, Aufrer. in tract. de recuſ. num. 45. verſic. 93. Ant. & Præpoſ. in cap. poſtremò, extra de appell. Innoc. Abb. & Ioann. Andr. in càp. cum ſpeciali, extra de appell. Lanfranc. de recuſat. num. 12. in fin. Menocch. de arbit. iud. lib. 2. caſ. 152. num. 2.

170 Declara 1. vt † tertius pro ſuo intereſſe poſſet allegare iudicem ſuſpectum, Aufrer. in tract. de recuſ. nu. 38. verſ. 69. Ant. & Imol. in cap. cum ſuper extrà de off. deleg. Lãcell. de att. c. 6. nu. 56. Franc. in c poſtremò col. fi. extrà de appell. Lancell. de off. prætor. in cu. ciu. §. 2. cap. de exceptione, ſub num. 7. verſ. 5. ampliari poteſt, Maſc. vol. 2. de proba. concl. 943. num. 4. & 5.

171 Declara 2. vt † iudex recuſatus poſſet interrogari cum iuramento de cauſa recuſationis, quæ crimen, vel infamiam nõ ſapit, Aufrer. in tract. de recuſ. num. 46. verſ. 9. principalitèr, vbi teſtatur ita communiter fieri glo. c. 1. extra de except. in ver. cõfeſſi. Theſau. deciſ. 6. verſ. his tamen, Abb. & Imol, in d. c. 1. Rebuff. in tract. de recuſ. art. 1. gl. 3. in fin. Caual. deciſ. 28. num. 109. par. 2. Franc. in c. cum ſpeciali, quæſt. 7. extra de appell. Couarr. pract. quæſt. c. 26. ſub num. 3. Caualc. deciſ. 28. num. 109. par. 2.

172 Declara 3. vt † recuſato ſub nomine dignitatis mortuo non poſſet ſucceſſor de cauſa cognoſcere, Tiraq. ceſſ. cauſa 1. par. num. 120 Alex. in l. ex facto, in prin. col. 1 ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Ioann. Andr. & Domin. in c. ſi iudex, ff. de off. deleg. lib. 6.

173 Declara 4. vt † probationes in materiam recuſationis debeant fieri corã arbitris, Aufrer. in tract. de recuſat. nu. 47. col. fi. verſ. aduertè, & col. 1. n. 3. verſ. præterea, Maſc. vol. 2. de probat. concl. 943. num. 8.

174 Declara 5. vt † recuſatio debeat fieri antè litem conteſtatam, & antè omnes exceptiones dilatorias, aliàs videtur conſenſiſſe in iudicem, Lanfranc. in tract. de recuſ. in princ. Iaſ. in l. apertiſſimi, nu. 11. C. de iudit. Inn. in c. intèr monaſterium, extrà de re iud. Bart. in l. quidam conſulebat, ff. de re iud. Bal. in l. fi. C. de iudit. Mara. in Spec. par. 6. §. appellatio, n. 15. Craſſ. lib. 2. com. opin. cap. 8. q. 14. Miſinger. in ſuis obſer. cent. 4. obſeru. 59. Ferrar. in pract. Pap. in forma libell. in act. reali, in gl. in ver. iudicem ſuſpectum, num. 7. Marſil. in l. quis ne quæſtio, nu. 14. ff. de q. Neuizz. conſil 36. num. 2. Marcheſ. in tract. de commiſſ. ſeu reſer. com. 3. cap. 2. num. 20. Maſc. d. concl. 943. num. 34. vbi teſtatur commun. opin. Oſaſc. deciſ. 15. ſub num. 4. Quicquid diſtinguat à Villalob. in verb. ſuſpitionis cauſa,

ſa, ſub num. 161.

175 Intellige 1. vt † ſi plures exceptiones fuerint oppoſitæ, & alia exceptio, quam recuſationes foret prima, nihilominus valeret oppoſitio non attento ordine literæ, Lanfranc. in tract. de recuſat. circa princ. Bart. in d. l. quidam conſulebant, Bal. in d. l. fin. argu. l. tale, ff. de hæred. inſtit.

176 Contrarium † tenuit Maſcard. d. concl. 943. ſub num. 34. Bald. in l. quidam conſulebat, num. 9. ff. de re iud.

177 Intellige 2. vt † ſi cauſa recuſationis fuiſſet orta poſt litem conteſtatam, poſſet nihilominus deinde opponi recuſatio, Lanfranc. de recuſat. nu. 2. l. non diſtinguemus. §. cum quidam, ff. de arbitr. Angel. in l. fin. C. de iur. om. iud. gloſſ. cap. inſinuante, extrà de off. delega. Mara. in d. §. appellatio, num. 74. Dec. in cap. ſuper, num. 2. extrà de off. deleg. Neuizz. conſ. 44. num. 6. Felin. in cap. cauſam, quæ extrà de off. delega. Maſuer. in add. ad pract. Papienſ. in forma libelli in act. reali, gl. in ver. & in quantum, num. 2. Ruin. conſ. 6. num. 3. vol. 1. Rebuff. in tit. de recuſat. art. 1. gloſſ. 6. num. 2. Maſcar. d. concl. 943. num. 35. Burſat. conſ. 21. num. 34. vol. 1. Iodoch. in praxi ciuili, rub. de recuſ. iud. cap. 125. nu. 16. fol.

178 220. Idem eſſet † ſi perueniret ad notitiam recuſantis, poſt litem conteſtatam, licèt cauſa recuſationis, anteà orta fuiſſet, Ant. Gabr. lib. 2. & concl. tit. de iud. concl. 5. nu. 8. & 9. vbi ſubjcit, ſtari iuramento recuſantis, maximè ſi fuiſſet diligens in perquirendo conditiones iudicis antè litem conteſtatam, Angel. in l. nemo carcerem, C. de exact. lib. 10. Lancell. de attent. cap. 6. num. 50. Craſſ. lib. 2. com. opin. cap. 8. quæſt. 14. vbi id ait eſſe verũ abſque controuerſia, Maſc. d. concl. 943. nu. 35. 37. & 38. Ruin. conſ. 6. nu. 8. vol. 4. Pau. de Caſt. in d. l. aperiſſimi, num. 2.

179 Intellige 3. vt † recuſatio poſſet, etiam proponi poſt concluſum in cauſa, ſi cauſa recuſationis tunc ſuperuenerit, Maſc. d. concluſ. 943. nu. 36. Imol. in cap. Iudex, de off. deleg. lib. 6. Ruin. conſ. 12. & 13. vol. 2.

180 Declara 6. vt † minor cauſa repellat iudicem à iudicando, quam teſtes à teſtificãdo, Lanfranc. in tract. de recuſat. num. 12. glo. c. accedens, el 1. extrà vt litè non conteſt. Maſc. vol. 2. de probat. concl. 943. ſub num. 18. Innoc. in cap. inſinuante, extrà de offic. deleg. Ioann. Petſ. in proceſſ. iud. tit. 16. num. 48. gloſ. in ver. familiarem, cap. inſinuante, extra de off. deleg. Iaſ. in l. aperiſſimi, nu. 72. C. de iud. Gail. lib. 1. obſeru. 33. num. 10. Surd. conſ. 50. num. 21. vol. 1. meus Abb. in cap. cum veniſſent, num. 9. extrà de iud.

181 Declara 7. vt † propoſita recuſatione legitima, dicatur recuſans exẽptus à iuriſdictione recuſari, Pariſ. de ſindic. §. ſuſpitio, ſub num. 11. Ioan. Andr. in c. cum ſpeciali, extrà de appell. Iodoch. in praxi ciuili, tit. de recuſ. iud.

182 c. 125. num. 20. fol. 220. Vnde ſi † procederet in cauſa erit ipſo iure nullus proceſſus, Mara. de ord. iud. par. 6. ver. appellatio, num. 24. & par. 4. diſt. 16. n. 4. Bal. in l. quia poterat, ff. ad trebell. Rom. conſ. 220. col. 2. Paul. de Caſt. conſ. 231. vol. 2. Gemin. in cap. iudex de off. deleg. lib. 6. Alex. conſ. 89. volu. 2. Robert. Lancell. in tract. de attent. cap. 6. num. 4. vbi teſtatur magis comm. opin. Miſing. cent. 2. obſer. 92. Aemilian. deciſ. conſ. 22. num. 10. Cephal. conſ. 41. num. 19. lib. 2. Pariſ. conſ. 98. num. 7. vol. 3. Ruin. conſ. 6. num. 5. vol. 4. Caſſan. conſ. 30. nu. 21. Burſat. conſ. 21. nu. 20. vol. 1. Rebuff. in tract. de recuſat. art. 6. gloſſ. vnica, num. 2. gloſſ. in ver. exequutores, l. aperiſſimi, C. de iud. Ant. Gabr. lib. 2. concl. tit de iudic. concl. 5. num. 1. vbi teſtatur hanc eſſe magis com. opin. Vant. de nullitat. de modo vide. proceſſ. num. 2. verſ. ſine iudicaſſet, & tit. ex defe. iurid. ordin. num. 140. vbi teſtatur com. opin. Menocch. conſ. 865. num. 15. vol. 9. Prapoſ. in cap. cum ſpeciali, nu. 40. extra de appellat. Circou. cent. 3. cõ. opin. cõcl. 91. vbi teſtatur com. opin.

183 Intellige primo, vt † procedat etiã ſi cauſa in recuſatione expreſſa non fuerit probata, dummodo fuerit talis quæ ſi fuiſſet probata reputaretur legitima. Lancell. in d. c. 6. num. 18. Innoc. & Franc. in cap. cum ſpeciali, extra de appell. Verall. deciſ. 35. Paleot. deciſ. 150.

188 Intellige ſecundo, vt † procedat etiam ſi iudex recuſatus fuerit valde religioſus, & timoratæ conſcientiæ, Lancell. de attent. cap. 6. num. 23. Natt. conſ. 174. num. 9. vol. 1. Burſat. conſ. 21. ſub num. 32. vol. 1.

185 Intellige 3. vt † ex hoc ſolum quod non obſtãte allegatione ſuſpitionis in cauſa proceſſerit Iudex recuſari poſſet, Menoch. cõſ. 865. nu. 17. vol. 9. Oſaſc. deciſ. 84. num. 11.

186 Declara 8. vt † exceptio recuſationis non cenſeatur reiecta ſtante ſtatuto rejiciente omnes exceptiones, Afflin. in praxi iud. §. 31. cap. 45. num. 1. gloſſ. in ver. exceptiones, cap. quoniam contra extra de probat. Deci. in cap. ex parte, nu. 82. extra de off. deleg. Menocch. de præſump. lib. 2. præſum. 48. nu. 42.

187 Declara 9. vt ſi recuſans comparauerit coram iudice recuſato cenſeatur recuſationi renuntiaſſe, Lancell. in tract. de attent. c. 6. n. 28. Abb. & Franc. in cap. cum ſpeciali extra de appellat. Alex. conſ. 183. num. 5. vol. 2. & conſ. 12. nu. 4. vol. 6.

188 Intellige vt † non procedat quando recuſans proteſtatus fuiſſet in quolibet actu nolle in eũ cõſentire, Lãcel. de att. c. 6. nu. 29. & 30. Paleot. deciſ. 159. Mohed. deciſ. 44. Burſat.

189 conſ. 21. n. 30. Nõ † enim ſufficeret proteſtatio in primo actu, & nõ in ſequẽtibus, Lãcel. in d. c. 6. n. 30. Pute. deciſ. 41. & 43.

190 Declara 10. vt † Iudex recuſari poſſet à conſtituente, ſi procurator tãtũ in eũ cõſẽſerit, Lãcell. de attẽt. c. 6. nu. 60. & 61.

191 Declara 11. vt † Inquiſitores hæreſis non poſſent recuſari, Ioann. Royas in tract. de hæret. par. 2. num. 435. Archid. & Domin. in cap. quia pleriqu. de off. ord. lib. 6. Ripa in tractat. de peſte, lib. 3. num. 140. Ioann. Royas

in ſing.

in ſing.fidei 100.Bernard.Comenſ.in Lucer. Inquiſ.in ver.recuſatio,§. primo, quē ſequitur Reuerendiſs. Don Ludouici a Paramo
191 vtriuſquè † iuris cenſuræ doctiſſimus,& expertiſſimus in elegantiſſimo,& perutiliſſimo eius tracta.de orig.& progreſſ.offit.S.Inquiſit.lib.3.q.4.rub.de expedit.proceſſ.num.55. fol.601.Niſi(inquit) ex magna cauſa,Iac.Septima.de cathol.inſtit.cap.26.num.26.
192 Declara 12. vt † merus exequutor non poſſet recuſari,Dec.in cap.nouit. nu.6. extrà de appell.Bertazz.in tract. de Epiſc. par. 2.lib.4.num.22.Abb.in cap.ſuper,num.3. extrà de off.delega.
193 Intellige 1.vt † non procedat, quandò aliquo modo deberet cognoſcere de cauſa exequutiua, velutì de oppoſitionibus aduerſus exequutionem præſentatis,Caualc. deciſ.28. num.95.lib.2.
194 Declara 13.vt † licèt quis præſtiterit de ſtando iuri,vel copiam libelli petierit poſſet iudicem recuſare,Pariſ.in tract. ſind c. §.ſuſpirio,circa fin.Bal.in l.1. C. de litis conteſt. Maſc.vol.2.de probat.concl.943.num.6 Ant. in cap.intèr Monaſterium,verſ.oppono, extrà de re iud.
195 Declara 14.vt † Cardinalis poſſet recuſari,Caualc.deciſ.28.nu.110 par.2.Gigaſ conſ.
196 91.col.4.Non † autem Imperator,vel Papa, vel alius non recognoſcens ſuperiorem, Caualc.deciſ.28.num.111.par.2.Aufrer.de recuſat.ſub num.6.
197 Declara 15. vt † ſi caput conſilij fuerit ſuſpectum,totum conſilium erit ſuſpectum, Pariſ.de ſindic.tit.ſcholaris,§.ſuſpitio, num. 10.tract.diuerſ.tom.7.fol.314.à tergo, Bal.in l.1.C.ſi rector,Prouin.Boer.deciſ. 269. Maſc. vol.2.de probat.concl.943.nu.33. Viu. com. opin.in ver.ſuſpecti,circa med.
198 Declara 16.vt † poſſet etiam conſilium Principis allegari ſuſpectum, quando principaliores fuerint ſuſpecti,Pariſ.in d. §. ſuſpitio,ſub num. 10. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent.5.caſ.458 num.21.verſ. extēditur 2. Rip. in c.2.n.42.extrà de iud.arg. c. vlt. extrà de
199 proc.Et † conſilium prouintiale poſſet recuſari ex iuſtis cauſis, Menoch. d. caſu 458. nu. 3.vbi teſtatur hanc eſſe receptam ſententiam, & conſ.94.num.6.Spec.tit.de requiſ.conſ. in prin.nu.3.Franc.in c.poſtremò,ver. 8. & vlt. extra de app.Fel.Dec.& Rip.in cap.1. extrà de iud.ille,num.6.iſte,num.16.hic, num.40.& Villadiego in tract.delega.par.2.quæſt.10. in
100 fin.Boer. deciſ.269. Et † omnes Doctores vnius Ciuitatis,vel Collegij poſſent allegari ſuſpecti,ſicut ſingularis perſona, Pariſ. in d. §.ſuſpitio,ſub num.10.Menoch.lib. 2. de arbit.iud.cent.5.caſ 458.num.12.& conſ.94. n. 10.lib.1.Alber.de ſtatu, par.2.quæſt. 101. vbi ait fuiſſe obſeruatum,Iaſ.in l.apertiſſimi, n. 10.C.de iudit. Dec. in cap. 1. num. 26. extrà eod. Boer.quæſt.269. num.4.Grat.conſ. 134. num.2.& 4.lib.2.Port.conſ.91.num.26.lib.1. Burſat.conſ.265. num.14. vol. 3. vbi teſtatur hanc eſſe crebriorem ſententiam, Decian. conſ.26.vol.2.Ludou. deciſ.Peruſ.108. par.2 Lancell.Corrad.in prætor.iuris,lib.1. c.9. de except.num.9.in fin.Maſc.volum. 2. de proba.concl.943.num.30 Abb.in cap.cauſam, quæ el 2.extrà de iudit.cap.accidens,el 2.ex-
201 trà vt lite non conteſt. Licèt † contrariam ſententiam dixerit magis comm.Maſcar.d. concl.943.num.32.Viu. comm.opin. in ver.
202 ſuſpecti,in princ. Et † Senatus poſſet etiam ex iuſtis cauſis allegari ſuſpectus,Menocch. d.caſu 458.num.11.Boer.quæſt. 269. num. 4.
203 Quamuis contrariam ſententiam dixerit cō. Maſc.per d.concl.943.num.32.Viuius com. opin.in ver.ſuſpecti circa med.
204 Declara 17. vt † quælibet perſona, quæ poſſet interuenire in iuditio recuſari poſſet à Villalob.com.opin. in ver. ſuſpitionis cauſa,ſub num.161. circa med.Ang. in l. obſeruare,ff.de iudit.Præpoſ.in cap.cum ſpeciali,colum.13.extrà de appell.
205 Declara 18.vt † Iudicem integerrimum non debeant arbitri facilem ſuſpectum pronuntiare,Menocch lib. 2. de arb. iudit. caſ. 152.num.7.meus Abb.in d. capit. poſtremò, circa fin. Alex. & Iaſ. in l. qui iuriſdictioni, ff.de iur.om.iud.ille,num.6.iſte,num.19.Pariſ.conſ.31.num.68.vol.1.Tiraq.de pœn.cau
206 ſa 51.num.60.& 61.Maximè in † cauſa leuis ponderis,Menoch.d.caſ.152. num. 9. Iaſ. & Dec.in d.l.qui iuriſdictioni,ille, num.9. verſ. 6.fallit,iſte,num.15.verſ.2.hæc.

ARGVMENTVM.

Iudicium ſiuè ſententia an,& quando ſit nulla,qui poſſunt dicere de nullitate,& an & quando ſententia nulla poſſit confirmari,& coram quo, de nullitate agendum.

SVMMARIVM.

1 *Iuditium ex multis cauſis dici nullum, & primo ex defectu iuriſdictionis multo magis delegatæ num. 2. item nullum reſpectu ſummæ quando eſt indiuiſibilis licèt diuiſibilis quoad ſummam in qua extenditur iuriſdictio. num. 4. & etiam quando excedit ſuam iuriſdictionem, num. 3.*
5 *Statutum reiiciens omnes nullitates non reiicit illam quæ procedit à defectu iuriſdictionis.*
6 *Geſta per Iudicem dubium de ſua iuriſdictione non valent.*
7 *Proceſſus factus vti delegatus ſi eſt ordinarius non valet & econtra,non procedit ſi ſententiam ferret omni meliori modo num. 8.*
9 *Proceſſus valet ſi lite ſit conteſtata per partes coram tali Iudice niſi probetur illum non eſſe Iudicem.*
10 *Idem ſi Iudex fuiſſet in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ordinariæ vel delegatæ.*
11 *Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis non poteſt confirmari neque reformari à iudice appellationis, contrarium num. 12.*
13 *Iuditium redditur nullum ex defectu naturali*

In-

Iuditium vitiatur ſi furioſus, mutus, ſurdus, vel impubes.

14 Exceptiones ad conualidandum Iudicium etiam poſt ſententias apponi poſſunt.

15 Et tale Iuditium etiam parte non opponente eſt nullum.

16 Iuditium redditur nullum ſi Iudex in cauſa propria iudicauerit, non procedit in Inquiſitoribus num. 17.

18 Sententia lata ab vno ex pluribus Iudicibus eſſet nulla ſi non habent iuriſdictionem in ſolidum idem in delegatis num. 19.

20 Iuditium redditur ſi cauſa eſſet commiſſa pluribus cum clauſula quod ſi non omnes intereſſe poterint alii iudicent ſi proceſſum fuerit ante notificationem impedimenti aliorũ, ſecus ſi cõmiſſio fata fuerit cũ clauſula quod vnus, vel duo procedere poſſint. n. 21 & ſi vnus ſuſceperit alij nõ poſſunt ſe impedire niſi primo impedito nu. 22.

23 Procedit etiam in pluribus arbitris.

24 Proceſſus eſt nullus ſi per delegatũ fuerit proceſſũ ante præſentationẽ reſcripti, & ſuperueniẽte reſcripto non validatur, n. 25. ſi tamen nõ obſtante oppoſitione partis fuerit proceſſum, num. 26.

27 Proceſſus eſt nullus ſi Iudex proceſſerit in cõtumaciam alicuius non conſtito de citatione & relatione nuntij & multo fortius ſi factus fuiſſet ſine citatione num. 28.

29 Citatio facta in die feriata vt compareat in die Iuridica valet de conſuetudine.

30 Citatio dicitur circumducta ſi citatus ad omnes actus ſemel comparuerit.

31 Sententia eſt nulla ſi Iudex proceſſerit cum maxima celeritate abſque recitatione proceſſus intellige ſi de ſero habuit proceſſum & de mane ſequenti talis ſententiam nu. 32. ſed totius tẽpus remittitur arbitrio Iudicis, n. 33. procedit etiam in ſententia imperatoris, n. 34. intellige quando fuiſſet lata contra abſentem ſecus in præſentem & non contradicentem n. 35. non procedit in ſententia lata in confeſſum, num. 36.

37 Feſtinatio nimia Iudicis eſt Iuſtitiæ nouerca.

38 Iuditium eſt nullum factum cum falſo procuratore vel quod non habeat mandatum vel quod ſit reuocatum. Idem ſi eſſet excõmunicatus tẽpore quo fuit factus procurator ſecus ſi poſt mandatum ſuperuenerit excõmunicatio quia tunc parte opponente aliàs non num. 39.

40 Exceptio falſi procuratoris etiam poſt ſententiam opponi poteſt, & poteſt opponi ex parte tam actoris quam rei num. 41.

42 Procuratorium poteſt per teſtes probari ad ſubſtinendum iudicium.

43 Iudicium factum cum filiofamilias ſine patris conſenſu eſt nullum & opponi tam antequam poſt ſententiam n. 44. & procedit ſi agit nomine proprio ſecus ſi alieno num. 45. & ſi filiusfamilias eſſet minor non ſufficit conſenſus patris ſed requiritur curatoris authoritas, num. 46.

47 Sententia lata perempta inſtantia eſt nulla & pariter iudicium poteſt tamen confirmari ſi in meritis iuxta appareret num. 48. contrarium num. 49.

50 Iuditium in pupillo ſine authoritate tutoris eſt nullum. Idem in iuditio contra minorem num. 51.
& iſta exceptio quandocumque opponi põt n. 52

53 Iuditium agitatum cum tutore qui ſollemnia non fuit eſt nullum.

54 Copia ſollemnium dari debet expenſis pupilli ad effectum videndi eorum validitatem & legitimam poteſtatem.

55 Tutela legitimè decreta præſumitur ex temporis diuturnitate.

56 Iuditium factum cum procuratore conſtituto à tutore ante litem conteſtatam eſt nullum.

57 Pupillus cum authoritate tutoris poteſt conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam.

58 Iuditium agitatum cum domino lite conteſtata cum procuratore eſt nullum, quando tamen procurator fuiſſet abſens, num. 59.

60 Iuditium agitatum cum curatore non legitime dato eſt nullum. Idem ſi ſit legitimè datus ſed pupillum non defenderit, num. 63.

61 Infanti dari poteſt curator cum conſenſu conſanguineorum ſi tutor non inueniretur.

62 Actus debent fieri cum perſona ſolius tutoris.

64 Iuditium eſt nullum ſi agitetur coram inferiorẽ auocata cauſa ad ſuperiorem, vel ſi de ea inceperit ſuperior cognoſcere.

65 Iuditium agitatum dilatione pendente eſt nullum quod procedit etiam in termino dato ab homine num. 66.

67 Iuditium agitatum die feriato in honorem Dei eſt nullum.

68 Sententiam continens expreſſam iuris vel facti errorem eſt nulla.

69 Error expreſſus qui dicatur.

70 Sententia de nouo lata eſt nulla non procedit in M. C num. 71.

72 Iuditium factum vigore reſcripti obreptitij, vel ſubreptitij eſt nullum parte tamen opponente, num. 73.

74 Sententia lata ſuper inepto libello eſt nulla ſi ineptitudo expreſsè reſultaret ex libello ſecus ſi tacitè. num. 75. & quandocumque opponi poteſt n. 76. in caſibus tamen in quibus requiritur libellus. num. 77. non procedit ſi adeſt clauſula petẽs ſi ius & iuſtitiam miniſtrari Iudicis offitium implorando num. 78.

79 Iuditium nullum in quo eſt petitum iuramentum calumniæ, & non præſtitum.

80 Sententia lata pro parte in iuditio indiuiduo. Eſt nulla nõ procedit in arbitrio niſi fuerit dictum quod omnia ſimul terminari debeant num. 81. ſecus ſi cauſa eſſet diuidua. num. 82.

83 Sententia lata ſub conditione impertinenti de futuro non valet.

84 Iuditium eſt nullum non dato termino ad peremptorium. Idem in termino ad redimendum dari ſolito in Curia Prætoriana, num. 85.

86 Iuditium eſt nullum ſi fuerit peruerſus ordo Iudiciarius ſubſtantialis. & multo magis ſi fuiſſet omiſſus n. 87 procedit in ordine ſubſtãtiali nõ in ordine iuſtitiæ ſi pars non oppoſuerit. n. 88.

89 Sententia lata non viſo proceſſu eſt nulla.

90 Nullitas eorum quæ ante ſententiam acta ſunt coram eodem proponi debet, & quando coram Iudice appellationis num. 91.

92 Nullitas propoſita cum appellatione eſt annexa, & inſeparabilis ab ipſa appellatione.

93 *Iniuſtitia nulla maior, quam nullitas.*
94 *Graue eſt grauatū ad iudicē grauantē remittere.*
95 *Iudex appellationis nō cognoſcit de nullitate ſi nō eſt expreſſa in appellatione, intellige ab appellatione ab interlocutoria ſecus a diffinitiua n. 96.*
97 *Nullitas ſententiæ diffinitiuæ à delegato latæ cognitio ſpectat ad delegantem & ſuperiorem.*
98 *Delegans ſi non pronuntiat ſuper toto negotio poteſt de nouo pronuntiare.*
99 *Nullitas ſententiæ diffinitiuæ iudicis ordinarij coram eodem, vel coram ſuperiori præponi poteſt niſi ſit propoſita incidenter. num 100.*
101 *Etiā quod proceſſū fuerit prorogata iuriſdictione*
102 *Procedit et in delegato ad vniuerſitatē cauſarū.*
103 *Tertius poteſt dicere de nullitate ratione ſui intereſſe, & etiam ratione publici iuris.*
104 *Quiſq; poteſt dicere de nullitate banni promulgati contra aliquem. Item de nullitate cauſarū popularium n. 105. de nullitate contractus alienationis rerum eccleſiæ negligente prælato num 106.*
107 *Tertius ratione ſui intereſſe poteſt dicere de nullitate etiam ſi cauſa eſſet commiſſa nullitate, & quamuis appellatione remota.*
108 *Exceptio quod ſunt tres conformes non obſtat tertio dicenti de nullitate.*
109 *Tertius admittitur ad dicēdum de nullitate ſi doceat de nullitate ſaltem apparenter.*
110 *Tertius admittitur in illis terminis in quibus cauſa reperitur, quando tamen ſciuiſſet litem motam ſecus ſi ignoraſſet. num. 111.*
112 *Nullitas, & reſtitutio in integrum poſſunt cumulari in eodem libello; ſed pure inſtante prius de nullitate, & poſtea de reſtitutione in integrum cognoſce debet. num 113*
114 *Nullitas directè agendo infra triginta annos proponi poteſt.*
115 *Nullitas quæ ſaltim in continenti probari poteſt ſuſpendit executionem ſententiæ.*
116 *Sententia nulla ſiuè iniuſta confirmari poteſt à Iudice appellationis & quando num. 117.*
118 *Nullitatem alligare non poteſt dans cauſam nullitati.*
119 *Sententia in cauſa nullitatis prodeſt omnibus litis conſortibus & quando.*
120 *Iudex ferendo ſententiam nullam non facit litem ſuam.*
121 *In dubio contra nullitatem iudicandum.*
122 *Nullitas eſt pœna.*

SINGVLARE LXXXI.

IN Cap. Regni Regis Ferdinādi 44. nota ſingulariter iudicium poſſe † dici nullum ex
1 multis, primò defectu iuriſdictionis ordinariæ, de qua deberet apparere ꝑ publicā ſcripturā, Vant. de nullita. ex defe. iuridic. nu. 12. & 33. Bald. in l. prohibitum, col. 3. verſ. 3. C. de iure fiſci. Iaſ. in l. more, col. 8. verſ. item aduerte, ff. de iur. om. iud. Alex. conſ. 107. in prin. vol. 7. Bal. in cap. vnico, §. adhæc, verſ. quæro nunquid de pace iura. firm. Menocch. conſ. 345. n. 38. vol. 4. Maſcar. vol. 2. de prob. concl. 945. n. 1. Turret conſ. 79. nu. 1. vol. 1. Et multò
2 † magis defectu delegatæ iuriſdictionis, Vāt. in d. tit. de null. ex defectu iurid. ord. nu. 16. & ex defe. iurid. deleg. num. 1. L. vnica, C. de mand. princ. cap fin. 97. diſt. cap cum in iure, extra de off. deleg. §. eos autem, auth. de collat. Alex. conſ. 6. col. 2. vol 4. Dec. cōſ. 214. col. 4. vol. 2. Guid. Papa quæſt. 322.
3 Intellige 1 vt † procedat, etiam quod cōſtaret de iuriſdictione ordinaria, ſed eſſet limitata reſcripto, priuilegio, cōſuetudine, vel ſtatuto, & iudex eā exceſſerit, Vant. de null. ex defectu iurid. ordin. nu. 34. & 35. §. iudicare, §. audient. auth. de defenſ. ciuit. l. fin. C. de pedan. iud. l. magiſtratus, ff. ad municip. l. ſollemnis, §. latrunculator, ff. de iudicijs, l. defuncto, ff. de publ. iud. l. ex eo, C. de age. in reb. l. b. 12. Vant. de nullit. tit. de modo iud. proceſſ. num. 2. verſ. ratione, Peſſ. in proceſſ. iudic. tit. 16. num. 16.
4 Subintellige vt † iudicium ſit nullū, & reſpectu ſummæ de qua iudex cognoſcere poterat ſi iudiciū vel ſententia eſſet indiuiſibilis, ſecus ſi ſeparabilis, quià valeret vſque ad limites iuriſdictionis, Vant. in d. tit. de nullit. ex defectu iurid. num. 35. vbi teſtatur com. opin. Iaſ. & Alex. in l. 6. ff. de iurid. omn. iud. gloſſ. l. etiam, §. 1. ff. de minor.
5 Intellige 2, vt † non cenſeatur reiecta nullitas defectu iuriſdictionis, ſi ſit ſtatuto, vel reſcripto reijciente omnes nullitates, Vant. de nullitate, tit. quis poſſ. dice. de null. nu. 37. vbi teſtatur comm. opin. gloſſ. clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Corſett. in ſing. in ver. ſtatuto cauetur.
6 Intellige 3. vt † procedat, etiam quod iudex fuiſſet dubius, de ſua iuriſdictione, quia geſta per eum non valerent, Vant. de nullit. tit. ex defectu iurid. ordin. nu. 167. vbi teſtatur com. opin. arg. l. quæro, ff. de eo, qui pro tut. l. hoc autem, § 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Bart. in l. ſed ſi de ea, circa fin. ff. de acquir. hæred. & in l. 2. ff. de iud. & in l. multum intereſt, ff. de cond. & dem. Bald. in l. falſus, col. 7. C. de furt. Abb. in cap. fin. extrà de foro compet. Roman. ſing. 13. Alex. conſ. 40. col. 3. vol. 7. Felin. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, num. 10 extrà de conſtit. Menoch. lib. 2. de arb. iud. quæſt. 85. num. 3.
7 Intellige 4. vt † ſi extraſſet, ò rex ſuam poteſtatem, quia ordinarius proceſſerit, vt delegatus, vel è contrà non valerent proceſſus, Vant. in d. tit. ex defe. iur. ordin. num. 43. vbi teſtatur com. opin. Bald. in l. falſus, col. 6. C. de fur. Abb. & Felin. in cap. cū ex officij, extra de præſcr. Menocch. d. quæſt. 85. num. 8. vbi teſtatur hanc receptam opin. Hier. Gigan. conſ. 81. num. 6.
8 Subintellige vt † non procedat, quādo ſententiaſſet omni meliori modo, Cauſid. ſuper. in ver. iudex ordinarius de off. par. 1.
9 Intellige 5. vt † non procedere, quando lis fuiſſet conteſtata per partes coram tali iudice, quia tunc nō crederetur aſſerentibus nō eſſe iudicē, niſi probarent, Vāt. in d. tit. de nullit. ex defect. iurid. ordin. n. 23. Innoc. in c. in nostri, de elect. qui fuit ordinis ſuſpenſ. Bald. in l. geſta, col. pen. C. de re iud. & in l. licèt, col. 3. C.

de

de procur. Maſ.d.concl.945.num.19.

10 Intellige 6. vt † nõ procedat, quandò fuiſſet in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ordinariæ, vel delegatæ, quià tunc exceptio defectu iuriſdictionis non admittaretur ad inualidãdos proceſſus, Vant. quib. mod. ſent. nulla defe. n. 41. & 46 vbi teſtatur com. opin. gloſſ. de ſentent. Burſat. conſ. 128. num. 6. volum. 2. Soccin. Iun. conſil 56. num. 15. vol. 1.

11 Intellige 7. vt † ſententia nulla defectu iuriſdictionis, non poſſet confirmari, nec reformari à iudice appellationis, Caualc. in reper. in ver. ſententia nulla, ex defectu proceſſus deciſ. par. 1.

12 Contrarium † tenuit Viu. deciſ. 331. num. 2. Turret. conſ. 36. num. 8. vol. 2.

13 Secundò ex † defectu naturali iudicis redditur iuditium nullum, veluti ſi fuiſſet furioſus, mutus, & ſurdus, vel impubes, Maran. in Spec. par. 4. diſtinct. 16. nu. 3. Vant. tit. de null. ex defectu iurid. ordin. 133. & ex def. iurid. dele. n. 39. & 41. Abb. in proem. decret. verſ. 2. collige, l. prætor, §. non omnes, ff. de iudit. cap. 2. verſ. tria sũt, 3. quæſt. 7. l. furioſus ff. de reg. iur. iuncta l. 1. in fin. C. de falſa mon. l. fœminæ, §. impuberes ff. de reg. iur.

14 Intellige 1. vt † iſte exceptiones ad inualidandum iuditium poſſent opponi, quandocunquè etiam poſt ſententiã, Mara. in d. diſt. 16 n. 3. circa med. Specul. tit. de except. §. nũc videndũ, verſ. ſed quæro. Abb. in cap. ſuſcitatus, col. 3. extra de reſcr. Bal. in l. cum prætor, §. non autem, ff. de iudit.

15 Intellige 2. vt † talium iuditium, etiam parte non opponente redditur nullũ, Vãt. in tit. ex defe. iurid. d. leg. nu. 41. Innoc. in cap. ſuſcitatus, vbi etiam Felin. col. 2. extrà de reſc. & in cap. inter monaſterium, col. 6. extrà de re iud. & in cap. exceptionem, col. 9. extrà de except. Roma. in rub. de arbi. col. 8. Ang. in l. fin. C. de except. Bar. in l. licè, col. 2. C. de procur.

16 Tertiò ſi † Iudex in cauſa propria iudicauerit, redditur iuditium nullum, Vant. de null. ſent. ex defe. iurid. ord. num. 94. & 96. in fin. l. pæn. ff. de arbitr. iuncto tex. l. fin. ff. de off. præto. cap. fin. de Inſtit. l. ſed. & ſi ſeruum, §. ſed & ſi quis Iudex, ff. de arbitr. Ant. Butr. in cap. dilecti, extrà de appell. Hoſt. in ſum. de iud. §. quæ ſint verſ. in cauſa propria, Abb. in cap. cum veniſſent, extrà de iudi. & in cap. cum dilecta, num. 19. extrà de confirm. vtil. vel inutili. Alexan. conſ. 1. col. 3. lib. 3. Capic. 124. Viu. deciſ. 223. num. 3. Surd. cõſil. 193. num. 6. vol. 2.

17 Intellige vt † non procedat in inquiſitoribus aduerſus hæreſim, qui poſſent punire iniuriam ipſis facientes verbis, vel factis, Iacob. de Simanc. de cathol. inſtit. tit. 34. de inquiſitor. apoſtol. num. 28. Zanchin. de hæret. cap. 32. num. 1. vbi etiam Campeg. in annot. in litera A.

18 Quartò ſi † plures Iudices ordinarij (cum nõ habeant iuriſdictionem in ſolidum) ſimul non protulerint, ſed vnus ſine alio, quià tunc ſententia erit nulla, Vant. de null. tit. ex defe. iurid. ordin. num. 176. l. cum magiſtratus, C. quandò prouoc. non eſt neceſſe, l. duo ex tribus ff. de re iud.

19 Intellige 1. vt † idem ſit in pluribus delegatis, c. cauſa matrimonij, extra de off. deleg. cap. prudentiam, § 1. extra eod. cap. veniens, extra de renun. cap. vno delegatorum, de off. deleg. lib. 6. cap. cum à bono, de ſent. & de re iud. lib. 6.

20 Subintellige 1. vt † ſi fuiſſet commiſſa cauſa pluribus cum clauſula quòd ſi non omnes ſimul intereſſe poterint, alij iudicent, ſi alij proceſſerint, antequam aliorum impedimentum fuerit eis notificatum, iuditium erit nullum, Maran. in Spec. par. 4. diſt. 16. n. 16. meus Abb. in cap. prudentiam, 2. not. extra de off. deleg. Bart. in l. multum, circa fin. ff. de cond. & demonſtr. Felin. in c. ſuſcitatus, col. 7. extrà de reſcr. Vant. de null. tit. ex defectu iuriſd. ordin. num. 180. vbi teſtatur com. opin. Rom. ſing. 13.

21 Subintellige 2. vt † ſi commiſſio facta fuiſſet cum clauſula, vt omnes, vel duo, vel vnus iudicet tunc procedere poſſent abſquè notificatione impedimenti collegæ, Mara. in d. diſtinct. 16. ſub nu. 5. vbi teſtatur com. opin. cap. cum plures, de off. deleg. libro 6. Abb. in d. cap. prudentiam, circa fin. Verum † tamẽ

22 ſi vnus inceperit procedere, alij non poſſent vlterius ſe impedire, niſi ex impedimẽto primi præoccupantis iuriſdictionem, Mar. in d. diſt. 16. num. 6. Gemin. in cap. cum plures, de off. deleg. lib. 6. Felin. in cap. ſuſcitatus, col. 5. extrà de reſcr. Vant. de null. tit. ex defe. iurid. ordin. nu. 179. Rota deciſ. 110. in nouis.

23 Intellige 2. vt † procedat, etiam in pluribus arbitris, l. item, §. ſi plures, l. ſi in tres, l. pedius, ff. de arb. l. nõ diſtinguemus, §. de offitio, ff. eod. Dec. conſ. 454. circa fin.

24 Quintò ſi † Iudex delegatus proceſſerit antè præſentationẽ reſcripti, quia tunc proceſſus erit nullus, Mara. d. diſtinct. 16. n. 8. vbi inquit antè præſentationẽ reſcripti delegatũ nõ habere exercitiũ iuriſdictionis Frãc. in cap. ſuper eo, el 2. extra de appell. Felin. in cap. ſuſcitatus, col. 8. extrà de reſcr. Bald. in l. eum qui, ff. de iur. omn. iud. Vant. de null. ex defe. iurid. deleg. num. 34. gloſſ. clem. 1. de procur. Felin. in cap. cæterũ, verſ. valet proceſſus, extrà de reſcr. & in cap. cum ex officij, num. 35. extrà de præſcr. & in c. fin. col. fi. extrà de præſump.

25 Intellige 1. vt † licèt ſuperuenerit præſentatio reſcripti non validatur proceſſus, antea factus, Mara. in d. diſtinc. 16. ſub num. 8. Bald. in l. eum qui, verſ. 4. quæro, ff. de iur. om. iud. & in l. falſus, col. 5. verſ. ſed pone, C. de furt. & in l. obſeruare, §. fi. ff. de offic. procunſ. quem refert Vant. tit. de nullit. ex defectu iurid. deleg. num. 31. & 34.

26 Intellige 2. vt † procedat, quandò parte opponẽte fuerit proceſſus, aliàs ſecus, Maran. in d. diſt. n. 16. nu. 8. circa fin. Ang. in l. cũ furioſus, ff. de iudit. Bald. in l. nec quicqua. n. §.

vbi decretum, circa fin. ff. de off. proconſ.

27 Sextò, ſi † Iudex proceſſerit in contumaciam alicuius non conſtito de citatione, & relatione nuntij, quia proceſſus erit nullus, Maran. in d. diſtinct. 16. num. 9. Bart. & Bald. in l. multum, ff. de cond. & demoſtr. Bart. in l. hęc autem, §. non defendi, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Felin. in cap. Eccleſiã Sanctæ Mariæ, col. 8. extrà de conſt. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 41. num. 108 & 146. Bart. in l. ſi finita, §. Iulianus, col. 4. ff. de dam. infe. Maluaſ. conſ. 95. num. 11. Et

28 † multò fortius erit nullus proceſſus, ſi factus fuiſſet ſine partis citatione, Maran. in d. diſt. 16. num. 10. Clem. paſtoralis de re iud Bald. in l. ſi quandò, C. de teſtib. Socc. cõſ. 266. col. 19. vol. 2. Anan. in cap. quam pernitioſum, col. 5. de vſur. Vant. de nullit. ex deſe. cita. nu. 10. & ex deſe. proceſſ. nu. 27. vbi teſtatur hãc eſſe cõm. reſolutionẽ, Bar. in l. ſi opus, ff. de oper. nou. nunt.

29 Intellige 1. vt † ſaltim de conſuetudine ſuſtineatur citatio facta in die feriata ad effectum, vt compareat in die iuridica, Vant. de null. ex defectu, citat. nu. 46. verſ. idẽ dicitur, Ioann. Andr. in cap. conquæſtus, extrà de ferijs, Tancred. in ſum. tit. de citat. quæſt. 7. Et hoc iure vtimur in magna Curia.

30 Intellige 2. vt † ſi citatus ad omnes actus ſemel comparauerit, citatio cenſeretur circumducta, & citari deberet ad alios actus fiendos, Vant. in tit. ex deſe. citat. num. 113. Bart. in extrauag. ad reprim. ver. ſuper crimine, Paul. de Caſt. in l. ad peremptorium, ff. de iud. Mil. in reper. in ver. citatus ſpecialiter, col. 4. Felin. in cap. licèt cauſam, col. 15. extrà de teſtib.

31 Septimò, ſi † Iudex proceſſerit ad ſententiam cum maxima celeritate ſine percunctatione, ſeu recitatione proceſſus, & cauſæ cognitione, quià erit nulla, Maran. in d. diſtin. 16. num. 12. Bar. in l. prolatam, circa fin. C. de iudit. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 6. extrà de conſt. Alex. & Iaſ. in l. Iudices, C de iudit. Cum. in cap. ritus 76. num. 134. & 135. vbi teſtatur com. opin. Vant. de nulli. ex defectu proceſſ. num. 34. vbi etiam dicit cõ. opin. Iaſ. & Alex. in l. ſi is apud quem, C. de eden. Felin. in c. quoniam contrà, col. 16. extrà de probat. Alex. conſ. 118. col. fin. vol. 2. Dec. conſ. 295. col. fin. & conſ. 479 col. 2. Alexand. conſ. 123. col. 9. vol. 4. Cum. in pract. ſindic. cap. 22. n. 6. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quæſt. 19. nu. 7. & quæſt. 42. num. 1. & 2. Amod. de ſindic. num. 144. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 128. C. de reuoc. donat. Burſa. conſ. 226. num. 70. volum. 3. Afin. in praxi iud. §. 3. cap. 28. nu. 2. Hiero. Gabr. conſ. 167. nu. 54. vol. 2. & conſ. 161. nu. 22. vol. 1. Berrei. conſ. 61. nu. 8. Pancirol. conſ. 44. nu. 17. & conſ. 142. num. 4. Anton. Gabr. lib. 2. tit. de ſent. concl. 6. num. 5.

32 Intellige 1. vt † procedat, quandò deſero habuerit proceſſum, & manè ſequenti protulerit ſententiam, ſecus ſi fuerit elapſum aliquod tempus licèt breue, quià tunc ſententia erit magis iniuſta, quàm nullá, Maran. in d. diſtin. 16. num. 12. circa med. meus Abb. in cap. cum ex literis, not. 8. extrà de reſtit. in integr. Dec. conſ. 296. circa fin. Crauett. cõſ. 179. nu 1. Cur. Sen. conſ. 47. col. pænult.

33 Tu † verò tutius tempus iſtud quo Iudex inſtructus eſſe poſſet arbitrio ipſius remittas Menoch. d. q. 42. n. 9. Socc. cõſ. 244. col. 4. verſ. ſed pro reſponſione, vol. 2. Bald. in auth. ſed & ſi quis, num. 13. C. de teſtib.

34 Intellige 2. vt † procedat etiam in ſententia Imperatoris, Vant. de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. nu. 36. Dec. conſ. 544. num. 18. Capic. deciſ. 69. num. 35. arg. cap. cum ex literis extra de reſtit. in integr. Menoch. d. q. 42. num. 6. Anchar. conſ. 225. col. 1. Afin. in d. c. 28. num. 1. Socc. conſ. 244. num. 9. vol. 2. Rip. in l. is apud quem num. 19. C. de eden. Matthe. Brun. conſ. 178. num. 9. Decian. reſp. 9. num. 26. vol. 5.

35 Intellige 3. vt procedat quando fuiſſet ꝓlata in abſentem ſecus in præſentem, & non contradicentem, Vant. de null. ex defectu proceſſ. num. 36. verſ. intellige, Lap. allegat. 28. Alex. ad Bar. in l. ſi finita, §. ſi quis, ff. de dam. inſe. Menocch. d. quæſt. 42. num. 10. Bal. in d. l. prolata. num. 8. Socc. Sen. conſ. 121. col. 5. verſ. 3. quia, vol. 3.

36 Intellige 4. vt † non procedat in ſententia lata in confeſſum, Menoch d. quæſt. 42. num. 8. Alex. in annot. ad Bar. in d. l. prolatam in ver. pro hoc planè.

37 Intellige 5. vt † nimia iudicis feſtinatio ſit etiam nouerca iuſtitiæ, Burſ. conſ. 226. num. 69. vol. 3. Cardin. in clem. paſtoralis, §. verũ, in prin. de re iud. Marſil. in l. ſtatu liber. nu. 10. ff. de quæſtio.

38 Octauo, ſi † iuditium fuerit factum cum falſo procuratore, ſiue nullũ habuiſſet mandatum, ſiue habuiſſet, & rauocatum fuiſſet quia tunc erit nullum, Maran. in d. diſtinct. 16. n. 13. & 15. Bart. in l. licet, C. de procurat. Abb. in cap. in noſtra, col. 2. extra eod. Vant. tit. ex defect. inhab. ſe mand. num. 59. & 153. Alex. conſ. 191. col. 2. vol. 6. Dec. conſ. 255. col. 1. & conſ. 36. col. 5.

39 Intellige primo, vt † procedat etiam ſi verè procurator conſtitutus fuerit, ſed conſtitutionis tempore fuiſſet procurator excommunicatus, quia ipſo iure non valeret iuditium, ſecus ſi poſt mandatum ſuperuenerit excommunicatio, quia demũ inualidantur acta, ſi pars oppoſuerit, Mara. in d. diſtin. 16. ſub n. 24. Abb. in cap. poſt ceſſionẽ, col. panu. extra de probat. vbi etiam Felin. Vant. in tit. de null. ex deſe. inhab. ſeu manda. num. 136. Specul. tit. de procur. §. 1. in prin.

40 Intellige ſecundo, vt † exceptio falſi procuratoris poſſet opponi etiam poſt ſententiam ad eam annullandum, Maran. in d. diſt. 16. num. 14. Ludou. Bologn. in add. ad Ioann. Anan. conſ. 96. Vant. de null. ex defectu inhab. ſeu manda. num. 59. l. licet, C. de procur. cap. in noſtra, extra eodem l. licet, ff. de iudit. cap. licèt de appell. li. 6. Bal. in l. 2. C. ſi ex falſis

ſis inſtrum. vbi ait poſſe dictam exceptionē opponi vſque ad mille annos, Balb. in tracta. præſcr. par. 3. par. prin. in prin. quæſt. 10. col. 8 verſ. 20. generaliter, Gigans conſ. 90. nu. 6.

41 Intellige 3. vt † dicta exceptio poſſet opponi ex parte actoris, & ex parte rei, Vant. tit. ex defect. inhabil. ſeu manda. num. 60. Ioann. Andr. in cap. per venerabilem. extra filij ſint legit.

42 Intellige 4. vt † ad ſuſtinēdum proceſſum poterit procuratorium probari per teſtes, Vant. in tit. ex defe. inhab. ſeu manda. nu. 70. Ioān. Andr. in add. ad Specul. §. ratione quoque, in ver. teſtes in fi. de procur. Bal. in l. gesta, col. 2. C. de re iud. Bar. in l. 1. C. de procur. & in l. non ſolū. §. qui alieno, ff. eod. gloſſ. & Abb. in cap. 1. extrà de procur.

43 Nono, ſi † iuditium fuiſſet factum cum filio familias ſine cōſenſū patris, quia eſſet nullum, Mara. in d. diſt. 16. n. 18. Bal. in l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quælib. Vant. de null. ex defectu inhab. ſeu manda. nu. 39. Specul. tit. de actore, verſ. ſed & filius familias, cap. ſi an num, circa fin. de iudicijs, lib. 6.

44 Intellige primo. vt dicta exceptio poſſet opponi ante, & poſt ſententiam, Mara. in d. diſtin. 16. ſub num. 18.

45 Intellige ſecundo, vt † procedat quandò filius familias ageret nomine proprio, ſecus ſi nomine alterius, quia tunc non requiritur conſenſus patris. Mara. in d. diſt. 16. nu. 19. c. qui generaliter, ff. de procur. lib. 6.

46 Intellige 3. vt † ſi filius familias fuiſſet minor non ſufficerat conſenſus patris, ſed eſſet neceſſaria authoritas curatoris, Maran. in d. diſt. 16. nu. 55 Bal. conſ. 408. vol. 3. & in l. ſi infanti. col. 2. C. de iure delib. & in l. clarū. C. de auth. præſt. Corn. conſ. 198. vol. 4. Vant. de null. ex defec. inhab. ſeu manda. nu. 42.

47 Decimo, ſi † iuditium, vel ſententia fuiſſet factum, vel lata perempta inſtantia, quia tunc erunt nulla, Maran. in d. diſtin. 16. num. 23. vbi teſtatur com. opin. gloſſ. Bar. & Bal. in l. properandum in princ. C. de iudit. Alex. conſ. 82. col. 1. vol. 3. Vant. de null. ex defe. iurid. ordin. num. 120. verſ. iſto igitur, vbi teſtatur veriorem, & com. opin. Paul. de Caſtr. conſ. 184. col. 2. vol. 1. Roma. ſing. 788. Abb. & Socc. in cap. pænult. extra de iudit. Turzan. opin. 62. num. 1. vbi teſtatur comm. opin. Caualc. deciſ. 11. num. 19. & 34 par. 1. Rimin. Iun. conſ. 203. nu. 94. vol. 2. Rimin. Sen. conſ. 418. nu. 3. vol. 3. Socc. Iun. conſ. 169. vol. 1. Bal. conſ. 101. num. 15. & conſ. 169. nu. 5. vol. 3. Berous conſ. 14. num. 8. vol. 3. Afin. in praxi iudit. §. 2. cap. 4. num. 4. & cap. 14. num. 3. Cephal. conſil. 507. num. 19. volum. 4. à Vall. conſ. 2. num. 3. vol. 4.

48 Intellige, vt † ſententia lata extra inſtantiam poſſet per iudicem appellationis confirmari ſi in meritis iuſta appareret, Ceph. conſ. 223. num. 21. vol. 2. Alex. in l. de pupillo, §. qui opus. num. 6. ff. de nouo. nunc. & conſ. 79. vol. 2. Franc. in cap. dilecto el 2. num. 28. verſ. circa primum, & num. 152. verſ. tu conſidera, extrà de appell. Felin. in cap. in literis, num. 9. verſ. 3. declaratio, extrà de off. deleg. Dec. conſil. 394. num. 17. Marſil. ſing. 502. Vāt. tit. quib. mod. ſent. null. repar. poſſ. num. 129. verſ. erit etiam conſilium, Bart. in l. ſi expreſſim, col. pæn. verſ. & dico, ff. de appell.

49 Contrariam † ſententiam tenuit Turrett. conſ. 91. num. 36. vol. 2. vbi eam teſtatur mag. com.

50 Vndecimo, ſi † iuditium fuiſſet agitatū cum pupillo ſine tutoris authoritate dicetur nullum, Mara. in d. diſt. 16. nu. 25. Bal. in l. cū, & minores, C. ſi aduer. rem iud. l. 1. C. qui legit. perſo. hab. l. clarum, C. de author. præſt. Vant. de null. tit. ex defectu inhab. ſeu mād. compar. nu. 32. & nu. 133. Tiraqu. de ll. connub. gloſſ. 8. ſub nu. 68.

51 Intellige primo, vt † etiam procedat in iuditio agitato contrà minorem, Vant. de null. ex defe. inhab. ſeu manda. n. 36. & 37. vbi teſtatur com. opin. gloſſ. l. 1. C. qui legitim. perſo. Egid. concl. 143. circa fin.

52 Intellige 2. vt † dicta exceptio ad inualidandum, vel impediendum proceſſum quandocunque opponi poſſet, Vant. de null. ex defectu inhab. ſeu mand. num. 38. 133. vbi teſtatur comm. opin. Specul. tit. de actore, verſic. quid ſi minor, Bart. in l. ſi minor, ff. de procurat. cap. qui generaliter, 6. fin. de procur. lib. 6. Rota deciſ. 801. in antiqu. Abb. in cap. inhibite, extra de procurat. Iaſ. in l. exigendi, col. 6. C. eod.

53 Duodecimò, ſi † iudiciū fuiſſet agitatū cū tutore, qui ſollēnnia nō fecerit, quia diceretur nullum, Maran. in d. diſtinct. 16. num. 33. Bal. in l. ſi tutor, C. in quib. cau. in integr. reſt. non eſt neceſſar. Vant. de null. ex defect. inhabil. ſeu manda nu. 148. & 148.

54 Intellige 1. vt † dari debeat copia ſollemnium expenſis pupilli ad effectum videndi eorum validitatem, & legitimam poteſtatem, Vant. de null. ex defe. inhab. ſeu mand. num. 149. Ang. in § præterea, colu. 32. inſtit. de except.

55 Intellige 2. vt † legitime tutela decreta præſumatur ex temporis diuturnitate, Socc. conſ. 53. num. 3. vol. 2. vbi etiam exigit adminiſtrationem per biennium, Ant. Gabr. lib. 1. concl. tit. de præſum. concl. 1. num. 35. Boer. deciſ. 124. num. 13.

56 Decimotertio, ſi † tutor cōſtituiſſet procuratorem antè litem conteſtatam, quia iuditium factum cum tali procuratore eſſet nullum, Mar. in Spec. par. 4. diſtinct. 16. num. 34. quia (inquit) antè litem conteſtatam debet conſtituere actorem cum decreto iudicis. Bart. in l. neque tutores, C. de procurat. gloſſ. l. ſi actor, C. de appell. §. fin. inſtit. de curat. Vant. de null. ex defect. inhabilis. ſeu mand. num. 147.

57 Intellige vt † pupillus poſſet conſtituere procuratorem cum authoritate tutoris antè litem conteſtatam, Mara. in d. diſtinct. 16. num. 34. in fin. Vant. de null. ex defe. inhabil. ſeu

ſeu manda.num.141.l.nequè, §. pupillus, l. non eo minus, C.de procur. l.cum, & vos, C. ſi aduer.rem iud.Clem. ſi religioſus de proc.

58 Decimoquartò, ſi † iuditium fuiſſet agitatum cũ domino lite conteſtata cũ eius procuratore, quia eſſet nullus, Maran. in d. diſt. 16.n.35.Bart.in l.procuratoribus, C.de procur.& in l.mutari, ff.eod.& in l.furioſo, ff.de re iud. Bald. in l. ſi quandò, 7.q. C.de teſtib. Abb.& Felin.in cap.2.extrà de teſtib.

59 Intellige vt † non procedat, quando procurator fuiſſet abſens, Mara.in d. diſtinct.16. num.35.in fin. Alex. in d. l. procuratoribus, Gemin.in cap.ſi quidem, §.ſecus, 6. not. de procur.lib.6 Mara.in l.ſi actor, col. 2. ff.de procurat.

60 Decimoquintò, ſi † fuiſſet agitatum iuditium cum curatore pupili non legitimè dato, veluti quia non fuerit datus in contumatiam, vel infanti fuiſſet datus curator, & pô tutor citatis conſanguineis, & affinibus ipſius infantis, Mara, d. diſtin. 16.num. 36. Afflic. deciſ.256.Ioan.Andr. in add. ad Spec. tit. de reo, §.1.col.5.Bald, in cap.1.col.6.de mi. vaſſ. qui contum.eſt, Oſaſc, dec.ſ.89.num.7.Panciról.conſ.11.num 15.

61 Intellige s. vt † infanti poſſet dari curator, cum interuentu conſanguineorum, quando tutor non inueniretur, Maran.in d. diſtinct.16. num 36.Bald.in d.cap.1.verſic. citatione de vaſſ. qui contum eſt.

62 Intellige 2. vt † omnes actus debeant fabricari cum perſona ſolius tutoris, & nõ in perſona infantis cum authoritate tutoris, Maran.d.diſtinct.16.ſub num 36 Bald. in l. donationem, in fin.C.de acquir. poſſeſſ. Vant. de nullit.ex defect.inhab.ſeu mand. compar. ſub num.10.

63 Intellige 3. vt † procedat, etiam ſi curator fuerit legitimè datus, ſed minorem non defenderit, cum iuſta capita defenſionis haberet, aliàs ſecus, Ruin.conſ.160.nu.31.vol.2. l.acta, §.fin.ff.de re iud. Bar. in l. contra pupillum, ff eod, Rom.conſ. 454 num. 2. Abb. conſ.43 lib.2.Bar.in l.4.ſub nu.1. ff.de re iud. l.non eſt ignotum, C.de adm.tut. Guid, Pap. quæſt 494.num.1.Craſſ.lib.2.com.opin. cap. 23.quæſt.18.l.cum & minores, C. ſi aduerſ. iud.Iaſ.in l.ſi is ad quem, num. 14. ff.de acquir.hæred. Theſaur. deciſ.99.num.21.Ceph. conſ 475.nu.24.vol.4. Turrett. conſ. 59. nu. 1. Matth.Brun.conſ.94. num.5. Marius Anguiſſ.conſ.1.num.1[illegible]

64 Decimoſexto ſi † iuditium fuiſſet agitatum coram inferiori, auocata cauſa per ſuperiorem, vel quia fuerit alteri delegata, vel quia de ea inceperit prius cognoſcere, quia tunc erit nullum, Mara.in d. diſtin. 16. num.37.& 38. Abb.& Felin.in cap. vt noſtrũ extra de appell.l.iudicium ſoluitur, ff. de iudit. Vant.de nullit.tit.de modo vid. proceſſ. num.3.verſ.erit inſuper, Lancell. de attent. cap.10.num.10.

65 Decimoſeptimo, ſi † iuditium fuiſſet agitatum dilatione pendente erit nullum, Mara.in d.diſt.16.nu.41.Bal.in l. ſiue pars, C.de dilat. Vant.de nullit.tit. de modo vide. proceſſ.num.2.verſ.ſiue iudicaſſet. & tit. ex defe.iurid.ordin.Bal.in l.cũ antea, col. 3. C.de arbitr.& in l.appellationem, col.4. C.de appell.Lap.alleg.2.verſ.ad hoc, Hiero. Gabr. conſ.43.num.39.vol.1.

66 Intellige, vt † procedat, etiam in termino dato ad homine pendente, Vant.d.tit.ex defectu iurid. ordin.num.158.Rota deciſ. 242. in antiq. Abb.in cap.cum cauſa, col.5.verſic. item præfixio termini, extra de re iud. Felin.in cap.perſonas, col.pænult.verſ.ſola dilatio extra de appell.

67 Decimooctauo ſi † iuditium fuiſſet agitatum tempore feriato, in honorem Dei erit nullum, Mara.in d.diſtin.16. num.57. & 58. Specul.tit.de cita, §.1.col.7.cap fin. extra de ferijs, l.fin.C.eod.Abb.in cap.conqueſtus, extra de ferijs. Vant.de nullit. ex defectu iurid.ordin.num.129.

68 Decimonono ſi † ſententia contineret expreſſum iuris, vel facti errorem erit nulla, Vant.de null.tit.de modo vid.proceſſ. num. 9.Maran.in Spec.par.4.diſtinct.16 num. 50. l.1. C.quando prouoc. non eſt neceſſ. Alex. in l.cum prolatis, col.3. ff. de re iud. Abb. in cap.1.col.3.extra eod, Vant. de nullit. ex defectu proceſſ.num. 223.vbi teſtatur comm. opin. Alex.conſ.59.col.5.vol.3.cap. ſolet de ſenten.excom.lib.6. Innoc. & Hoſt. in cap. p.& g.in fin.extra de off deleg. Anto.& Felin.in cap.ab excommunicato, extra de re iud.Menocch, lib 2.præſumpt 68.nu. 50. Pereg.conſ 8.ſub num.62.vol.1. Turzan.opin. 139.vbi teſtatur magis comm.opin. Surdus, conſ.223.nu.2.& 22.vol.2. Turrett. conſ.47. num.24.vol.2.& conſ.78.num.11.vol.1. Soc.2. Odd.de reſt.in integr.q.79.num.5.

69 Intellige, vt † dicatur expreſſus error quando fieret relatio ad acta erronea per verba enuntiatiua ſpecialia veluti, viſis citationibus, & atteſtationibus, & ſimilibus actis, ſecus ſi per verba generalia ſcilicet, viſis actis, Menocch.conſ.345.num.36.vol.4.Specul. tit.de ſentent.§.fin.col.3. verſ.& nota, quod probato, Butr. in cap.licet cauſam, extra de probat, Menocch.lib.2, præſumpt.67. num. 52. Vant.de nullit.titul. ex defectu proceſſ. numer.129.Maſcar.volum.1.de probat. concl. 35.num.2 & 5.

70 Vigeſimo ſi † ſententia fuiſſet lata de nocte erit nulla, Vant.tit.ex defe. iurid. ordin. num.152.vbi teſtatur comm.opin. Bart.Bald, Angel.Caſtr, Alex.& Iaſ. in l. non minorem, num.3.C.de tranſact.gloſſ. l.more, ff.de ferijs, Angel.in §.omnes inſt.t. de verbor.obligat.Menocch.lib.1.de arbitr. iud. quæſt. 61. num.1. vbi teſtatur communem opinionem Signorol.conſ.[illegible] col.1.Spec.reg. 359.3. Villalob.in. verb.ſententia num. 32.vbi teſtatur com.opin.Epgen.conſ.48.num.36.

71 Intellige, vt † non procedat ſecundum conſuetudinem Magnæ Curiæ, ſecundum quam de nocte luminibus accenſis ſenten-

tiaui,

tiani, & ſententiarum pluries vidi maximè propter negotiorum multitudinem, vel alia impedimenta, ſicut in curia Romana ſeruari teſtatur Menoch. d. quæſtio 62. nu. 6. Socc. reg. 359. fall. 2. & 3. Felin. in cap. conſuluit, extra de off. deleg. Bald. in l. eos, §. fin. C. de appell. Valaſc. in l. imperium num. 59. ff. de iuriſd. omn. iud. Surd. conſ. 158. nu. 19. vol. 2. vbi docuit ſufficere vnum lumen adeſſe, Eugen. conſ. 28. num. 37.

72 Vigeſimoprimo ſi † iudicium proceſſerit virtute reſcripti obreptitij, vel ſubreptitij, erit nullum, Vant. de nullit. tit. ex defectu iurid. deleg. num. 58. Maran. in d. diſtinct. 14. num. 49 Felin. & Abb. in cap. cum dilecta ex de reſcr.

73 Intellige, vt † procedat parte opponente, aliàs talia reſcripta obreptitia, & ſubreptitia iuriſdictionem tribuerent, & iudicium valeret, Vant. in d. tit. ex defectu iurid. deleg. nu. 60. Felin. in cap. cæterum, cap. ad audientiã, el 2. & cap ſuper literis, extrà de reſcr.

74 Vigeſimoſecundò, ſi † ſententia fuerit lata ſuper inepto libello, quià parte etiam non opponente erit nulla, Vant. de nulli. ex defectu proceſſ. nu. 22 Bald. in l. actori, circa fin. C. de reb. cred. Alex. conſ. 147. & conſ. 152. & conſ. 187. vol. 6. Dec. conſ. 62. col. penul. Burſ. conſ. 221. ſub nu. 22, vol. 2. Craſſ. lib. 2. comm. opin. Maran. in Spec. par. 6. rub. de ſenten. nu. 67. vbi teſtatur com. opin. Aſin. in praxi iud. §. 31. c. 41. num. 2.

75 Intellige 1. vt † procedat, quandò ineptitudo expreſsè reſultaret ex libello, ſecus ſi tacitè, vel per ſubauditos intellectus. Vãt. in d. tit. ex defec. proceſſ. ſub num. 22. Bald. in l. certa ratione, verſ. præterea, C. quãdò prouoc. non eſt neceſſ. circa fin. C. de re iudic. Soccin. in cap. ſi artic. 32. extrà de libel. oblat.

76 Intellige 2. vt † de iſto defectu, quandocunque opponi poſſet, Vant. in d. titul. ex defectu proceſſ. ſub num. 22. Bal. in l. licèt, col. antepenult. C. de procur. & in auth. ſi quis litigans, C. de epiſc. & cler. Iaſ. in §. omnium, col. 9. inſtit. de actio.

77 Intellige 3. vt † procedat in caſibus, in quibus neceſſarius eſt libellus, aliàs ſi fuerit oblatus, & ineptus non vitiaret ſententiam, Vant. in tit. ex defectu proceſſ. nu. 24. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. figura, gloſſ. l. vinum, ff. ſi cer. pet. gloſſ. §. multis, inſtit. de libert. Bald. in l. conſentaneum, col. 4. C. quomod. & quandò iud. & in l. gallus, §. et ff. de liber. & poſthum. Innoc. in cap. examinata, extrà de iudit. Aſin. in praxi iud. §. 3. c. 6 num. 11. & cap. 22. num. 3.

78 Intellige 4. vt † Ineptitudo libelli non vitiaret ſententiam, quandò in eo addita fuiſſet clauſula petens ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, iudicis officiũ implorãdo. Vãt. in tit. ex def. & proceſſ. nu. 75 Innoc. & Ioann. Andr. in cap. 2. extrà de ord. cogn. Bald. in l. 1. C. de except. rei iud. Imol. in l. ſi cum nulla, ff. de re iud. Capic. deciſ. 86. num. 16.

79 Vigeſimotertiò, ſi † fuerit petitum iuramentum calumniæ, & non præſtitũ, proceſſus erit nullus, Vant. tit. de null. ex defect. proceſſ. num. 19. cap. 2. de iura. calum. lib. 6. Bald. in l. fin. C. eod. Aſin. de exeq. §. 3. cap. 17. num. de ſindic. cap. 17. nu. 72. Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 30 ff. de leg. 1. Bal. in l. 1. §. ſed quià veremur, C. de iur. calum. Tiraq. de retr. ſang. §. 2. gloſſ. 2. num. 2.

80 Vigeſimoquarto, ſi † iudicium fuiſſet indiuiduum ſententia lata pro parte eſſet nulla, Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. nu. 100. verſ. ſecus. gloſſ. & Bart. in l. hoc iudicio, ff. fam. hercisc. Alex. in l. apud celſum, ff. de dol. & met. except. Bald. in l. 2. C. de rei iud. & in l. 3. C. ſi aduer. rem iud. Lanar. conſ. 33. num. 20. & 21. vol. 1.

81 Intellige 1. vt † non procedat in arbitro, qui poſſet pro parte pronuntiare, ſi dictum non fuerit, quod omnia ſimul terminare debeat, Vant. in tit. ex defec. proceſſ. nu. 100. in fin. l. quid tamen, & l. nõ diſtinguemus, §. cũ in plures, ff. de arbitr.

82 Intellige 2. vt † non procedat, quandò res in iudicio deducta fuiſſet diuidua, & ſeparabilis, Vant. in d. tit. ex defect. proceſſ. num. 100 Bar. in l. non ideò, in prin. ff. de iudit. & in l. 5. §. fin. ff. de verb. obl. Dec. conſ. 295. libri.

83 Vigeſimoquintò, vt † ſententia lata ſub conditione impertinenti de futuro non valeat, Vant. de null. ex defectu proceſſ. nu. 113 in fin. Bald. in l. non dubium, 5. opp. C. de legib. & in l. cum iudex, verſ. modo reuoca, C. de ſenten. quem refert Anto. Gabriel. lib. 1. concl. tit. de ſent. concl. 1. nu. 2. circa med. Burſ. conſ. 155. nu. 8. vol. 2. vbi teſtatur com. opin. Alex. in l. qui Romæ, §. Augerius, num. ff. de verb. obl. Ioan. Andr. ad Spec. tit. de ſenten. exequt. §. in ſententia, verſ. ... Bald. ad Spec. eod. loco, §. quoniam. ver. ſententiam verſ. quandoque ſententia, num. 17. Felin. in cap. quoad conſultationem, num. 2. & 4. extrà de ſenten. & re iud. Oſaſc. deciſ. Pedem. 150. num. 11.

84 Vigeſimoſextò, vt † iudicium ſit nullum ſi poſt omnes terminos non fuerit datus terminus octo dierum ad peremptoriam Panormitanis ciuibus, etiã quod cauſa fuerit feudalis, Boniorn. ſuper ritu 170. Taglauia in ſua pract. Ioann. Platamon. in quibuſdam allegationibus, vbi idem tenuit in termino
85 ſid reddimendum dari ſolito de ſtilu Curiæ Prætorianæ Panormitanis, in caliti gãtibus, per Bald. in l. de quibus, num. 59. ff. de legib. Felin. in cap. 2. num. 16. & 17. extrà de reſcrip. addo Menoch. lib. 2. præſum. 8. nu. 18. Iaſ. in auth. iubemus, nu. 3. C. de iudit. Neuiz. lib. 5 Siluæ nupt. num. 32. circa fin. Oſaſc. deciſ. 2 num. 6. Maſcar. concl. 846. nu. 9. Burſat. conſ. 393. num. 16. vol. 4. Viu. deciſ. ... num. 26. Gigantis conſ. 110. num. 13. Menocch. conſ. 345. num. 62. & conſ. 380. num. 31. vol. 4. & conſil. 270. num. 19. vol. 3. Vant. de nullit. defec. proceſſ. num. 67. & quib. mod. null. rep. r. poſſ. nu. 7. Guido Pap. deciſ. 33. & deciſ. ...

86 V...

86 Vigeſimaſeptima ſi † fuerit peruerſus ordo iuditiarius ſubſtantialis, iuditium nullum erit, Menocch. conſ. 301. num. 36. vol. 4. Bal. conſ. 275. col. 1. lib. 5. Paul. de Caſt. conſ. 281. num. 5. lib. 1. Crauett. conſ. 519. num. 8. & conſil. 656. nu. 13. Abb. in cap. tuam, num. 12. extra de ordin. cogn. Barbat. in cap. exhibita, num. 19. extra de iudit. Vant. de nullit. ex defe. proceſſ. nu. 47. Bal. in l. fin. num. 14. C. de hære. inſtit. gloſſ. l. mancipium, §. 1. ff. de euict. Lanfranc. in cap quoniam contra, § interloquutoriæ, verſ. circa ordinem, num. 15. extra de probat. Decian. reſp. 35. num. 13. vol. 5. Et

87 † multo fortius ſi fuiſſet ommiſſus, veluti non aſſignato termino ad probandũ, & impugnandum, Menocch. conſ. 345. nu. 31. vol. 4. Bellam. concl. 27. Caſſad. deciſ. 2. num. 1. tit. de iudit. Vant. de null. tit. ex defe. proceſſ. num. 15.

88 Intellige, vt † procedat in ordine ſubſtantiali, non autem in ordine iuſtitiæ, qui ſi parte non opponente ommitteretur, vel præuerteretur non eſſet iudicium nullũ, Vant. de null. tit. ex defe. proceſſus, num. 15. & 49 gloſſ. in Summ. 11. quæſt. 1. Abb. in cap. exhibita, col. penult. extra de iudit.

89 Vigeſimaoctaua ſi † ſententia fuiſſet lata non viſu proceſſu, Menocch. li. 1. de arb. iudi. q. 33. nu. 6. Ang. in l. prolatam, C. de ſent. Felin. in cap. cum I. & A. extra de re iud.

Declara hanc nullitatis materiam, primo,
90 vt ſi † agatur de nullitate eorum, quæ ante ſententiam diffinitiuã acta fuerint coram eodem iudice proponi deberet, Vant. de nullit. tit. coram quo, num. 2. Innoc. in cap. cum M. circa fin. extra de cõſtit. & in cap. dilecto, extra de appell. Bar. in l. 2. & in l. ſi aduerſus, C. quando prouoc. non eſt neceſſe, Angel. in l. præſes, C. eod. Lanfranc. in cap. quoniam contra §. interloquutorias, nu. 26. extra de probat. Fælin. in cap. in literis, col. penult. extra de off. deleg. Franc. in d. cap. dilecto, quæſt. 27.

91 Intellige primo, vt † ſi nullitas fuerit deducta ſimul cum appellatione ab aliquo grauamine ante ſententiam pro iuſtificatione ipſius grauaminis, tunc talis nullitatis erit iudex competens appellationis iudex, Vant. d. tit. coram quo, nu. 4. Rota deciſ. 7. in nouis, Clemen. appellanti, de appellat. Tum quia

92 † eo caſu nullitas eſt annexa, & inſeparabilis ab ipſa appellatione. & ipſa appellatio eſt fundata ſuper ipſa nullitate, cum omne nullum ſit iniquũ, l. ſcire oportet, § fin. & l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut. Bal. in l. 1. col. 3. C.

93 de fruct. & lit. expenſis, & c. † nulla eſt maior iniuſtitia, quam nullitas, Vant. in d. tit. corã quo num. 5. & tit. qu. d ſit null. nu. 20. Egid. concl. 243. Innoc. in cap. dilecto extra de appell.

94 Tum † quia graue eſſet grauatum ad iudicem grauantem remictere, l. eos, C. de appell. c. per tuas extra de ſent. excom. cap. accepta extra de appell. Aegid. concluſ. 24. Vant. d. tit. coram quo num. 6.

95 Intellige ſecundo, vt † ſi nullitas non fuerit expreſſa in appellatione, tunc iudex appellationis non cognoſcet de nullitate, Vant. in tit. coram quo, nu. 7. cap. vt debitus, b. Romanã extra de appell. Roſ. deciſ. 589. Guid. Papa de appellation. quæſt. 64.

96 Subintellige, vt † procedat in appellatione ab interloquutoria, ſecus à diffinitiua, quia tunc ſuper vtraque cognoſcere poſſet, Vant. d. tit. coram quo, num. 7. Innoc. Bal. & Franc. in cap. dilecto, extra de appell. Dec. conſ. 275. col. 3. l. liquida mulier, ff. famil. Hercſc. l. carmelia ff. de iure patr.

97 Declara 2. vt † ſi agatur de nullitate diffinitiuæ ſententiæ iudicis delegati debebit cognoſcere delegans, ſeu ſuperior, Vant. in d. tit. coram quo, num. 14. Bal. in l. ſi vt propoſitis, C. quomod. & quando iud. l. qualem, ff. de arb. l. ſi de proprietate, C. ſi à non cõpet. l. cum adeo, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Innoc. in cap. in literis, extra de off. deleg. Specul. tit. de ſenten. §. qualiter, col. 4. Rota deciſ. 347.

98 Intellige, vt † procedat quando delegatus pronunciaſſet ſuper toto negotio, ſecus ſi ſuper ipſius parte, quia tunc poſſet de nouo pronuntiare, cum eius offitium adhuc duraret, Vant. in d. tit. coram quo, num. 14. verſic. quod intellige, Franc. in cap. dilecto, quæſt. 27. & 36. extra de appell. Abb. & Fælin. in cap. in literis, extra de off. delegat. Idem Fælin. in cap. qualiter, & quando el 1. col. 20. extra de accuſat.

99 Declara 3. vt † ſi agatur de nullitate diffinitiuæ ſententiæ ordinarij principaliter deducta, electio erit grauati coram eodem, vel ſuperiore agere, Vant. d. tit. coram quo, nu. 8. verſic. ſed ſi nullitas, vbi teſtatur communem opinionem, Fælin. in cap. per tuas, col. fin. extra de ſentent. excomm. & in cap. in literis, extra de off. delegat. Imol. in l. ſi iudex, ff. de re iud. l. abſentem, C. de accuſat. gloſſ. l. ibiq. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. reſc. cap. fraternitatis extra de ſrig. & malefic. Bar. in l. ſi expreſſim, col. penult. ff. de appell.

100 Intellige primo, vt † procedat, quãdo nullitas fuiſſet propoſita principaliter, ſecus ſi incidenter, veluti, ſi peteretur, quod habita pro nulla prima ſententia reformetur, ex eiſdẽ actis, quia tunc coram primo iudice agi deberet, Vant. in d. tit. coram quo, num. 8. & gio. l. 4. C. de accuſat. l. præſes, C. quomod. & quando iud. l. 1. C. de ſenten. cap. venerabilibus de ſente. excom. lib. 6. Felin. in cap. qualiter, & quando, el 1. col. 21. extra de accuſ. Bal. in l. ſi vt propoſitis, l. 1. C. quomod. & quando iud. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quant.

101 Subintellige, vt † procedat etiã quod proceſſum fuerit prorogatæ iuriditionis, Vant. in d. tit. coram quo ſub num. 9. Paul. de Caſt. in l. 1. ff. de iudit. Guid. Papa quæſt. 462. Capic. deciſ. 1. num. 26.

102 Intellige ſecundo, vt † procedat in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui equiparatur ordinario, Vant. in d. tit. coram quo nu. 17.

nũm.17. Ang. in l.iudex,ff.de re iud. Felin. in cap.qualiter el 1. col. 21. extra de accuſat. Bal.in l.ſi vt proponis,C.quomod. & quãdo, Abb.in cap.cum Bertholdus col. 6. extra de re iud.Specul.tit.de off.ordin. §.1. item ordinarius,Alex.conſ.12.col.2.lib.6.Felin.in cap: cauſam col.4.extra de off.delega.

103 Declara 4.vt † poſſet dicere de nullitate, non ſolum tertius,cuius intereſt ratione ſui priuati iuris,verum etiam ratione publici iuris,Vant.tit.quis poſſ.dice. de null.num.6.l.1. & 2.C.quando liceat vnicuique,Dec. conſil. 372.col.2.Bart.in l. vbi pactum col. pænult. C.de tranſact.Bal.in l. decurionum, C. de infamibus.

104 Infertur 1.vt † quiſque poſſet dicere de nullitate banni pronuntiati contra aliquem, Vant.in d.tit.quis poſſ.dice. de null. num. 6. Felin.in cap.cum ſuper, col. 5. extra de ſenten.& re iud.Abb.in cap.illa, extra de accuſ. Marſil.in l.ſi quis,num.141.ff. de quæſt.l.ſeruum, §. publicè,ff.de procur, l.pæn, §. ad crimen,ff.de publ. iud. Angel.in l. quos prohibet,ff.de poſtul.

105 Infertur 2.vt † quiſquè poſſet dicere de nullitate cauſarum popularium, ne quid in loco publico vel ſacro fiat, vel huiuſmodi, Vant.in d.tit.quis poſſ.dice.de nullit.num.8 13.l.1.ff.de inter.ne quid in loco l. 1.§. 1.ff.de iuſt.& iure,l.ſi quis in hoc C. de epiſcop. & Cler.l.Manicheos,C de hæret.

106 Infertur 3 vt † quiſque(negligente prælato)poteſt agere de nullitate contractus alienationis rerũ Eccleſiæ,Vant. d.tit. quis poſſ. dice. de null.num.9. Rota deciſ.159. in antiquis,Imol.& Alex.in l.quod dicitur ff.de verbor.obl.Afflict.deciſ.107.nu.3. Felin. in cap. cũ olim.col.2.extra de teſtib.gloſſ. in ver.œconimos l.iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſanct. Eccleſ. gloſſ.cap. cum Eccleſiaſticæ, extra de except.cap.ſi quis presbyterorum, extra de reb.Eccleſ.non alien.

107 Intellige primò,declarationem prædictã, vt † tertius poſſet dicere de nullitate ratione ſui intereſſe, etiam quod cauſa commiſſa fuerit nullitate, & quauis appellatione remota, quæ tertium non ligat, Vant. d.tit. quis poſſ.dice de null.num.15.Fælin.in cap.veniẽs el 2.col.1.extra de teſtib.Iaſ.in l.à diuo pio, § ſi ſuper rebus,col.fin.ff.de re iud. Bal. in l.cũ filius,ff.de milit.teſta.gloſſ.cap.ſuper eo, extra de off.delegat.Bar.in l.1. §. interdum, ff. à quibus appell.non licet,Dec.conſ. 664. nu. 7. & conſ.198. col. 4. Corſett. in ſingul. in verb.clauſula.

108 Intellige ſecundò,vt † tertio pro ſuo intereſſe opponenti nullitatem non obſtaret exceptio trium conformium ſententiarũ, Vant. in d.tit.quis poſſeſſ. dice. de nullit. num. 19. Fælin.in cap.veniens el 2.col.6. extra de teſtib.Alexand.conſ.63.col.fin.vol.3. & conſil. 84.col.3.eod.lib.

109 Intellige 3. vt † ita demum admittatur, ſi doceat de intereſſe ſaltim apparenter quãuis probatio omnino non concludat, cum talis probatio ſit præparatoria, & non deciſiua.Vant. in d. tit.quis poſſ. dice. de nullit.num.24.Bar.in l.1. §. quod ſi ſit aliquis, ff. de prætor.ſtip.& in l. ſi quis ex his, ff.de liber.agnoſc.Bal.in l.cum quem,col.3. C.de fideicommiſſ.

110 Intellige 4. vt † tertius admittendus ſit in terminis,quibus tunc cauſa reperiretur,cũ eiſdem terminis arctetur,quibus litigatores, Vant.in d.tit.quis poſſ.dicere de null. nu.29. cap.fin.circa fin.vt lite pend. lib. 6. Bal.in l.ſi eo tempore, circa fin. C. de remiſſ. pignor. cap.vt circa,de elect.lib.6.

111 Subintellige, vt † procedat quando tertius ſciuiſſet litem motam, ſecus ſi ignoraſſet, Vant.in d.tit.quis poſſ. dicere de null. num. 26.Anchar.in clem.conſtitutionem, de elect. Cardin.in Clem.1.quæſt.4.de re iud. Felin. in cap.veniens el 2.col.4.extra de teſtib.arg. cap.quamuis,extra de re iud.

112 Declara 5.vt † in eodem libello cumulatè poſſet nullitas,& in integrum reſtitutio cõditionaliter,Vant.de nullit.tit.quos,& quib. modis,nu.7.& 8.Guid.Papa,quæſt.143.cap.t. conſtitutus,extra de reſtit.in integr. Inno.in cap.literis,extra de reſtit.in integr.Bar. in l. ſi expreſſim,col.6.ff.de appell. Bal.in l. edita, q.7.C,de eden.Ægid.conſ.298.de conſuetud. Rota deciſ.116.in nouis,Dec.conſ 411. circa fin.Menoch.conſ.663.num. 36.volu. 7. Sforz. Odd.de reſtit.in integr.quæſt.17.n.118.& 120. Bald.in l.cauſæ,num.2. ff.de minor.

113 Intellige,vt † prius parte inſtãte cognoſci deberet de nullitate,& poſteà de reſtitutione in integrũ,aliàs legitimè appellaretur, Vant. in d.tit.quot,& quibus mod.null.nu.15.& 16. Bar.in l.cũ quærebatur,ff.de re iud.& in l.ſi vt proponis.col.2.C.quomod. & quãdo iud. Frãc.in c.dilecti,q.10.extrà de appell. Lãfrãc. in cap.quoniam contrà, verſ.interloquutoriæ,num.31.extra de probat.

114 Declara 6. vt † nullitas per modũ agendi directò,& principaliter intra triginta annos proponi poſſet. Vant.de nullit.tit. quoties,& intra quod,num,8.verſ.ſi verò, vbi per modũ exceptionis,ſubijcit perpetuò deduci poſſe Alex.conſ.28.col.4. vol.3.Bald.in l.ſcire oportet, §. fin. ff.de excuſ.tut.Cardin.in Clem.1. quæſt. 14. de re iud. Franc. in cap. dilecto, quæſt.5.de appellat. Lanfranc. in cap. quoniam contrà, verſ.interloquutoriæ,num.37 extrà de probat.Alexand.conſ.59. num. 15. vol.4.Dec.conſ.8.col.fin.

115 Declara 7.vt † nullitas, quæ ſaltim incontinenti probari poſſet ſuſpendit exequutionẽ,Vant.in d.tit.quoties,& intra quod, n.15 Bal.in l.ab exequutione,col,2. C. de ex quu. rei iud.Alex.conſ.181.column.2.vol.6 Bar.in l. 4. §. condemnatum,ff.de iudic.

116 Declara 8.vt † ſententia nulla, ſed iuſta poſſet confirmari à iudice appellationis,Menoch.conſ.361.num.35.vol.4.Alex.conſ.181. num.15.lib.6.Crauett.conſ.179 nu.7. à Vall. conſ.41.nu.34.vol.1.Vant.de nullit.tit.quib. mod.ſentent.nulla deſcen.nu.129. & 132.vbi

teſtatur com. opin. Guid. Papa q. 294. Abb. in cap. dilecto, col. 2. extrà de appell. Honded. conſ. 19. ſub nu. 32. vol. 1. Alex. conſ. 3. vol. 5. & conſ. 67. volum. 6. Burſat. conſ. 149. nu. 24. vol. 3. vbi teſtatur com. opin. Vin. decis. 331. num. 1. Rimin. Iun. conſ. 424. num. 26. vol. 4. Creſcen. deciſ. 1. num. 3. tit. de arbitr. Turrett. conſ. 43. num. 2. vol. 1.

117 Intellige, vt † procedat, quando nullitas inſpiceret ipſam ſententiam tantum, ſecus ſi ſententiam, & totum proceſſum, veluti quia fuiſſet perempta inſtantia cauſa agitata, vel pupillis, & minoribus indefenſis, Menoch. conſ. 170. num. 18. vol. 3. Crauett. conſ. 270. in vlt. dub. Natt. conſ. 573. num. 33. vol. 3. Honded. conſ. 19. num. 32. vol. 1. Alex. conſ. 53. nu. 24. vol. 5. Dec. conſ. 483. nu. 8. Vant. de null. ex defect. proceſſ. num. 7. Turrett. conſ. 91. num. 39. vol. 2.

118 Declara 9. vt † cauſam dans nullitati eam allegare non poſſet, Honded. conſ. 27. nu. 33. vol. 1. Ruin. conſ. 40. num. 7. in fin. vol. 5. Cephal. conſ. 133. nu. 125. vol. 1.

119 Declara 10. vt † ſentẽtia in cauſa nullitatis proſit omnibus litis conſortibus, quando eſſet par cauſa defenſionis, & eodẽ iure vtantur, Vant. tit. quot & quib. mod. nullit. propo. poſſ. num. 122. & 123. Bald. in l. 1. circa fi., C. ſi vnus ex plurib. l. 1. & 2. C. eod. l. qui ſeparatim ff. de appell. cap. pænult. extra eod. Franc. in cap. vna ſẽtẽtia, in fin. extra de appell. Alex. conſ. 36. col. pen. vol. 4. cap. pen. extrà de appellat. Ponte conſ. 16. num. 13.

120 Declara 11. vt † Iudex ferens ſententiã nullam non faciat litem ſuam, Corat. in tractat. com. opin. lib. 3. tit. 12. inſpect. 3. num. 42. vbi ait nõ inueniſſe contradictorẽ, gloſſ. & Bart. in l. fin. ff. de var. & extraord. cogn. Ang. Alex. & Rip. in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſq. iur. ille, nu. 2. iſte, nu. 3. hic, nu. 4. Imola in l. 1. ſub num. 4. ff. de appell. in cap. ſi venditori, ſub num. 12. extrà de empt. & vendit. Pariſ. in tractat. ſindic. in ver. an Iudex, num. 2. Turrett. conſ. 4. num. 3. volum. 1.

121 Declara 12. vt in dubio † debeat contrà nullitatem iudicari, Maſcar. vol. 2. de probat. concl. 1110. num. 1. Bald. in l. eam quam, col. 10. C. de fideicomm. Ægid. deciſ. 340. num. 3.

122 in nouiſſ. Cum † nullitas ſit pœna, Vant. in tract. de null. in prin. nu. 15. Bart. in l. turpia, ff. de leg. 1. Bald. in l. nemo martyres, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Felin. in cap. 1. col. 2. extrà de teſtib. Abb. in cap. cognoſcentes, col. 2. extrà de conſtit.

ARGVMENTVM.

Collatio an, & quando habeat locum, & qui teneantur conferre, & quæ bona veniant in Collatione.

SVMMARIVM.

1. Collatio quid ſit.
2. Collatio an bene ſitum tranſit ad heredes.
3. Collatio locum habet in profectitijs tantum non in aduentitijs, vel quaſi num. 4. hodie conferuntur, & quando num. 5.
6. Emancipatus non confert ſua niſi profectitia tantum. Et ſi de iure antiquo omnia conficiebat, num. 7. quæ ſint tamen in vita patris ſecus in mortuo. num. 8. & quando num. 9.
10. Collatio hodie locum habet ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedant, & hoc vt ſeruetur æqualitas num. 11.
12. Collatio fit Iudicis officio.
13. Collatio habet locum etiam inter ſuccedentes de iure prætorio.
14. Collatio vt fiat tria requiruntur, & quæ.
15. Emancipatus emancipato olim non tenebatur conferre profectitia tamen hodie tenetur conferre ſimplicem donationem quandocumque factam, num. 18. Et omnia profectitia, num. 19.
16. Collatio fuit introducta ratione æqualitatis ſeruandæ.
17. Emancipatus emancipato nullam facit iniuriam.
20. Tenentur conferre omnia, quæ ſunt in eorum bonis tempore mortis communis patris deducto ære alieno.
21. Si debitum eſt purè contractum aliàs habebit locũ cautio indemnitatis.
22. Collatio non habet locum inter eos quibus legitima non debetur ſuper bonis eius de quibus collatione agitur.
23. Collatio non habet locum in ſucceſſione tranſuerſalium.
24. Collatio ceſſat ſi aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus.
25. Filius inſtitutus in legitima non confert, nec ei confertur.
26. Collatio non habet locum in iure primogenituræ.
27. Non habet locum ſi expreſſum ſit prohibita.
28. Item ſi cum filio commiſcetur hæres extraneus ſi eſſet vnicus filius ſecus ſi plures filij inter eos. num. 29. Nec inter plures extraneos mixtim ſuccedentes, num. 30.
31. Collatio non procedit inter filios ſuccedentes in vniuerſo per fideicommiſſum ex codicillis.
32. Collatio non ſemper fit realiter ſed aliquando tenendo, vel tanto minus accipiendo.
33. Ceſſat inter filios in longe diſparibus partibus inſtitutis contrarium vero, num. 34.
35. Non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure ſed neceſſe vt omnes ſuccederent per vnde liberi eodem iure. num. 36.
37. Soror dotata quæ renuntiauit volens ſuccedere cum fratre dotem conferre tenetur, & contrarium intelligitur quandocunque non facit iniuriam alteri num. 38.
39. Collatio hodie habet locum etiam inter ſuccedentes diuerſo iure, & olim quando eodem iure ſuccedere potuiſſent licet diuerſo ſucceſſerint, num. 40.

41 Fi-

41 *Filius datus interrogationem petens poſſeſſionem bonorum contra tabulas tenetur conferre, & pater arrogans pro eo.*

42 *Collatio non habet inter filium, & nepotem ex alio filio.*

43 *Ceſſat inter duos filios quorum alterius filia fuit dotata ab Auo.*

44 *Dignitas empta a patre, nomine filij ſi eſt transmiſsibilis confertur ſaltim eius extimatio aliàs ſecus.*

45 *Soror quæ habuit dotem exiguam non poteſt cogere fratrem ad collationem ſi habuit donationem magnam.*

46 *Contrarium.*

47 *Nepotes deſcendentes ex filiabus conferant inter ſe dotes, & donationes propter nuptias.*

48 *Filij in poteſtate exiſtentes tenentur conferre.*

49 *Emancipatus profectitia tantum.*

50 *Quamuis iure antiquo erat ſecus.*

51 *Tenentur conferre dotem, & donationem propter nuptias.*

52 *Item datum cauſa vitæ militiæ, non tamen peculium profectitium a patre conceſſum.*

53 *Sui neceſſe habent cum ſuis conferre profectitia tantum quamuis olim etiam aduentitia, num. 54.*

55 *Donatio ſimplex non debet conferri etiam facta à Matre, vel alio aſcendente per lineam maternam.*

56 *Niſi inter liberos eſſet inequalitas.*

57 *Quod procedit in bonis emptis nomine filij.*

58 *Vel niſi donator expreſſe dixerit quod ſit collatio.*

59 *Non procedit in donatione facta a Rege filio ſuo, num. 60.*

61 *Secus non confert donationem ſimplicem cum emancipato habente aliam donationem ſimplicem.*

62 *Contrarium ratione æqualitatis ſeruandæ.*

63 *Fructus percepti a filio ex ſimplici donatione non conferuntur.*

64 *Donatio cauſa mortis non confertur.*

65 *Nepotes ſuccedentes Auo cum patruis non tenentur conferre dotes, & donationes habitas ab eorum patre, vel matre.*

66 *Lucrum quæſitum cum pecunijs à patre datis non confertur.*

67 *Filius non tenetur conferre dotem quam lucratus eſt vigore ſtatuti.*

68 *Veſtes, & iocalia maioris valoris tradita nuptui debent à filio conferri.*

69 *Collationis materia exorbitans a regulis iuris communis, & adeo non extendenda.*

SINGVLARE LXXXII.

IN Conſuet. Fœliciſſ. Vrbis Panormi, cap. 48. nota ſingulariter hanc collationis ma-
1 teriam, in primis, quod † collatio eſt reſproprię communicatio, Vital. Nemaus in tract. de collat. in prin. num. 4. vbi teſtatur hanc diffinitionem eſſe communiter receptã; Cyn. Bar. & Bal. in l. ſi emancipati, C. de collat. Ioann. Saporta in tract. de colla. cap. 1. num. 11. Bar. in l. pater filium, ff. de collat. dot. Gugl. Bened. in cap. Raynuntius, verſ. ſi abſque liberis, el 2. num. 61. extrà de teſtam. eruditiſs. à Ponte conſ. 25. num. 20. vol. 1. Et ſi alitèr beneficiorum collatio diffiniatur per doctiſs. Don Antonium Quintana Duenna nunc ſatis benemeritum conſultorem, regijque Patrimonij protectorem in ſuo elegantiſs. tractat. cuius inſcriptio eſt Eccleſiaſticon, lib. 1. num. 13. fol. 65.

2 Declara primo, vt † beneficium collationis tranſeat ad hæredes actiuè, & paſſiuè, Bal. in l. ſi maritus, C. de collat. vbi Iaſ. nu. 1. per l. cũ emancipati in prin. & l. 1. §. ibidẽ, ff. eod. Vital. in tractat. de collat. quæſt. 19.

3 Declara ſecundò, vt † collatio locum habeat in profectitijs tantùm intèr ſuũ, & emãcipatum, Bal. in l. ſi emancipati, col. vlt. C. de collat. vbi etiam Cyn. & Bart. Vital. in tract. de collat. in prin. num. 6. vbi teſtatur comm.
4 opin. Non † etiam in aduentitijs, vel quaſi, Bart. & Bald. in l. fin. C. de collat. idem Bart. in l. filiæ, C. eod. vbi etiam Iaſ. nu. 2. Vital. in tract. de collat. in prin. nu. 13. verſ. ſextum. & in §. nunc ſupereſt, num. 8. & 10. vbi teſtatur com. l. 3. §. ſed nec Caſtrẽſe, ff. de collat. bon. Ioann. Saporta in tractat. de collat. cap. 3. ſub
5 num. 38. Licèt hodiè aduentitia conferãtur, quandò tractatur de ſucceſſione eius a quo prouenerint, Iaſ. in l. vt liberis, n. 4. C. de coll. Vital. in tract. de collat. in prin. n. 12. in fin.

6 Declara 3. vt † emancipatus hodiè non conferat ſuo, niſi profectitia tantum, Vital. in tract. de collat. §. nunc ſupereſt, nu. 6. l. fin.
7 C. de collat. Quamuis de † iure antiquo omnia conferre tenebatur, Vital. in tract. de collat. §. nunc ſupereſt, nu. 6. l. 1. in prin. ff. de collat. bon. l. ſi emancipati, C. de collat.

8 Intellige 1. vt † emancipatus conferre habeat omnia bona, quæ quæſiuerit in vita patris, ſecus inquiſitis mortuo patre, etiam antè aditam hæreditatem, Vital. in tract. de collat. in princ. num. 6. per l. 1. §. ſi emancipato, & §. ſi impuberi, ff. de collat. bon. Bal. in d. l. ſi emancipati, Ioan. Saporta in tract. de collat. cap. 4. ſub num. 45.

9 Intellige ſecundò, vt † tunc emancipatus ſuccedendo teneatur ſuo conferre, quandò ſui hæredis faceret conditionem deteriorem, ſecus ſi meliorem, aut ſaltim non deteriorẽ, Vital. de collat. in prin. nu. 16. verſ. ſecunda concluſio, l. 1. §. toties, ff. de collat. bon.

10 Declara 4. vt † hodiè collatio locum habeat, ſiuè ſuccedatur ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento, Bart. in l. 1. §. ſi dodrante, ff. de collat. bon. & in l. pater filium, ff. de collat. dot. Auth. ex teſtamento, C. de collat. Vital. de colla. in prin. num. 13. & 14. Cephal. conſil.
11 183. num. 4. vol. 2. Et † eſt ratio vt ſeruetur æqualitas, quæ eſt materia, & forma pacis intèr liberos, Vital. in tract. de coll. in prin. ſub num. 14. Bart. in l. pater, quæſt. 2. in fin. ff. de collat. dot.

12 Declara 5. vt † collatio fiat iudicis officio denegãtis actiones, Bart. in l. pater filius, col. vlt. ff. de collat. dot. & in l. filius, §. filia, ff. eod.

Iaſ.in l.ea demum,num.3.C. de collat. & in l.poſthumo,num.2.C.eod. Vital.in tract.de collat.§.nunc ſupereſt,num.25.verſ.poſtremò,in fi. l.1.in prin. ff.de collat. dot. l. ſi ſoror,C.de collat. Ioann. Saporta in tract. de coll.cap.1.ſub num.22.

13 Declara 6. vt † collatio locum habeat etiam intèr ſuccedentes de iure prætorio, ſiuè eis daretur bonorum poſſeſſio iure communi,ſiuè iure ſpeciali,Vital. in tractat. de colla.§.nunc ſupereſt,num.2. l.1. §.1. ff. de collat.bonor.

14 Declara 7. vt † collatio fiat intèr deſcendentes tria requiruntur copulatiuè , Primò quod ſuccedentes veniant ex primo capite, vndè liberi , aliàs ſi fuiſſent excluſi à primo capite, & venirent ex ſecundo vndè agnati, vel ex tertio,vndè cognati non haberet locũ collatio intèr eos.Secundò quod tales deſcẽdentes ſint in primo gradu, aut ſuccedant loco primi,ita quod nullus eos antecedat,alias data gradus diſparitate non haberet locum collatio intèr eos ; Tertiò, quòd ſuccedant titulo vniuerſali , quià ſi ſuccederent titulo ſingulari,puta acceptando legatum,vel inſtitutionem certæ rei non haberet locum collatio,Iaſ.in l.ſi emancipati,num.30.& ſeq.C. de colla.vbi ait eſſe menti tenenda,quià illuminant totam hanc materiam , Alex.conſil. 26.vol.1.Peregr.conſil.66.nu.3.2. & 4. vol.1. Cagnol.in d.l.ſi emancipati, nu.130. vbi Fulgoſ. Roman.Bal.& Alex.gloſſ. l.ex parte . §. inteſtato, ff. fam.Herciſc. Vital.Hemauſ.in tract.de collat.in prin,num.17.in fin.& § nũc ſupereſt,concluſ.10.& quæſt.13. Alber. Brun. in tract.de ſtat. Eccleſ.9.att.nu.76. Ioan. Saporta in tract.de collat. cap.4.n.47.& 7.vbi tamen diſcrepat à ſecundo requiſito.

15 Declara 8. vt † licèt olim emancipatus emancipato conferre non tenebatur profectitia,Iaſ.in d.l.ſi emancipati,nu.4. Vital.in tract.de collat.§.nunc ſupereſt,num. 3. & 4.

16 vbi teſtatur mag.com.opin. Quià † collatio fuit inuenta ratione æqualitatis ſeruandæ, Bald.in l.illud,in princ. C. de colla. Iaſ. in rub.C.eod.num.2. Vital. in tract. de collat, in prin,ſub num. 5. Ioan. Saporta in tractat.

17 eiuſdem tit.cap.1.num.20.Et † emancipatus emancipato nullam facit iniuriam, l.1. in princ.ff.de collat.Ioann.Saporta in tract.de coll.cap.2.num.26.in fin.

18 Tamen † hodiè emancipatus conferre tenetur ſimplicem donationem quandocunque factam, Vital.in tract. de collat.§. nunc ſupereſt,num.9.& 12.vbi teſtatur com.opin. per l.vt liberis,C.de collat.& quæſt.1.nu.4. & 6.per l.1.& Auth.ex teſtamento, C. de

157 Vel † niſi pactum de non reuocando fuiſ-
ſet adiectum in teſtamento,Menoch. d. præ-
ſumpt.35.num.30.Ant.Gabr. d.concl.9. nu.
9.Iaſ. conſ.6.col.6.vol.3.Ruin.conſ.129.num.
7.lib.1.Socc.Iun.conſ.114.num.13.vol.3.Gu-
glielm.de Bened.in d. ver. teſtamentum, el
158 4.num 27.verſ.2.limitatur. Et † ſi contra-
rium,vt donatio hæc nō ſequatur naturam
ipſius teſtamenti, ſed quod reuocato teſta-
mento nō cēſeatur reuocata donatio, tenue-
rit Roman.conſ.171.nu.7.Affl.in cap.1.§.do-
nare,num.40.qual.olim.feud.alien.pot.Rip.
in l.nemo poteſt,num.35. ff.de leg.1.

159 Vndecima erit coniectura, quandò † do-
nator reſeruauerit,ſibi multa bona ex dona-
tis,vt de illis poſſet diſponere, Menoch. d.
præſum.35.n.33.Bal.cōſ.107.col.1.ver. prate-
reà retentio,lib.2.Crauett.conſ.214.num.12.
& 15.à Vall.conſ.61.num.42.vol.2.

160 Duodecima erit coniectura,quandò † do-
natio fuiſſet inſinuata,Menoch. d. præſum.
35.num.34.Iaſ.conſ.6.col.3.lib.3.Crauett.cō-
161 ſil.214. num. 16. Niſi † expreſsè dictum fue-
rit,quòd ad cautelam fuit adhibita inſinua-
tio,Menoch.d.præſum.35.num.35. Iaſ. conſ.
6.colum.7.volum.3.

162 Decimatertia erit coniectura, quādò † in
ipſa donatione adiecta fuerit clauſula conſti-
tuti,Menoch.d.præſum.35.num. 36. à Vall.
conſ.61.num.46. vol. 2. Ang. & Alexan. in l.
quamuis,§.ſi conductor, ff.de acqu. poſſeſſ.
idem Alex.conſil.81. col. 4. volum. 2. Pariſ.
conſ.98.num.21.volum.2.

163 Intellige vt † procedat, quandò donatio
fuiſſet ſimpliciter facta,ſecus ſi dictum fuiſ-
ſet cauſa mortis, atquè ità non eſſet conie-
ctura,iuxtà terminos noſtræ declarationis,
Menoch.d.præſum.35.num.37. Pariſ.conſil.
16.num.11.& 12.vol.2.

164 Decimaquarta erit coniectura, quandò †
in ipſa donatione adhibita fuiſſet clauſula
ad habendum, tenendum, &c. Menoch. d.
præſum.35.num.38.à Vall.conſ.61. num. 48.
vol.2.Bal.conſ.108.circa fin.lib.3.

165 Decimaquinta erit coniectura,quandò †
donatio facta fuerit cōiunctæ perſonæ, Me-
noch.d.præſum.35.num.39.Cum.& Rom.in
l.quæ dotis,ff.ſolut.matr.Socc.conſ.137. col.
2.lib.2.à Vall.conſ.61.num.49.vol.2. Maſcard.
d.concl.561.num.24.

166 Decimaſexta erit coniectura ſi † in dona-
tione fuiſſet adiecta clauſula purè,& ſimpli
citèr,Maſc.d. concl. 561. num. 43. Soccin.
conſ.53.vol.1. Alban. ad Bar. in l. quæ dotis,
num.3.ff.ſolut. matr.

167 Declara t3. vt † donatio cauſa mortis
præſumatur ex coniecturis, etſi nulla mor-
tis mentio facta fuerit, Menoch. lib. 3. præ-
ſum.36.num.4.

168 Prima erit coniectura, quandò † conuen-
tum fuerit de re ipſa reddenda, quià tunc
præſumetur donatio cauſa mortis,Menoch.
d.præſumpt.36 num.5.Bart.& Imol.in lege
Seia,§ vlt. ff.de donatio. cauſa mort. Rimin.
Iun.inſtit.de donat. in prin. num 989.

169 Secunda erit coniectura, quando † dona-
tio fuiſſet facta pio loco ab infirmo, qui ex
ea infirmitate deceſſiſſet,Menoch.d.præſūp.
36.num.6.gloſſ.& Bart. in cap. in his, extrà
de ſepult.Roma.conſ.229. ſub num. 1. Alex.
conſ.81.

conſ.31.col.1.vol.1.Rimin.Iun. Inſtit.de don.
num.992.Maſc.d.concl.561.num.9.

170 Tertia erit coniectura,quando † donatio
ſimpliciter facta valere non poſſet, vt inter
viuos,Menoch.d.præſum.36.nu.7 Bald.conſ.
208.col.pæn.vol.1.Afflict.deciſ.338.nu.8.Cra-
uett.conſ.52.num.4.Riminal.Iur. inſtit. de
donat.in prin.num.993.Grat.conſ. 70. col. 1.
vol.1. Socc.Sen.conſil.130.col.pæn.vol.1.Socc.
Iun.conſ.21.col.vlt.vol.2.à Vall.conſ 8.n.23.
vol.1.Ant.Gabr.lib.2.concl.tit. de iureiuran.
concl.9.nu.8.Maſc.d.concl.561. nu.11. Rip. in
tract.de peſte,tit.de priuil.contract.num.179

171 Et † procederet dicta cōiectura,etiā qn̄ do-
natio aliàs pro parte annullaretur,Menoch.
d.præſum.36.nu.7.in fin.Gugliel. de Bened.
in c.Raynuntius,in ver.teſtamentum, el 4.n.
27.verſ.2.limitatur,extrà de teſtam. Anton.
Gabr.lib.2.concl.tit.de iure iur.concl.9. n.9.

172 Quarta erit coniectura,quādò † in dona-
tione ſimpliciter facta adhibiti fuiſſent quin
què teſtes,Menoch.d.præſum.36.n.8. Corn.
conſ.124.n.7.& conſ.126.nu.8.vol.1. Dec.cō-
ſil.470.col.2.Gozzad. conſ.80. nu.15. Rimin.
Iun.inſtit.de donat.in prin.num.997. Iaſ. cōſ.
6.col.4.vol.3.Dec.conſ. 305. circa fin. Natt.
conſ.113.nu.3.Tiber.Decian. conſ.3.num. 3.
173 vol.1.Et † ſi contrarium tenuerit Rip. lib. 3.
reſp.cap.9.num.4.Natt.conſ.104. nu.13. lib.1.
à Vall.conſ.61.num.59.vol.2.

174 Quinta erit coniectura,quandò † donatio
facta fuerit tempore peſtis, ab exiſtente in
loco contaggioſo,Menoch.d.præſumpt. 36.
n.10.Corn.conſ.124.lib.4.Rip.in tract. de pe-
ſte.tit.2.de priuil. contract.num. 172.& 176.
Rimin.Iun.inſtit. de donat. in prin. nu. 102.
Maſcard.d.concl.561. num.10.

175 Sexta erit coniectura, quandò † donatio
facta fuiſſet ab ingrediente religionem, qui
animo probandi fuerit proteſtatus ingredi,
Menoch.d.præſum.36.num.11.Abb. in capit.
pæn. extrà de regul. Iaſ. in auth. ſi qua mu-
lier.circa fin.C.de Sacroſ.Eccl. Rimin. Iun.
inſtit.de don.in prin.num.375.

176 Septima erit coniectura, quandò † men-
tio mortis facta fuiſſet in alia parte inſtru-
menti ad quam deinde relatio facta fuerit,
Menoch.d.præſum.36, num.12.Pariſ. conſil.
16 num.5.lib.2.

177 Octaua erit coniectura,quandò† donator
dixiſſet relinquo bona mea, cum dictum
verbum ad morientes tantùm pertineat,Me
noch.d.præſum 36.num.13.Guid. Papa ſing.
457.Ripa in tractat.de peſte,tit.de priuil.con
tract.num.177. Maſc.d. concl. 561. num. 20.
Dyn.in l.1.C.de reuoc.don.

178. Declara 14.vt † donatio cauſa mortis, nō
ſolùm cenſeatur reuocata expræſſa pæniten-
tia donatoris,Menoch.lib. 3. præſum. 31. nu.
12.& præſum. 37.num. 11.& 12.l. non omnis,
ff.ſi cert.pet.l.Seia, ff.de donat. cauſa mort.
gloſſ.in ver.pœnituiſſet, §.1. inſtit. de donat.
Menoch.conſ.161.num.50.vol.2. Craſſ. in §.
donatio cauſa mortis,q.21.num.1. & 3. Clar.
in §.donatio,col.fin.verſ.ſciendum, Maſcar.
vol.3.de probat.concl.1281.num.9. Tiraq.de
ll.connub.glo.5.ſub num.73.Mantica de con
179 iect.lib.1.tit.13.ſub num.1.Sed etiam ex † ali
quibus ſignis,& cōiecturis,primo ſi donator
nulla vrgente neceſſitate,alienauerit rem do
natam,Menoch.lib.3.præſum.37.nu.13. Bal.
in l.ſtichum,circa fin.ff.deleg.1.Roman.in l.
ſi mortis,§.Paulus,num.2.ff.de donat. cauſa
mort.& conſ.229.n.2.Ruin.conſ.123.n.4.vol.
1.& conſ.7.n.15.vol.3.Marſ.ſing. 136. Caſſ. in
conſue.Burg.tit.de ſucceſſ.rubr.7.& §.5.n.4.
Socc.Iun.in l.2.n.3.ff.deleg.1.a Vall.cōſ. 61.n.
2.lib.2.Couarr. in rub.7.§.5.nu. 4.Socc.Iun.in
l.2.n.3.ff.deleg.1.à Vall.conſ.61.n.2.Couarr.
in rub.extrà de teſta.par.3.n.28.Rimin. Iun.
inſtit.de dona.in prin.num.1055.Aret.conſil.
74.nu.11.Craſſ.in §.quæſt.21.ſub num.1.Sor-
rez Theſauro recep.ſent.num.18.Ant.Go-
mez var.reſol.tom.2.cap.4.nu.4. Maſc. vol.
3.de probat. concl. 1281. nu. 4. vbi teſtatur
com.opin.Mantica de coniect.vlt.vol.lib.12.
tit.7.num.8.Surd.conſ.171.num.1.vol.2.

180 Intellige 1.vt † procedat in alienatione,
non autem in obligatione,Menoch.d.præ-
ſum.37.num.13.Tiraqu.in l.ſi vnquam, in
ver.libertis,num.120.C.de reuoc.don.Maſc.
d.concluſ.1281.num.7. Faber. in §. idem re-
ſcripſerunt,inſtit.delegat.Mant. de coniect.
vlt.volun.lib.12.tit.7.num.8.

181 Intellige 2.vt † procedat, quandò aliena-
uerit rem illam donatam ſingularem, ſecus
ſi vniuerſum patrimonium,Menoch. d.præ-
ſumpt.37.num.14.Oſaſc.deciſ. 118. circa fin.
Ioann.Lup.in rubr. extrà de donat. intèr vir.
& vxor.§.69.num.10.verſ. ex quibus, Maſc.
d.concl.1281.n.5.vbi teſtatur cō. opin. Clar.
in §.donatio,quæſt.25.verſ.ſciendum eſt.

182 Intellige 3. vt † nō procedat in inſtitutio-
ne hæredis vniuerſalis, etiam quod in teſta-
mento adeſſet clauſula caſſans, & irritans,
Oſaſc.deciſ.118.num.11.Aret.conſ.74.col.pæ-
nult.Crauett.conſ.114.num.10. Pariſ. conſil.
90.nu.25.& 26.vol.3.Affl.deciſ. 275. num. 8.
Pariſ.conſ.128.num. 39. vol.1. Mantica de
coniect.vlt. vol. lib. 12. tit. 7. num. 6. Tob.
Non.conſ.54.num.19.

183 Secundo,ſi ſuperuenerit † inimicitia intèr
donatorem,& donatarium,Menoch. d.præ-
ſum.37.nu.19.Alex.Iaſ.& Alciat.in l.nō om-
nis,ff.ſi cert.pet.Caſſan.d.§.5.num.4.Rimin.
Iun.inſtit.de donat.in princ.num.1070.

184 Intellige 1. vt † procedat,etiam ſi poſt cō-
tractam inimicitiam donator teſtamentum
fecerit in quo nullā feciſſet mentionem re-
uocationis,Menoch.d. præſum. 37. num. 18.
Aret.conſ 93.num.5.Bar.in l.filio, §. Seia,
ff.de adim.lega.

185 Intellige 2.vt † procedat, etiam quod do-
natio facta fuiſſet ob benemerita ipſius do-
natarij,Menoch.d.præſum.37.num. 20.

186 Intellige 3.vt † procedat, etiā quod cau-
ſā inimicitiæ præbuiſſet donator. Menoch.
d.præſum.37.num,22.& 23.

187 Contrariam † ſententiam tenuit Rimin.
Iun.inſtit.de donat.in prin.n. 1083. eāque fa-
tetur

Digitized by Google

tetur commune, & in iudicijs obſeruatã, Menoch. in d. præſum. 37. nu. 2. verſ. cæterum.

188 Intellige 4. vt † procedat in inimicitia graui, ſecus ſi fuiſſet leuis, Menoch. d. præſum. 37. num. 25. gloſſ. & Bart. in l. 3. § vlt. ff. de adim. lega. Natt. conſ. 462. num. 13. & 14. lib. 2.

189 Veluti † ſi donatarius vulneribus donatorem affecerit, vel eius patrem, vel ipſum donatorem accuſauerit de crimine capitali, vel adulterium cum vxore eius commiſerit, vel curam neglexerit infirmi donantis, vel litem mouerit omnium, vel maioris partis bonorum, vel verba grauia iniurioſa protulerit, vel aliam atrocem iniuriam commiſerit iudicis arbitrio, Menoch. d. præſum. 37. num. 26 & ſeq. Bald. in l. his conſequenter, circa fin. ff. famil. hærciſc. Natt. conſil. 462. num. 9. vol. 2. Ruin. conſ. 162. num. 2. vol. 4. gl. l. ſideicommiſſum, C. fid. icomm.

190 Intellige 5. vt † procedat, quãdo nõ fuerit ſequuta recõciliatio, alias ſecus, Menoch. d. præſum. 37. n. 38. Alex. conſ. 91. nu. 4. vol. 7. Iaſ. in auth. non licet, nu. 20. C. de lib. præter. Petra ſancta ſing. 3. Paris. conſ. 1. num. 139. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 59. num. 19. lib. 3.

191 Intellige 6. vt † procedat, etiã quod donator mortuus fuerit nullo relicto hærede, cũ nemo ſine herede deceſſiſſe videatur, qui obijciat pœnitentiã defuncti, Menoch. d. præſump. 37. nu. 39. & 40. Corn. conſil. 63. col. 3. vol. 3. Iaſ. & Dec. & alij in l. non omnis, ff. ſi cert. pet. ille, num. 9. Iſſe. num. 12. Rip. in l. 2. nu. 19. ff. de leg. 1. Abb. de pact. nu. 159. Couarr. in rubr. extra de teſt. par. 3. num. 24.

192 Licet † contrariam ſententiam tenuerit Rimin. Iun. inſtit. de don. in prin. num. 1034. Socc. Iun. in l. 2. nu. 88. ff. de leg. vbi eam teſtatur com. Marſil. ſin. 63. Iaſ. conſ. 138. col. 5. vol. 4. Alex. in l. quoties, col. 3 ff. de leg. 1. Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, ſub num. 3. Clar. in §. donatio, circa fin. verſ. in hoc, vbi teſtatur ab ea non eſſe in practica recedendum.

193 Tertio, ſi † ſuperuixerit donator ipſi donatario, Menoch. d. præſumpt. 37. nu. 43. §. 1. inſtit. de donat. Bart. in l. ſi vir vxori, § vxor viro, ff. de don. inter vir. & vxor. Bald. in l. 2. C. de iure dot. conſ. 14. col. 1. lib. 1. Dec. in l. non omnis, num. 7. ff. ſi cert. pet. & conſ. 305. col. 2. & conſ. 470. col. 2. Alciat. reſp. 659. Rim. Iun. inſtit. de don. in prin. num. 1052. Oſa ſc. deciſ. 118. nu. 4. Rimin. Iun. conſ. 759. num. 73. vol. 7. Hiero. Gabr. conſ. 96. num. 5. vol. 2.

194 Quarto, ſi † donator reconualuerit; abſq; alio pacto cẽſetur reuocata cauſa mortis donatio, Menoch d. præſum. 37. n. 3. & 4. vbi teſtetur hanc eſſe receptã opin. Rimin. Iun. inſtit. de donat. in prin. nu. 1116. Iaſ. in prin. ff. de don. cauſa mort. Bart. in l. 3. in fin. ff. eod. Bald. in l. vlt. C. de poſth. hæred. inſtit. Corn. conſil. 126. nu. 10. lib. 1. Gugl. Bened. in c. Raynutius, in ver. teſtam. el 4. num. 41. extra de teſtam. Alba. conſ. 65. num. 2. Craſſ. in d. q. 21. n. 2. vbi teſtatur hãc eſſe omnium receptã ſententiã, Maſc. d. concl. 1281. num. 18.

195 Intellige 1. vt † procedat, quando donatio fuiſſet facta ob periculum inſtantis mortis, alias non cenſeretur reuocata propter recõualeſcentiam, Menoch. d. præſum. 37. nu. 5. & 6. vbi ſubijcit deberi probare infirmitatem fuiſſe grauem, & periculoſam, & non leuem febriculam, Paul. de Caſtr. Iaſ. Dec. & Alciat. in d. l. non omnis, Couar. in rubr. extra de teſtam. par. 3. num. 23. Rimin. Iun. inſtit. de donat. in princ. nu. 1033. Paul. de Caſtr. conſ. 389. num. 2. lib. 1. Clar. in §. donatio, quæſt. 25. circa fin. Craſſ. in d. quæſt. 21. ſub num. 2. Maſc. d. concl. 1281. num. 20. & 21.

196 Intellige 2. vt † non procedat, quandò donator poſt reconualeſcentiam declarauerit velle decedere cum eadem voluntate, Menoch. d. præſumpt. 37. num. 8. Caſtr. conſ. 389. in fin. vol. 1.

197 Intellige 3. vt † pœnitentia tacita donantis poſſet duobus tantum teſtibus probari, licet in expreſſa requirantur quinque teſtes, Menoch. d. præſum. 37. n. 11. & 12. vbi teſtatur hãc opin. eſſe veriorẽ. Alciat. in l. 2. nu. 17. ff. de leg. 1. Natt. conſ. 578. & conſ. 579. Iaſ. in l. iuriſgentium, §. quod ferè circa fin. ff. de pact.

198 Intellige 4. vt † donatio cauſa mortis efficiatur irreuocabilis adiecto iuramẽto. Craſſ. in d. quæſt. 21. nu. 4. Couarr. in rub. extrà de teſtam. par. 2. num. 10. Aret. conſil. 74. ſub nu. 1. & 5. Matthe. Brun. conſil. 2. num. 9. Dec. conſ. 432. volum. 2.

199 Contrariam † ſententiam, & receptiorem tenuit Maſc. vol. 1. de prob. concl. 561. num. 30. & concl. 1281. num. 13. Dec. in l. fi. num. 21. C. de pact. Menoch. conſil. 84. num 65. volum. 1. Corn. conſ. 126. num. 3. volum. 1. Lanat. conſil. 55. num. 16. volum. 1. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 13. num 6.

200 Declara 1. vt † filiusfamilias non poſſet donare, l. filiusfamilias, ff. de donat. Clar. in §. donatio, quæſt. 5. verſ. nunc videndũ, Rolandin. in tract. de donat. cauſa mort. num. 4.

201 Intellige 1. vt † filiusfamilias, ẽt in aduẽtitijs non poſſet donare, ẽt cauſa mortis ſine conſenſu patris, Clar. in §. donatio, q. 5. ſub verſ. nũc videndũ, vbi teſtatur hãc eſſe mag. com. opin. meus Abbas conſ. 40. in fin. lib. 1. Rube. conſ. 46. nu. 2. Socc. conſ. 111. nu. 1. lib. 1. Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, q. 3. in prin. vbi teſtatur hinc eſſe indubitatam concluſionem, Alex. in l. nemo, in prin. n. 2. C. qui teſtam. face. poſſ. Soc. in l. 2. nu. 5. ff. de leg. 1. Rimin. Iun. inſtit. de donat. in prin. nu. 520. Couarr. in rub. extrà de teſtam. par. 3. n. 9. Rolãdin. in tract. de donat. cauſa mortis, n. 12.

202 Cũ † cõſenſu verò patris poterit cauſa mortis donare, Clar. in d. q. 5. verſ. ſi autẽ, vbi teſtatur com. opin. Iaſ. in l. Senius, nu. 8. & 9. C. qui teſta. face. poſſunt, Crot. in l. frater à fratre, nu. 24. ff. de condic. indeb. l. filiusfamilias, ff. de donat. Craſſ. in d. quæſt. 3. in prin. verſ. cæterũ. vbi teſtatur id omnes cõcludere, Rimin. Iun. inſtit. de donat. in princ. num. 490. Fireq. de

203 liquoammb. gloſſ. 3. ſub num. 75. Et patris † conſenſus non ſolum requiritur pro ipſius integreſſu, ſed etiam ad integrandam perſonam

ipſius filij, Clar. in §. donatio, quæſt. 5. verſ. habes ergo, vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & magis comm. opin. Socc. conſ. 112. ſub n. 8. verſ. hoc etiã voluit lib. 1. & in l. 1. §. quæſitũ, ff. ad Trebell. Couar. in rub. de teſtam. par. 3. num. 6. in fin. Rube. conſ. 40. nume. 5.
204 & conſ. 127. nu. 8. Et † requiritur expreſſus conſenſus, & ſpecialis, non autem ſufficeret tacitus, Craſſ. in d. quæſt. 3. nu. 5. gloſ. in l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. Bar. in l. tam is, ff. de donat. Socc. conſ. 112. num. 8. Clar. in §. donatio, quæſt. 6. verſ. ſucceſſiuè.
205 Et † poſſet præſtari per epiſtolam, Claſſ. in d. quæſt. 3. fin. vbi teſtatur commu. opin. Anton. de Tremo. in add. ad Pract. Bonacur. rub. qu. b. mod. ſub num. 15. verſ. verum
206 non puto, Nec † poterit ſolus pater eam donationem reuocare, Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 5. n. 91. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de donat. C. in l. ſeruum, C. qui teſtam. face. poſſ.
207 Intellige 2. vt † filius, familias non poſſet donare cauſa mortis patri ſuo, cum eius conſenſu, Clar. in §. donatio, quæſt. 6. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & mag. comm. opin. à qua in iudicando non eſſet recedendum. gloſ. in ver. rem acquirit, l. 1. ff. de author. tut. Socc. in l. 1. §. fuit quæſitum, col. 2. verſ. poſtremo, ff. ad Trebell. vbi teſtatur comm. opin. Bald. conſ. 62. num. 3. lib. 4. Dec. in l. Senium, num. 86. C. qui teſtam. facere poſſ. & conſ. 245. num. 6. circa fin. & conſ. 612. circa fin. Tiraq. de ll. connub. gloſ. 8. nu. 115. Imol. in d. §. fuit quæſitum, col. fin. verſ. extrà gloſſ. adde, Socc. conſ. 23. num. 15. libr. 4. Couarr. in rub. de teſtam. 3 par. nu. 7. Corn. conſ. 294. lib. 1. Ioann. dilect. de arte teſta. tit. 1. cautel. 2. num. 4. Dec. conſ. 279. nu. 5. Pariſ. conſ. 97. nu. 21. lib. 3. Craſ. in §. donatio cauſa mortis, quæſt. 3. nu. 2. vbi teſtatur hãc eſſe mag. com. opin. & in iudicijs ſequendã, Ioſeph. Ludou. in concl. tit. de auth. & conſen. concl. 1. colum. 2. verſ. & hæc opinio.
208 Subintellige, vt † ſi pater adhiberet authoritatem iudicis in locũ eius valebit donatio cauſa mortis, Craſſ. in d. qu. 3. n. 2. in fin. Ioan. D lect. de arte teſtan. caut. 1. tit. 1. Croſ. in l. frater à fratre, qu. 14. ff. de cond. in debi.
209 Declara 16. vt † donatio iuſto metu facta non habeat effectum, Menoch. conſ. 80. nu. 72. vol. 1. Grauett. conſ. 192. num. 12.
210 Intellige 1. vt † procedat ẽt. in donat. remuneratoria, Menoch. cõſ. 29. n. 34. vol. 1. Affl. deciſ. 149. circa princ. Quicquid dixerit Berb. cõſ. 11. col. 4. vol. 2. Burſ. cõſ. 304. ſub n. 13. vo. 3.
211 Intellige 2. vt † procedat, etiã quod metus non fuerit illatus ab eo, qui poſſidet, ſed ab alio tertio, quia nihilominus obeſſet donatario ignorãti, gloſſ. magna circa princ. in verſ. nec refert, c. Abbas, extrà de his, quæ vi metu ſine cauſa, Vrſill. ad Affl. dec. 263. nu. 5. & dec. 246. n. 8. quaſi (inquit) verũ ſit, nõ poſſe rẽ meã auferri ſine mea ſpõtanea à voluntate, per l. metũ. §. vlt. cũ l. ſequ. & l. ſi cũ excep. §. in hac actione, ff. de eo, quod met. cauſa.
212 Contrariam † ſententiam tenuit Grauett. conſ. 180. n. 5. & 2. Pariſ. conſ. 19. n. 61. vol. 1. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 5. ſub n. 14. Hier. Gabr. conſ. 99. ſub nu. 10. vol. 1. vbi ſubijcit, aliud eſſe in vltimis voluntatibus, per glo. rub. ff. ſi quis aliquẽ teſtam. prohib.
213 Declara 17. vt † diſpoſitio auth. data, C. de don. propter nupt. ſcilicet, vt conſtituatur cõtra dos, ſiue donatio propter nuptias, vxori, hodiè nõ ſit in vſu, Clar. in §. donatio, qu. 11. verſ. diſpoſitio autem, gl. fin. auth. æqualitas, C. de pact. conuent. Pariſ. cõſ. 95. n. 31. lib. 2. Canar. in tract. de inſinuat. par. 2. quæſt. 6. Bald. in d. auth. dos data, n. 2. in fin. Alban. conſ. 22. n. 8. Vinc. Paleot. in tract. de dote ſub nu. 42. Boer. dec. 28. n. 20. par. 1. quem refert Pandus in tract. de dotar. par. 1. qu. 7. circa princ. Burſ. conſ. 206. num. 2. volum. 2. Bart. in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſol. matrim. Vegius conſ. 3. num. 11.
214 Declara 18. vt † vidua committens ſtuprũ, infra annum luctus nõ poterit donare amaſio vltrà tertiam partem ſuorum bonorumq; Peregr. in tract. de iure fiſci. libr. 3. tit. 1. ſub numer. 11. per l. 1. C. de ſecun. nupt. Idem ſi
215 † tranſierit ad ſecunda vota nõ petito tutore, nec reddita filij ratione tutelæ, Ant. Gabri. lib. 3. concl. 1. in de ſecund. nupt. concl. 9. nu. 23. Ioã. de Gattin. in rub. C. de ſecun. nupt.
216 Declara 19. vt † minor non poſſet donare, etiam cum decreto iudicis, & præſentia curatoris, & alias facta eſſet ipſo iure nulla, Sforz. Odd. in tract. reſtit. in integr. qu. 58. nu. 3. Octau. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 2. in princ. l. fin. §. cũ autem, C. ſi maior. fact. rat. hab. l. 1. §. ſi non mortis, ff. de tutor. & ratio. diſtrah. l. ſi quidem, C. de præd. min. l. 2. C. ſi aduer. donat. l. 2. C. ſi aduer. cred. Menoch. conſ. 903. n. 24. vol. 10. & lib. 2. de arbit. iud. caſu 171. n. 46. Celſ. Hug. conſ. 117. n. 1. Menoch. conſ. 813. n. 6. & conſ. 814. n. 7. vol. 9. & conſ. 481. num. 5. vol. 5. & conſil. 29. nu. 14. lib. 1. & in tract. de recuper. poſſ. 15. remed. nu. 62. Neuiz. conſ. 8. num. 40. Natt. conſ. 173. num. 3. vol. 2. Vall. conſ. 54. nu. 19. volum. 2. Corn. conſ. 31. num. 6. vol. 4. Alex. conſ. 316. num. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 214. num. 5. libr. 1. Rip. lib. 3. reſpon. cap. 15. nu. 13. Menoch. conſ. 388. n. 1. vol. 4. Ancharan. conſ. 69. col. 1. Laderchius conſ. 139. num. 2. vol. 2. Simoncell. de decret. tit. 2. nu. 1. etiam † quod
217 donatio fuiſſet cauſa mortis, Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, quæ. 4. in princ. Bart. in l. 1. per illũ text. ff. de tutel. & ratio. diſtrah.
218 Ac † etiam, quod fuiſſet adultus, quia non poſſet donare cauſa mortis cum authoritate curatoris, Craſſ. in §. dona. cauſa mortis, quæſt. 4. n. 3. vbi teſtatur com. opin. Bald. in cap. 1. §. item ſacramenta de pace iuram. firma Alex. in l. 2. ff. de leg. 1. vbi Socc. Iun. n. 61. Aret. in l. ſi curatorem, C. de in integrũ reſt. Crem. ſing. 217. Tiraq. in l. ſi vnquã, in ver. donatione largitus, nu. 158. C. de reuoc. donat. & de ll. connub. gloſ. 5. num. 83.
219 Intellige 1. vt † non procedat, quando minor donaret, ea quæ ſecundo ſeruari non

poſſent

Digitized by Google

poſſent, Sforz. Odd. in d. quæſt. 58. n. 3. gloſſ. l. 2. C. ſi aduerſ. cred. Simoncell. d. tit. 2. num. 10. Ferrand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. tit. de teſt. pot. §. 10. num. 81.

220 Intellige 2. vt † non procedat, quandò minor donaret cum iuramẽto, Sforz. Odd. in d. quæſt. 58. num. 4. Simoncell. in d. tit. 12. ſub num. 14. vbi teſtatur com. opin. Rimin. Iun. inſtit. quib. alien. licèt in prin. num. 28. Menoch. conſ. 29. num. 8. vol. 1. Surd. conſ. 114. num. 14. & conſ. 122. n. 16. vol. 1. Hieron. Gabr. conſ. 127. num. 8. & 29. vol. 1. Cephal. conſil. 61. num. 19. vol. 1. Maluaſ. conſ. 9. nu. 2. Celſ. Hugo. conſ. 117. num. 3.

221 Intellige 3. vt † non procedat, quandò minor donaret propter nuptias, Sfor. Odd. in d. quæſt. 58. nu. 5. l. 1. C. ſi aduerſ. donat. Simoncell. de decret. tit. 2. nu. 15. Menoch. d. conſ. 29 num. 15. lib. 1. Franc. Hotoman. in tract. de donat. par. 1. circa fin. Baptiſta à S. Blaſ. in tract. de dote, cent. 1. priuil. 63. num. 63.

222 Intellige 4. vt † non procedat, quandò donaſſet vti legitimus adminiſtrator alterius minoris nobilis, Sfor. Odd. in d. quæſt. 58. n. 6. Alex. in l. pactum curatoris, C. de pact. Curt. in l. præſca, n. 10. C. de tranſact. Rimin. Iun. inſtit. quib. alien. licèt, §. 1. nu. 3. Tiraq. de nobil. cap. 37. nu. 35. Vaſqu. in d. §. 10. ſub nu. 81.

223 Contrarium, & † receptius tenuit Simoncell. in d. tit. 12. ſub num. 11. Pinell. in l. 1. par. 3 ſub nu. 57. C. de bon. mater.

224 Intellige 5. vt † non procedat, quandò minor donaſſet piæ cauſæ, Sforz. Odd. in d. quæſt. 58. num. 7.

225 Contrarium, & † receptius tenuit Simoncell. d. tit. 2. inſpect. 2. numero 17. verſic. quamobrem.

226 Intellige 6. vt † non procedat, quandò donaret remunerationis cauſa, Sforz. Odd. in quæſt. 58. nu. 8. Arius Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 85 C. de bon. matern. Caual. de tutor. nu. 121. Iaſ. in l. ſi non fortem, §. libertus 9. eff. ff. cond. indeb. & in l. mandata, nu. 9. ff. de off. eius, Tiraq. in l. ſi vnquã, in ver. donatione largitus, num. 29. C. de reuocat. don. Seifel. in l. ex hoc iure, 4. eff. num. 73 ff. de iuſt. & iure, Simoncell. d. tit. 2. inſpect. 4. verſ. primus. Veluti præ-

227 ceptoribus pro modo † facultatum ſuarum, Sforz. Odd. in d. quæſt. 58. num. 9. Azzo, C. ſi aduerſ. dona. à Vall. conſ. 18. num. 61. vol. 2. Caualc. de tutor. num. 121. in fin. Menoch. conſ. 29. num. 53. vol. 1.

228 Subintellige 1. vt † procedat, quandò iudex cognouerit extare benemerita ipſius donatarij, aliàs nõ crederetur ſimplici aſſertioni minoris, Menoch. conſ. 388. num. 12. vol. 4. Aret. conſ. 24. in fi. Iaſ. in l. ex hoc iure, n. 73. ff. de iuſt. & iur. Honded. conſ. 47. num. 48. vol. 1.

229 Subintellige 2. vt † lapſu quinquennij cenſeatur donatio remuneratoria confirmata, Menoch. conſ. 29. nu. 4. & 32. vol. 1. & de recup. poſſ. remed. 15. n. 160. Corne. conſ. 36. col. 2. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 102. nu. 19. vol. 2.

230 Intellige 7. vt † non procedat in Principe, Caualc. de tutor. nu. 122. Lanfranch. de Orian. ſing. 22. Iaſ. in l. pactum curatoris, ſub num. 2. C. de pact. à Vall. conſ. 28. num. 56. volum. 2. Moncad. de iure tutel. cap. 33. num. 331. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 43.

231 Declara 20. vt † in donatione nulla læſio conſideretur. Sforz. Odd. d. quæſt. 58. nu. 12. Bar. conſ. 90. verſ. ſuper 2. Bertrand. conſ. 248. num. 8. vol. 1. Dec. conſ. 180. num. 4. & conſ. 181. Curt. Iun. conſ. 141. num. 2. Corn. conſ. 36. num. 5. vol. 1. Crauett. conſ. 141. col. 2. Anchar. in ſuis quæſt. 4. quæſt. nu. 2. Ant. Gabr. lib. 3. concl. tit. de iure dot. concl. 1. num. 20. Corn. conſ. 250. col. 4. vol. 4. & cõſ. 166. col. pæn. vol. 1. & conſ. 214. col. pænult. vol. 3. Aret. in l. qui ſuperſtites, col. fin. ff. de aequ. hæred. Soccin. Iun. conſ. 67. col. 4. vol. 2. Honded. conſ. 42. nu. 23. vol. 1. Beec. conſ. 58. num. 6. Bonif. Roger. conſ. 56. num. 130. vol. 1. Cephal. conſ. 405. nu. 8. vol. 3. & conſ. 142. num. 3. vol. 1.

232 Intellige vt † concedatur reſtitutio ad effectum euitandi periurium, non autem quominus teneatur ad obſeruantiam ipſius donationis. Honded. d. conſ. 42. nu. 30. & 31. Anchar. conſ. 434. col. pænult.

233 Declara 21. vt † donatio poſſet teſtibus probari. Menoch. conſ. 881. nu. 15. vol. 9. Natt. conſ. 609. num. 21. vol. 4. à Vall. conſ. 43. n. 10. vol. 3. Maſc. vol. 1. de probat. concl. 562. nu. 1. quia (inquit) ad eſſentiam donationis non requiritur ſcriptura, Pau. de Caſtr. conſ. 75. num. 3. vol. 2. Bertrand. conſil. 208. nu. 3. vol. 2.

234 & conſ. 89. num. 2. vol. 1. Et † per ſcripturam priuatam, Maſc. d. concl. 562. nu. 5. Mantua, conſ. 71. num. 15. verſ. & ſufficit.

235 Declara 22. vt † exiſtente nullo inſtrumento donationis defectu alicuius ſollemnitatis, non etiam nullus erit donationis cõtractus, Menoch. conſ. 181. nu. 13. vol. 9. Tiraq. de retra. lingu. §. 2. gloſſ. 1. num. 2. & 3. Surd. conſ. 144. num. 13. vol. 1. Boſſ. tit. de falſis, num. 34. Honded. conſ. 86. num. 17. vol. 1. Simon de Pret. conſ. 158. num. 37. & 38. Alexan. & Iaſ. in l. ſeruum, §. eum qui, ff. de leg. 1. Menoch. conſ. 80. num. 59. vol. 1.

236 Declara 23. vt † donatio ratificata cenſeatur ex ſola ſcientia, Menoch. conſ. 489. num. 19. vol. 5. Socc. Iun. conſ. 76. num. 11. & 12. vol. 3. à Vall. conſ. 19. num. 34. vol. 1.

237 Declara 24. vt † donatio inter viuos tranſmittatur ad hæredes donatarij præmorientis, Menoch. conſ. 388. num. 51. vol. 4. l. ſi quis argentum, §. vlt. C. de donat. à Vall. conſ. 77. num. 12. lib. 1. Bal. conſ. 194. vol. 4. Iaſ. conſil. 26. colum. 2. verſ. confirmatur lib. 3. Bertrand. conſ. 156. in princ. lib. 1. par. 2. & conſ. 233. col. vlt. lib. 2. par. 2.

238 Intellige 1. vt † procedat in donatione purè facta, ſecus autẽ in conditionali, Menoch. conſ. 388. nu. 52. vol. 4. Ioſeph Ludou. concl. 52. verſ. primus caſus.

239 Intellige 2. vt † non procedat in donatione facta alicui ob eius benemerita, & ſidutiam; quià præmortuo donatario ad hæredes non tranſit, Menoch. conſil. 388. num. 49. & 52. volum. 4. Alciat. conſil. 99. nu.

24. Menoch. conſ. 84. num. 15. volum. 1.

240 Declara 25. vt † donationis cauſa finali, & de futuro ceſſante ceſſare habeat ipſa donatio, Burſat. conſ. 304. num. 7. vol. 3. Bald. in l. 1. col. pæn. C. de pact. Crot. conſ. 30. num. 7. Se-
241 cus † cauſa impulſiua, vel perſuaſiua ceſſante, Burſa. conſ. 304. nu. 9. vol. 3. Alex. conſ. 14. in prin. vol. 1. Socc. conſ. 295. vol. 2. Ruin. conſil. 173. num. 13. vol. 1. Dec. conſ. 366. num. 10. & in l. ſi donatione, nu. 24. C. de collat. Oldrad.
242 conſ. 5. col. 1. Et † intelligitur cauſa impulſiua, quandò alitèr donans, etiã donaſſet, Burſat. conſ. 304. nu. 10. vol. 3. Paul. de Caſtro in l. 2. §. fin. ff. de don. & conſ. 190. colu. 1. volu. 1. meus Abbas in cap. poſt tranſactionem, nu. 18. extrà de renunt. Bald. conſ. 142. nu. 22. vol. 1. à Vall. conſ. 44. num. 15. vol. 4. Natt. conſil.
243 609. nu. 19. vol. 3. Et † in dubio præſumitur impulſiua, Burſa. conſ. 304. nu. 11. vol. 3. Franc. in cap. cum ceſſante, nu. 35. extrà de appell. vbi teſtatur commun. opin. Cephal. conſ. 81. nu. 10. Port. conſ. 81. num. 26. à Vall. conſ. 44. num. 7. & 23. volum. 4. Tiraq. cauſa ceſſa. limit. 1. num. 29.

244 Declara 26. vt † cecus poſſet donare cauſa mortis, abſquè ſollemnitatibus l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, quæſt. 7. nu. 1. vbi teſtatur com. opin. Ruin. in l. 2. ff. de leg. 1. Raudenſ. in tract. de analog. lib. 1. cap. 15. num. 232.

Declara 27. vt † donatio cauſa mortis, (ſi-
245 cut quælibet † vltima voluntas, prætèr teſtamentum) indigeat quinquè teſtibus, Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, quæſt. 11. num. 1. vbi teſtatur com. opin. Rimin. Iun. inſtit. de donat. in prin. num. 342. Socc. conſ. 112. vol. 3. Hart. Piſtor, quæſt. 2. num. 22. Honded. conſ. 40. num. 23. vol. 1. Rolan. in tract. de don. cauſa mortis, num. 11. eruditiſſ. à Ponte conſ. 83. num. 2. & conſ. 82. num. 11. vol. 1. aureis typis digno, Viui. deciſ. 453. nu. 17. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 13. num. 15. Et ſi tempo-
246 re † peſtis ſufficerẽt tres, Maſc. vol. 1. de probat. concl. 561. num. 30. Rip. in tract. de peſte, rubr. de priuil. vlt. vol. num. 46. & 47. l. Mar-
247 cellus, ff. de don. cauſa mort. Et † de iure Canonico ſufficerent duo vnà cum Sacerdote, Maſc. d. concl. 561. num. 40. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinioné, Socc. conſ. 130. num. 5. vol. 1. cap. cum eſſes, extrà de teſtam. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 13.
248 num. 16. verſ. ſimili, In ejus tamen † reuocatione ſufficerent duo teſtes tantum, Oſaſc. deciſ. 53. nu. 6. Dec. in l. non omnis, col. 3. verſ. ex quo infertur, ff. ſi cert. pet.

249 Declara 28. vt donatio † cauſa mortis facta vxori non reuocetur ad inſtantiam fiſci cõfiſcatis bonis viri, Menoch. lib. 3. præſump. 124. num. 71. Bald. in l. exequutionem, col. 9. C. de exeq. rei iud. Paul. de Caſtr. & Rom. in l. poſt contractum, ff. de donat. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, ff. de verb. oblig. Natt. conſ. 540. circa fin. vol. 3. Tiraq. de ll. connub. gloſſ. 1. nu. 159. Hier. Gabr. conſ. 140. num. 41. volum. 1.

ARGVMENTVM:

Quid ſit Fiſcus, & quare Fiſcus dicatur, & qui Fiſcum habere dicantur, & quæ priuilegia habet Fiſcus.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus quid ſit, & quarè dicatur fiſcus, & num. 3. 4. & 5.*
6 *Fiſcus vtitur Iure priuati, niſi in caſibus exceptis.*
7 *Priuatus vtitur legibus, & ſtatuto fiſci niſi alitèr in priuato reperiatur conſtitutum ſpecialitèr.*
8 *Princeps, & Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem habent fiſcum.*
9 *Epiſcopus habet fiſcum ſed vt pœnas in pios caſus conuertat contrarium vt in ſuam cameram conuertat, num. 10. de Iure prima, verior de ſecunda. num. 11.*
12 *Fiſcus ab indigno aufert lucrum delatum: de conſuetudine non aufert bona hæredis non vlciſcẽtis necem defuncti, num. 13. licet de Iure contrarium, num. 14.*
15 *Poteſt auferre hæreditatem ab interficiente, teſtatorem. Idem ſi medicos non adhibuiſſet defuncto, num. 16.*
17 *Aufert tamquam ab indigno ab eo quem teſtator poſt factum teſtamentum indignum declarauit.*
18 *Aufert à prohibente aliquem teſtari tamquam ab indigno, & ab eo qui metu induxiſſet teſtatorem ad teſtandum, num. 19. & ab eo qui dixerit teſtamentum nullum defectu perſonæ, num. 20. & ab eo qui ingratus erga defunctum fuerit, num. 21.*
22 *Fiſcus poteſt auferre donata concubinæ, ſi eſt de Iure punibili eius amplexus.*
23 *Poteſt auferre ab eo qui per actum inter viuos diſpoſuerit de hæreditate viuentis in totum, vel in partem.*
24 *Et ab eo qui duxit in vxorem quam ducere ex legibus ſibi erat prohibitum.*
25 *Aufert à coniugatis ſi antea de adulterio inter eos commiſſo polluti erant.*
26 *Aufert pretiũ rei alienæ a ſciente ſcienti venditæ.*
27 *Aufert commodum ab hærede ſubtrahente rem legatam.*
28 *Auferre poteſt hæreditatem, & legata a fide accõmodantem de ea reſtituendo incapaci.*
29 *Fiſcus non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires.*
30 *Fiſcus ſuccedi in bonis obſidum per eos in obſidatu quæſitis.*
31 *Fiſcus præfertur tutori in ſucceſſione pupilli.*
32 *Fiſcus poteſt auferre bona eius qui metu criminis pro quo bona publicabantur ante ſententiam mortem ſibi conſciuerat etiam rupto teſtamento antea facto, num. 33.*
34 *Argumentum de fiſco ad piam cauſam valet. Item de fiſco ad dotem, num. 35. & de fiſco ad minorem, num. 36.*
37 *Officialis fiſci pauper non induſtrioſus præſumitur ditatus ex pecunia fiſci.*
38 *Fiſcus habet tacitè hypotecata bona ſecum contrahentis etiam minoris.*

39 Fi-

39 *Fiſcus in quæſitis poſt ſuum cōtractum præfertur, creditori anteriori.*

40 *Inſtrumentum fiſci præſumitur anterius, & pro eo iudicandum ſed iudicis arbitrio remittendum ſecundum authoris opinionem, num. 41.*

42 *Exceptio excuſſionis quo caſu à fiſco conuencto hypotecaria opponi poſſit.*

43 *Fiſcus agens hypotecaria, contra poſſeſſores bonorū ſui debitoris non tenetur probare rem tempore ſuæ obligationis fuiſſe in bonis debitoris.*

44 *Fiſcus pro adminiſtratione primi pilarij præfertur anterioribus etiam ex cauſa dotis.*

45 *Debitor fiſci abſque interpellatione conſtituitur in mora.*

46 *Fiſcus poteſt cogere ſuum debitorem pro debito liquido in ere, & in perſona, non etiam debitorem debitoris fiſcalis, num. 47.*

48 *Debitor fiſcalis quomodo liberatur per ſolutionē.*

49 *Et carceratus pro debito priuato poteſt arreſtari pro debito fiſcali.*

50 *Debitor fiſcalis manifeſtè conuictus non poteſt, & appellare.*

51 *Fiſcus poteſt exigere debitorem debitoris non condemnatum in tribus caſibus, & in quibus.*

52 *Hæres debitoris fiſcalis repudians hæreditatem tenetur reſtituere omnia quæ habuit de bonis debitoris quouis titulo.*

53 *Quilibet poteſt agere pro fiſco non tamen poteſt opponi pæna quæ fiſcum reſpicit, num. 54.*

55 *Fiſcus dicitur vltor delictorum.*

56 *Res fiſcales non poſſunt locari minori ſpatio triennij.*

57 *Fiſcus venet appellatione dominis. licet non veniat appellatione perſonæ in materia præiudiciali. num. 58.*

59 *Exceptio compenſationis aduerſus fiſcum agentē infra duos menſes probari debet: non poteſt opponi aduerſus exactionem tributorum. num. 60.*

61 *Cauſæ fiſcales poſſunt agitari in die feriato ob neceſſitatem hominum.*

62 *Emens à fiſco tenetur ſtare colono ipſius fiſci licet ſecus ſit è contra.*

63 *Dicitur rei communis inter fiſcum, & priuatum debet fieri per fiſcum data electione priuato.*

64 *Venditio nomine fiſci facta tribuit perpetuam ſecuritatem.*

65 *Creditori anteriori ex venditione rei debitoris per fiſcum eo ſciente fit præiuditium.*

66 *Fiſcus aufert turpia lucra.*

67 *Reus tenetur edere fiſco actori ad ſuam intentionem fundandam.*

68 *Quis compellitur fauore fiſci contrahere.*

69 *Inſtantia cauſarū fiſcaliū non clauditur triennio.*

70 *Res in alios acta prodeſt fiſco.*

71 *Mulier pro ſuis dotibus non poteſt impedire confiſcationem bonorum mariti.*

72 *Fiſcus non tenetur de euictione vltra ſimplum.*

73 *Fiſcus ſuccedens in ſpe conditionali tenetur adimplere conditionem.*

74 *Edictum ædilium non habet locum in venditionibus fiſcalibus.*

75 *Fraudans fiſcum in querendis in duplum in quæſitis in quadruplum punitur.*

76 *Fiſcus non tenetur denunciare authori ſua litem motam.*

77 *Iuramentum calumniæ non defertur in cauſis fiſcalibus.*

78 *Fiſcus potes compellere vnum de conſortibus vt ſoluat tributum pro vtroquè.*

79 *Fiſco competit reſtitutio in integrum ex eodem edicto minorum.*

80 *Fiſcus habet tacitè hypotecata bona delinquentis poſt ſententiam.*

81 *Quis pōt capi in domo propria pro debito fiſcali.*

82 *Debitor fiſci cedendo bonis liberatur.*

83 *Fiſcus præſumitur vbiquè præſens.*

SINGVLARE LXXXIX.

IN Cap. Regni Regis Alphonſi 81. nota ſingulariter hanc fiſci materiam, & in
1 primis, quòd fiſcus † eſt Camera Imperij cōplectens quicquid ad illius pecuniarū commodū pertinet, Peregr. de iure fiſci, in princ. num. 2. Bart. in rubr. C. de iure fiſci, lib. 10. Cardin. in Clem. nolentes, §. inquiſitoribus, n. 3. de hæretic. l. ſed celſus, ff. de contrah. emp. Franc. Lucan. de priuil. fiſci, in prin. num. 6.
2 Et † dicitur Fiſcus quaſi fixus, ideſt firmus, tum quia ſemper eſt diues, & ſoluendo, tum quia eſt perpetuus, & numquam moritur, l. 2. ff. de fundo dota. gl. & Bart. in rub. C. de iure fiſci, lib. 10. Bald. in l. 1. num. 7. C. de hæred. vend. & conſ. 363. vol. 1. l. vnica, §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Peregr. de iure fiſci, in prin. nu. 34. & 37. vbi ſubijcit, eundem eſſe fiſcū, licèt perſona domini mutetur per Bal. conſil. 363. col. 2. lib. 1. & tit. 3. num. 5. in fi. per Bal. conſ. 271. vol. 2. Bertacch. in reper. in ver. fiſcus, num. 10. Franc. Lucan. in tract. de pri-
3 uil. fiſci. in princ. ſub num. 6. Vel † dicitur fiſcus, quaſi ſaccus, in quo Imperij pecunia reponitur, gloſ. l. in prouintijs, C. de numer. lib. 12. Bal. & Salic. in rub. C. de priuil. fiſci, idem Bal. in cap. 1. §. ad hæc, col. 2. de pace iuram.
4 firma. vbi ſubijcit, Fiſcum † dici ſaccum ſine conſcientia, l. ſi ſine hærede, ff. de calumn. & l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſt. Peregr. de iure fiſci, in prin. num. 38. Vbi ſubdit,
5 idem † eſſe fiſcum, quòd cuſtos, Sacriſtia, & armarius publici theſauri, Lup. in rubr. extra de don. intèr vir. & vxor.
6 Declaratur vt † fiſcus vtatur iure priuati, niſi in caſibus ſequentibus, & alijs in quibus ſpecialitèr reperiatur priuilegiatus, l. idem, ff. de compenſat. l. cum vitiosè, ff. de pigno. l. de contractu, ff. de reſcin. vend. l. iuſtas, C. de iure fiſci, & l. fin. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. Bart. in l. 1. ff. de petit. hæred. Anchar. cōſ. 101. col. 1. Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 1. num. 1. & 2.
7 vbi ſubijcit, quod priuatus vtitur † legibus, & ſtatutis loquentibus de fiſco, niſi aliud in priuato ſpecialitèr reperiatur conſtitutum, Fulgoſ. conſ. 126. col. 2. Guid. Papa quæſt. 136. Natt. conſ. 500. n. 6. l. item, §. ait Senatus, & §. in priuatorum, ff. de petit. hæred. Lanar. conſil. 3. numm. vol. 1. eruditiſ. à Ponte conſ. 16. num. 1. volum. 2.
8 Declaratur vt † licèt propriè fiſcus ſit Papæ, & Imperatoris, tamen Princeps, & Ciuitates,

tates,ſeu Reipublicæ non recognoſcentes ſuperiorem fiſcum,& iura fiſcalia habere dicũtur,Peregr.de iure fiſci,in prin.num.4. Bald. in cap.1.§.ad hęc,tit.de pace iuram.firm.Bertacch.in rep.in ver.fiſcus, in princ. & in ver. Ciuitas,verſ.131.Mart.Laud.in tract.de fiſco, quæſt.4.

9 Declara 3.vt † Epiſcopus habeat fiſcum, atque ita non poterit pœnas ſuæ Cameræ applicare,ſed in pios vſus cōuertere,Bal.in rub. C.de iure fiſci,& in auth.bona damnat.Ang. in §. vt autem, auth. vt nulli, Iud. Oldrad. conſ.17.colum.3.

10 Contrariam ſententiam,vt † Epiſcopus dicatur habere fiſcũ,atque ita pœnas eius Cameræ applicare poſſet,tenuit Peregr.de iure fiſci,lib.1.tit.2.nu.105. & 106. vbi ait hanc eſſe com.opin.Hoſt.Ioann.Andr. Abb. & Fælin.in c.irrefragabilis,§.cęterũ,extra de Off. ord.Abb.in c.vt clericorũ,nu.10.extra de vita,& honeſt.cler.Bertacch.in reper.in ver.fi-
11 ſcus,verſ.3.Ego † verò priorem ſententiã in puncto iuris credo veriorem . & receptiorē, poſteriorē vero de conſuetudine frequentiorem,vt mecum ſentit Clar.in §.fin.quæſt.80. verſ.in hac Diaz.in Pract.Crim.Canon.cap. 134.num.2.& in cap.124.in fin.Couarr.libro 2.var.reſol.cap.9.num.11.

12 Declara 4. vt † fiſcus ab indigno auferat, quandò lucrum ſib fuerit delatum , ſecus ſi indignus præmortuus fuerit,antequã ſibi acquirere potuiſſet,Peregr.de iure fiſci . libr.2. tit.2.nu.23.Bart.in l.fin. ff.de his quibus , vt indign.Corne.conſ.141.num.4.volum.4.

13 Declara 5.vt † de conſuetudine fiſcus non auferat bona hæredis non vlciſcentis necem defuncti,Peregr.de iure fiſci,lib.3. tit.5.num. 22.Clar.in §.fin.quæſt.79.verſ. item quandò Foller.in Pract.Crim.Cano.fol.52. nu.32. Li-
14 cet † contrarium ſit de iure,Franc.Lucan.in tract.de priuil.fiſci,in prin ſub num. 96.per l. hæredem,ff.de indign.l.1.C.eod.

15 Declara 6.vt † fiſcus auferre poterit hæreditatē ab interficiēte teſtatorē,tamquam ab indigno,Pereg.de iure fiſci,li.3.tit.3. in prin. gloſſ.l.Lucius,ff.de iure fiſci, Bart.in l. his cōſequētèr,§.1.ff.famil.Hærciſc.l.ſororē,C.de his quibus,vt indign.l.cum actio, §. fin.ff. de bon.dãnat.Bertacch. in repert. in ver. fiſcus agit,verſ.18.Clar.in §.homicidium, verſ.pri-
16 uatur etiã,Marſil.conſ.93.n.8.Idem † ſi non adhibuiſſet medicus defuncto,gloſſ.indignũ, ff.de his quibus,vt indign.Martin.Lauden.de priuil.fiſci,quæſt.42.Peregr.de iure fiſci, lib. 1. tit.3.num.15.vbi teſtatur com.opin.

17 Declara 6. vt † fiſcus auferat , tamquã ab indigno,ab eo quē teſtator poſt factũ teſtamenti [illegible], Peregr. de iure fiſci,lib.[illegible](inquit) ſi teſtator indignitatis cauſas non expreſſerit, Bart.in l.cum quidam,ff.de his quibus,vt indignis,& in l.hæreditas,C.eod. Imol.in c.cum eſſ[illegible]5,nu.30.extrà de teſtam,quē refert Clar. in §.teſtamentum,quæſt.93. verſ. ſed quæro.

18 Declara 8.vt † fiſcus auferat à prohibente [illegible]

aliquem teſtari,tamquã ab indigno , Peregr. de iure fiſci,lib.2.tit.6.num.1. l.ſi ſcriptis, ff. de his quibus,vt indigo.l.Marcellus, §.fin.ff. ad Trebell.Bart.in l.virum,ff.ſi quis aliquem teſt.prohib.Et ab eo, qui metu dixiſſet teſta-
19 torem ad teſtandum ſi proximior ipſi defuncto fuiſſet,Clar.in §.fin.quæſt. 79. in fin. Caſſan.ſuper conſ.Burg. fol.89.verſ.27.caſus eſt, Boſſ.tit.de his qui prohib.aliq. teſt.num.4.l. fin.C.ſi quis aliq. teſt. prohib.

20 Declara 9.vt † fiſcus auferre poterit tamquam ab indigno ab eo,qui dixerit teſtamētum nullum ex defectu perſonæ, Peregr. de iure fiſci,lib.2.tit.7.num.1.l.cum tabulis , ff. de his quibus,vt indign.

21 Declara 10 vt † fiſcus auferre poterit, tãquam ab indigno ab eo, qui ingratus ergà defunctum fuerit,Peregr. de iure fiſci,lib.2. tit.8.num.1.& 2.vbi exemplificat in eo, qui vxorem defuncti cognouiſſet , l. 1. ff.de his, quibus , vt indign. l. ſi inimicitiæ , ff. de his quib.vt indignis .

22 Declara 11. vt † fiſcus auferre poſſet donata concubinæ , cuius amplexus eſſet de iure ciuili punibilis, Peregr.de iure fiſci , libro 2.tit 9.num.2.

23 Declara 12.vt † fiſcus auferre poſſet, tamquã ab indigno,ab eo,qui per contractum inter viuos de hæreditate viuentis in totum, vel in partem diſpoſuerit,Pereg.de iure fiſci, libro 2.tit.10.num.2.l.2.in fin.ff.de his quib. vt indign.l.quidam in iure,& l.ſequen. ff.de donat.Boſſ.tit.de indignis.num.2. Paul.de Caſtr.& Iaſon l. fin. C.de pact.

24 Declara 13.vt † fiſcus auferre poſſet relicta ab eo,qui vxorem duxit,quam ſibi ex legibus ducere interdictum erat, Peregr.de iure fiſci,lib. 2.tit.10.num.5.6. & 9. l. tutor, l. Senatus conſulto,l.non eſt matrimonium,& l.non ſolum,ff.de ritu nupt. l.ſi pater , & l.ſi tutor,C.de interdi.matr. l. ſi quis officium, l.qui in prouincia,l.præfectus , & l.eos, qui, ff.de ritu nupt.

25 Declara 14.vt † fiſcus auferat data à conſugatis,qui antea de adulterio intèr eos cōmiſſo polluti erant.Peregr. de iure fiſci, lib. 2.tit.10.num.11. l. Claudius , ff.de his, quib. vt indign.

26 Declara 15. vt † fiſcus auferat prætium rei alienæ venditæ à ſciente ſcienti . Peregr. de iure fiſci,lib. 2.tit.10.n.12.gloſſ.Bald. & Salic.in l.2.C.ne rei domin.Affl.in c.1. nu. 33 de prohib.feud.alien.per Lothar. & in c.1. not. 13.n.9.de prohib.feud.alien.per Feder.

27 Declara 16. vt † fiſcus poſſet auferre ab hærede ſubtrahente rē legatam, eius cōmodum,Peregr.de iure fiſci,lib.2.tit.10. nu.13.l. reſcriptum,ff.de his quib. vt indign. l. beneficio,ff.ad l.falcid.

28 Declara 17. vt † fiſcus auferre poſſet hæreditatē,vel legata à tacitè fidē accomodante de ea reſtituendo capaci.Peregr.de iure fiſci lib.2.tit.10.n.25 & lib.3.tit.10.in prin.l. cum non intelligitur,& l.edicto,ff.de iure fiſci, l.in fraudē,& l.cũ qui ff.de his quib.indign.

Franc,

Digitized by Google

Franc. Lucan. de priuil. fiſci in prin. ſub n. 96.

29 Declara 18. vt † fiſcus non conficiens inuentarium non teneatur vltra vires, Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de iure fiſci, Bal. in l. etiã, C. ad l. falcid. Guid. Papa quæſt. 333. & q. 501. Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 1. nu. 3. vbi teſtatur hanc opin. eſſe veriorẽ, Franc. Lucan. in tract. de priuil. fiſci in prin. num. 93.

30 Declara 19. vt † fiſcus ſuccedat in obſidum bonis per eos in obſidatu quæſitis, Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 3. num. 15. l. diuus commodus, ff. de iure fiſci.

31 Declara 20. vt † fiſcus præferatur tutori in ſucceſſione pupilli, Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 3. nu. 18. Bart. in l. qui tutela, ff. de reg. iur. per l. nutritoribus, C. com. de ſucceſſ. Iaſ. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Bal. in l. 1. col. 4. C. vnde legit. & in l. cum eo, circa fin. ff. de pact. Quicquid dixerit gloſſ. Corn. & Alber. in d. l. quo tutela, Bal. (ſibi cõtrarius) in l. ſi quis filio exhæredato, §. eius qui, circa fin. ff. de iniuſto teſta. & in l. ſi qua illuſtris, circa med. C. ad Orfic. Affl. in cap. 1. in ver. bona vacantia, col. 1. quæ ſint regal.

32 Declara 21. vt † fiſcus auferre poſſet bona eius, qui metu criminis, pro quo bona publicabantur, ante ſententiam mortem ſibi conſciuerat, Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 4. nu. 2. & 3. vbi ſubijcit, in dubio non præſumi metu criminis interfectũ, niſi à fiſco probetur, Salic. in l. 1. C. de his qui mortem ſibi conſcie. Dec. conſ. 438. Pariſ. cõſ. 155. vol. 4. Franc. Lucan. de priuil. fiſci par. 2. rub. de publ. bonorũ ſub nu. 3. Clar. in §. fin. quæſt. 68. verſ. ſeipsũ.

33 Etiam † rupto teſtamẽto antea facto. Clar. in §. fin. quæſt. 68. verſ. ſeipſum, vbi teſtatur com. opin. Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius par. 2. fol. 84. num. 48.

34 Declara 22. vt † valeat argumentum de fiſco ad piam cauſam, Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 1. num. 5. Tiraqu. de priuil. piæ cauſæ 143. priuil. Abb. in cap. 5. circa fin. extra de præcario.

35 Item de fiſco, ad † dotem, Peregr. d. tit. 2. num. 6. per l. dotis tuæ, C. de iure dot. l. 2. C. de priuil. fiſci, §. 1. auth. vt inſtãte exact. dotis.

36 Item de fiſco, ad minorem, Peregr. d. tit. 2. num. 7. gloſſ. & Bar. in l. ſi procurator, §. fin. ff. de iure fiſci, & in l. à diuo Pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic. l. fiſcus cum priuati, ff. de iure fiſci, Tiraqu. de priuil. piæ cauſæ 142. priuil.

37 Declara 23. vt † officialis fiſci ab initio pauper, & pro ſui conditione non induſtrioſus, præſumatur ditatus ex pecunia fiſci, Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 3. nu. 6. gloſſ. l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci lib. 10. Bal. in l. ſi defunctus, C. arbitr. tutel. l. ſicut proponis, C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. C. de hæred. vend. Franc. Lucan. de priuil. fiſci in princ. num. 30.

38 Declara 24. vt † fiſcus habeat tacite hypothecata bona ſecum contrahentis, etiam minoris, Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 6. nu. 1. l. aufertur, §. fiſcus, ff. de iure fiſci, l. 2. C. de priuil. fiſci l. 2. C. in quib. cauſis pign. vel hypo. tacite contrah. Franc. Lucan. de priuil. fiſci in prin. num. 55. per l. 3. ff. de reb. eorum.

39 Declara 25. vt † fiſcus in quæſitis poſt ſuũ contractum præferatur creditori anteriori, Pereg. de iure fiſci lib. 6. tit. 6. num. 15. in fine per l. ſi is qui, ff. de iure fiſci, & Bal. limitat non procedere in tutela, vel dote, l. fin. in prin. ff. qui potior. in pignor. habea. Socc. in l. 2. num. 31. ff. ſol. matr.

40 Declara 26. vt † in dubio fiſci inſtrumentum præſumatur anterius, atquè ita pronunciandũ fit, Bal. in l. 1. C. de iure fiſci, & in l. & quæ non dum, §. quod dicitur, ff. de pignor. Bal. in l. ſi debitor, C. de priuil. fiſci Roma. ſing. 158. Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 6. num. 21. 23. & 28. vbi teſtatur com. opin. Beretach. in reper. in verb. fiſcus, nu. 14. Bal. in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. Franc. Lucan. de priuil. fiſci in prin. nu. 64. Rom. in auth. ſimiliter, nu. 50. C. ad l. falcid. Socc. Sen. in l. 1. n. 6. ff. ſol. matr. Bal. Nuell. in tract. de dote par. 9. priui. 1. Neguſ. in tract. de pignor. 2. par. 2. membro, nu. 117. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 16. nu. 2. verſ. ſed, & ſi fiſcus, Lanar conſ. 29. n. 16. vol. 1.

41 Ego vero † ſemper tenui remittendũ eſſe iudicis arbitrio, qui ſicut in cauſis priuatorum habet in dubijs facultatem ſententiãdi pro alterutro, ita in dubijs cauſis vertentibus inter fiſcum, & priuatum, cum ſcilicet vterquè agat de damno vitando, vel de cauſa onerosa, vel de cauſa lucratiua, in quo non inuenitur fiſcus ſpecialiter priuilegiatus; & hoc intellexit Iuriſconſultus Modeſtinus in l. non puto, ff. de iure fiſci, & probauit eruditiſſ. Menocch. lib. 2. præſum. 27. num. 17. Socc. in l. 2. ff. ſolut. matr.

42 Declara 27. vt fiſcus conuentus per hypothecariam à creditore anteriore poſſet excipere contra actorem, vt excutiat prius res debitoris poſteriori tempore alienatas, Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 6. num. 4. Affl. in cap. 1. in ver. & bona committentium, num. 169. quæ ſint regal.

43 Declara 28. vt † fiſcus agens hypothecaria contrà poſſeſſorẽ bonorum ſui debitoris nõ habebit neceſſe probare tẽpore cõtractæ obligationis ea fuiſſe in bonis debitoris, ſed præſumuntur fuiſſe eo tempore à debitore poſſeſſa, niſi contrariũ per conuentũ probaretur, Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 6. nu. 41. vbi teſtatur com. opin. Bald. in l. 1. C. de hæred. vend. & in l. ſi debitor, C. de priuil. fiſci, l. 1. C. de iure fiſci, Bar. in l. & quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de pignor.

44 Declara 29. vt † fiſcus pro adminiſtratione primipilaria præferatur omnibus alijs anterioribus creditoribus, etiam pro cauſa dotis, Peregr. de iure fiſci, priuil. 6. tit. 6. n. 42. l. 1. C. de priuil. fiſci, l. ſatis notũ, C. in quib. cauſ. pignor. tacitè contrah. l. vtilitas, C. de priuil. lib. 12. Franc. Lucan. in tract. de priuil. fiſci in prin. num. 19.

45 Declara 30. vt fiſci fauor operetur, quod debitor ipſius abſque interpellatione in mo-

ra

rã conſtituatur, Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 9. bin ver. inferunt, l. cũ quidam, §. fiſcus, ff. de vſur. Rube. Alex. in l. non ſolum, §. morti, n. 54. ff. de noui oper. nunt. Alex. in l. quodve, col. 4. ff. ſi cer. pet. Roman. in l. ſi ex legati, ff. de verb. obl. Mart. Laud. de fiſco, q. 255. Frã. Lucan. in tract. de priuil. fiſci, in prin. nu. 34.

35 Contrarium, & † receptius, vt debeatur ab initio, tenuit à Ponte in tract. de laudim. quæſt. 37. col. 1. verſ. contrarium, Alber. Bal. & Paul. de Caſtr. in l. ab emptione, ff. de pac. Maſuer. tit. de locat. & iure emph. §. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 6. nu. 19. quem refert, & ſequitur Thaſaur. deciſ. 75. num. 2. & 3. Neuiz. conſ. 88. num. 17. Pirr. in conſuetud. Aurel. tit. de laudim. cap. 12. in fin. Et † tenentes poſteriorem ſententiam

36 ampliant, deberi aliud laudimium ex retrovenditione, Cagnol. in l. 2. num. 137. C. de pact. inter empt. & vendition. Franciſc. Solſon in ſua lucer. laudim. 10. cellul. num. 20. Theſaur. deciſ. 75. num. 3.

Declara 26. vt † non debeatur laudimium

37 ex contractu nullo, à Ponte in tract. de laudim. quæſt. 39. in princ. Ioann. Faber. in l. 2. in fi. C. de legat. Tiraqu. de retr. lingn. §. 1. gloſ. 2. num. 7. Crauett. in reſpon. pro genero, num. 291. Rhodoan. rubr. de reb. Eccl. non alien. tit. de laudim. num. 19. Bal. in l. 2. C. de eunuch. Theſaur. dec. 75. in fi. Purp. conſ. 64. num. 31. lib. 1. Burſ. conſ. 66. num. 10. Crauet. conſ. 898. num. 5.

38 Declara 27. vt † laudimium non debeatur in iſtis caſibus, in quibus conſenſus domini non fuiſſet neceſſarius, Amod. à Ponte in tract. de laudim. quæſt. 13. in prin. Bart. in l. & idē, in princ. ff. de condit. fort.

39 Declara 28. vt † ius ſoluendi laudimium præſcribatur ſpatio 30. vel 40. annorum, à Ponte in tract. de laudim. quæſt. 47. vbi intelligit procedere quoad caſus, qui euenerunt in præteritum, non autem in futurum, niſi fuiſſet facta interpellatio, & ſequuta negatio, itemque ſi res vti emphyteotica fuiſſet alienata in caſibus, in quibus non ſit locus laudimio, quia tunc aliquo tempore non præſcriberetur ipſum laudimij ius, Guido Papa. conſ. 213. num. 6. Boer. in conſuet. Biturig. tit. des coſtumes, §. 3. in princ. Solſon. in tract. de laudim. cell. 5. num. 14. & 15.

40 Declara 29. vt † laudimium dicatur onus odioſum, & exoſum, itē vt in dubio, contra illud ſit pronuntiandum, Franc. Solſon. in lucern. laudim. in 1. cell. ſub nu. 26. & in cell. 8.

41 num. 73. contrariam ſententiam, vt † laudimium ſit fauorabile potius, quam odioſum, tenuit Menoch. conſ. 444. num. 42. vol. 5.

42 Declara 30. vt † laudimium debeatur etiā ex venditionibus bonorum confiſcatorum, vel vacantium factis à Fiſco, Pereg. de iure fiſci, lib. 6. tit. 4. num. 47. & 43.

43 Declara 31. vt † pro laudimio cenſeantur prædia emphyteotica hypothecata, à Ponte in tract. de laudim. quæſt. 45. circa fin. quem ſequitur Menoch. conſ. 444. num. 21. vol. 5.

ARGVMENTVM.

Alimentorum cauſam eſſe ſummariam, & alimentorum appellatione, quæ veniant, & quæ priuilegia habeant alimenta. An ex cauſa alimentorum poſſit appellare, qui teneantur præſtare alimenta, & quibus debeantur, & qua actione petantur, & quando debentur, vel non, & in quo loco ſi fuerint relicta in teſtamento. Et relicto vſufructu vxori quando reſtringatur ad alimenta, vel non quo tempore finiantur, & ex quib. cauſis alimētis quis priuari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum cauſa etiam de iure communi ſummariè eſt tractandum, non requiritur libellus num. 2. nec qualis petitio num. 3. nec requiritur litis conteſtatio num. 4. breuiores dilationes concedendæ ſunt num. 5. poteſt procedi die feriata num. 6. etiam, quod ſit in honorem Dei num. 7. etiam quod debentur iure actionis n. 8.*

9 *Alimentorum appellatione, quæ veniant.*

10 *Reus tenetur edere actori instrumenta ad eius intentionem fundandam in cauſa alimentorum licet aliunde probare poſſit, vel facultas eius culpa periſſet num. 11.*

12 *Iudex in cauſa alimentorum poteſt interponere officium ſuum etiam non requiſitus.*

13 *Pactum nudum à cauſa, vel verbis fauore alimentorum producit actionem.*

14 *Lis, & obligatio oritur inter patrem, & filium fauore alimentorum.*

15 *Legatum alimentorum factum ſeruo valet idem ſi eſſet factum pro modico tempore fratribus minoribus num. 16. Item factum damnato ad metallum valet num. 17.*

18. *Minor*

18 *Minor abſque tutore, & curatore poteſt petere alimenta coram Iudice, & dilatione num. 19.*

20 *Iudex Eccleſiaſticus adiri poteſt pro alimentis alicui debitis.*

21 *Alimenta debentur vxori pendente lite ſuper validitate matrimonij.*

22 *Creditor alimentorum poteſt agere infra tempus conficiendi inuentarium, & de ratione, nu. 23.*

24 *Legatum alimentorum debetur etiam hæreditate non adita, & à paupere poteſt capi authoritate propria, num. 25.*

26 *Falcidia non detrahitur de legato alimentorum.*

27 *Onus fauore alimentorum non cenſetur iniunctum cauſa legati itaut deficiente onere non deficiet legatum.*

28 *Legatum alimentorum in dubio præſumitur annuum non vnicum. Idem quando fuiſſet collatum in tempus reiterabile, num. 29. Idem ſi modicum, & perſonæ multum dilectæ, num. 30.*

31 *Pater dilapidator cogitur aſſignare filio honeſtam portionẽ pro alimentis neceſſarijs, & legitima.*

32 *Debitor qui poſt ceſſionem peruenerit ad pinguiorem fortunam cõueniri debeat deductione egeat & de ratione, num. 33.*

34 *Legatum factum de certa ſumma, & interim quod ſoluatur certa quantitas pro alimentis valet.*

35 *Alimenta ſi vxori relicta fuerint intelligitur de prima, & ſecunda vxore.*

36 *Executor teſtamentarius poteſt conuenire hæredẽ ad ſoluendum legatum alimentorum.*

37 *Delinquens poteſt alienare poſt delictum bona pro alimentis ſibi præſtandis, & ſi bona ipſo Iure confiſcantur.*

38 *Fiſcus poteſt reuocare alimenta etiam ante declaratoriam facti.*

39 *Pater poteſt alienare aduentitia pro alimentis ſuis etiam in præiudicium filij irreuocabiliter immo poteſt filium vendere pignorare, & permutare, num. 40. non procedit in alia cauſa ſimili, vel maiori, num. 41. nec in filio emancipato, nu. 42. nec in filio Clerico, num. 43.*

44 *Auus maternus non poteſt vendere nepotem ex filia.*

45 *Filius alienatus a Patre non perdit libertatem nec efficitur ſeruus, & poteſt cogere patrem ad redimendum ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, num. 46.*

47 *Legatum factum forenſi pro alimentis valet non obſtante ſtatuto quod forenſi nil relinqui poſſit.*

48 *Retractus ceſſat ſi cauſa alimẽtorum res ſit vendita, quæ prius fuit oblata vicino.*

49 *Bona minorum ex cauſa alimentorum poſſunt alienari ac etiam bona Eccleſiæ, num. 50.*

51 *Dominus pro alimentis poteſt vaſſallos inuitos alienare.*

52 *Moram quando purgare poſſit recipiens donationem cum onere præſtandi alimenta.*

53 *Filij tenentur ex mutuo recepto a patre pro eis alendis.*

54 *Hypotheca legalis vxori datur etiam pro alimentis, & econuerſo datur viro ob retardatam ſolutionem dotium, num. 55.*

56 *Actio perſonalis competit contra tertium poſſeſſorẽ bonorum ſuper quibus debentur alimenta.*

57 *Compenſatio non datur pro alimentis, & quando, num. 58.*

59 *Succeſſor in beneficio tenetur ad ſoluendum debita contracta per eius prædeceſſorem pro eius ſubſtentatione.*

60 *Ius percipiendi alimenta cedi non poteſt in futurũ ſecus in præteritis, num. 61. nec niſi fieret ad commodum cedentis, num. 62.*

63 *Tranſactio ſuper alimentis non poteſt fieri ſine decreto Prætoris etiam quod ſint relicta donatis, n. 64. etiam quod tractetur de parte alimentorum, num. 65. etiam inter plures legatarios alimentorum, num. 66. Item quandocunque de alimentis agatur, num. 67.*

68 *Alimentorum cauſa non poteſt committi in arbitrum, vel arbitratorem ſine decreto Prætoris niſi arbitrum electum ex forma ſtatuti neceſſarium, num. 69.*

70 *Tranſactio ſuper alimentis valet ſi eſt facta cum iuramento, vel ſi alimentarius fecisset conditionem ſuam meliorem, num. 71. dummodo vtilitas ſit euidens, num. 72. vel ſi alimenta debentur ex pacto, vel contractu inter viuos, num. 73. vel ad eſſet licentia data per teſtatorem tranſigendi, num. 74. vel ageretur de alimentis præteritis, num. 75. Idem in permutatione quæ non eſſet damnoſa alimentario, num. 76. vel ageretur de alimentis minimis, num. 77. vel quando ageretur de declarandæ quantitate, num. 78.*

79 Cauſa non dicitur feudalis ſi agitur de taxanda quantitate vitæ militiæ remiſſiuè.

80 *Alimenta præſtita a patre non imputantur filio in legitimam.*

81 *Alimenta relicta vſque ad pubertatem quo tempore debeantur, & num. 82.*

83 Ius conſequendi alimenta non venit in generali bonorum confiſcatione tractando de futuris ſecus de præteritis, num. 84.

85 *Appellatio non admittitur in cauſa alimentorum in futuris ſecus in præteritis, num. 86. quoad remedium ſuſpenſiuum ſecus quoad deuolutiuum, num. 88. etiam quod alimenta fuerint petita iure actionis, num. 89. Immo nõ auditur niſi prius ſolutis alimentis, num. 90.*

87 *Alimenta futura dicuntur ea quæ debentur poſt litem conteſtatam.*

91 *Animal poteſt retineri pro alimentis ei præſtitis donec ſoluantur.*

92 *Pater denegans filio alimenta perdit patriam poteſtatem, & punitur vti proprijs manibus necaſſet, num. 93.*

94 *Patronus perdit Iuſpatronatus denegans alimenta liberto in caſibus in quibus tenetur.*

95 *Filius emancipatus ſi denegat alimenta patri reincidit in patriam poteſtatem ſi emancipatio ſit facta ſponte ſecus ſi coactè, num. 96. & in poteſtatem patris redactus non poterit de nouo emancipari, num. 97. habetur tamen pro emancipato, quoad ea quæ ipſius filij incommodum reſpiciunt, num. 98.*

99 *Libertus denegans patrono alimenta reducitur in ſeruitutem, & ſemel redactus non poterit liberari, num. 100. quid ſi filio patroni alimenta denegauerit, num. 101. & 102.*

103 *Filius legitimatus ſi denegat alimenta patri reducitur ad ſtatum ſpurietatis, & priuatur legiti-*

ma-

Digitized by Google

matione, & non poterit amplius legitimari, nu. 104. ſecus legitimatur per ſubſequens matrimonium, num. 105.

106 Filij poteſt exire religionem profeſſam habens patrem inopem vt victum ei quæat.

107 Vir ſi vxori alimenta denegat non habebit lucrum ſi ex pacto ſtatuto, vel conſuetudine. Idem ſi medicinas non miniſtrauerit, num. 108. vel medicum non adhibuerit.

109 Vel adhibuerit imperitum cum poſſet peritiorem adhibere.

110 Etiam ſi peritiores non eſſent in loco dummodo adeſſent in loco vicino, num. 111. etiamſi vxor peſtis morbo laboraret, num. 112. etiam quod dotes non ſufficerent, num. 113. dummodo tamen vxor ob denegationem alimentorum deceſſiſſet aliàs ſecus, num. 114.

115 Debitum ex cauſa alimentorum non includitur in generali moratoria a Principe conceſſa.

116 Tertio ſtipulanti poteſt ex cauſa alimentorum.

117 Stipulatio facta à marito ſibi de alimentis intelligitur facta etiam pro vxore.

118 Patronus laborans inopia poteſt exigere operam ante euentum diei, vel conditionis.

119 Præſtans alimenta delinquenti poſt commiſſum delictum non punitur, & quomodo puniatur.

120 Monacho permitti poteſt, vt habeat aliquid proprium ratione vſusfructus pro alimentis, & ſuis neceſſitatibus.

121 Sequeſtrum tolli debet pro ſumma alimentorum & litis expenſarum.

122 Mulier excommunicata agere poteſt ad reſtitutionem dotis viro ad inopiam vergente.

123 Tutor poteſt præſtare pinguiora alimenta pupillis ſi in teſtamento pauca fuerint decreta.

124 Tutor negligens præſtare alimenta pupillis tamquam ſuſpectus remoueri debet.

125 Alimentatus non poteſt alimentatorem accuſare.

126 Filius quo caſu poſſet agere ad reſtitutionem, vel vt aſſignetur prædium pro alimentis.

127 Seruus a ſcriptitius pro alimentis domini poteſt vendi abſque fundo.

128 Pater poteſt filium bannitum alere impunè non obſtante ſtatuto prohibente ſubſidium, vel alimenta bannitis.

129 Alimentarius non tenetur ſoluere collectam pro fundo ex fructibus cuius debentur alimenta.

130 Clericus de fructibus beneficij poteſt alere filios, & coniunctos.

131 Quis poteſt cogi vendere victualia tempore penuriæ aliquando iuſto prætio, nu. 132. & hoc quando vendere compellitur. nu. 133. aliquando iniuſto prætio. num. 134. & nemo excuſatur etiam ſi eſſet de domo Principis, n. 135. excuſatur tamen qui habet illa pro ſuo vſu. num. 136.

137 Legatum alimẽtorum debetur etiam quod ſit inſtitutum turpi perſonæ, & teſtamentum rumpatur.

138 Pater tenetur filiis præſtare alimenta etiam emancipatis. num. 146.

139 Statutum prohibens alimenta dari filiis non valet, etiam quod expreſſe diſponat quod nõ poſſit alere filio bannito, nu. 140. niſi in caſibus in quibus filiis alimenta denegantur. num. 141.

142 Pactum quod Pater non teneatur alere filium non valet, & ſi filius partem ſuam dilapidauerit, num. 143. & ſi eſſet ſpurius. num. 144.

145 Conſuetudo non valet quod filij non alantur à patre, etiam ſi ſint adoptiui, num. 147. etiam quod pater fuerit hæreticus Iudæus, vel infidelis, nu. 148. & non ſolum nato, ſed etiam in vtero. num. 149. etiam quod filius contraxerit matrimonium abſque conſenſu patris. num. 150. niſi indignam duxiſſet, num. 151. Idem in filia indigno nubenti, num. 152. Etiam ſi filius fuerit ingreſſus monaſterium, & inde exiret, num. 153. Et filio naturali legitimato, num. 156. ac etiam filio naturali, num. 157. & filio ſpurio de equitate canonica, num. 159. & ita ſi eſſet natus ex damnato, & punibili coitu. num. 160.

153 Comitiſſa nubens doctori non dicitur indigno nubere.

154 Indignus aut indigna quis dicatur ad effectum, vt alimentari debeat arbitrio Iudicis remittitur.

158 Alimenta debentur ſuper hæreditate non obſtante prohibitione patris in inſtrumento, vt tali filio non ſoluantur.

161 Pater etiam cum iuramento non poteſt priuare filium alimentis.

164 Auus paternus tenetur alere nepotes ſiue pater viuat, ſiue mortuus fuerit, num. 165. Idem in nepote ſpurio ex filio legitimo, num. 166. ac etiam in nepote legitimo, & naturali ex filio ſpurio, vel aliter illegitimo, num. 167.

168 Mater tenetur alere, & lactare filium intra triennium ſi filius eſt legitimus, & naturalis ſecus ſpurius. num. 169. contrarium num. 171. & quod proteſtatur velle repetere, num. 170. & elapſo triennio patre inope, num. 173. Idem ſi eſſet illegitime natus, num. 174.

172 Mater, & pater infra triennium tenentur dare filium communibus expenſis, quando matrimonium eſt declaratum nullum ex impedimento poſtea detecto.

175 Mater nobilis non tenetur lactare filium etiam infra triennium, ſed matris expenſis lactandus. num. 176.

177 Auus maternus, & auia materna in ſubſidium tenentur alere nepotes etiam naturales, & ſpurios & non punibili coitu natos, num. 178. regulariter autem non tenentur, num. 179.

180 Filius tenetur alere patrem etiam emancipatus, nu. 181. & ſpurius. num. 182. etiam quod pater eſſet bannitus, num. 183. & patrem ſpiritualem in ſubſidium, num. 184. etiam quod ſit Iudæus, vel infidelis, num. 186.

187 Hæredes filij extranei tenentur alere patrem in extrema neceſſitate poſitum.

189 Frater tenetur alere fratrem, vel ſororem egenos non poteſt repetere alimenta præſtita, num. 190. procedit in fratre conſanguineo tantum, num. 191. & in fratre Clerico, num. 192. & procedit etiam quod ſoror eſſet propter dotem ſtatuto, vel teſtamento excluſa, num. 193.

194 Patruus in ſubſidium tenetur alere filium fratris.

195 Monaſterium tenetur alere filios ingreſſi etiam bona ſua ſecum dedicantis etiam in filiis ſpuriis. num. 196. Idem econuerſo filio ingrediente monaſterium cum bonis, vt teneatur patri alimenta præſtare, num. 197.

198 Filius peccat ſi ingrediatur monaſteriũ relicto patre inope.

199 Vſu.

199 Vſufructuarius hæreditatis tenetur alere eos quos tenebatur teſtator.
200 Maritus tenetur alere vxorem etiam quod nullam attribuerit dotem. num. 201. etiam quod vxor eſſet diues. num. 202. & multo magis ſi fructus dotis non ſufficerent num. 203. etiam ſi vxor non fuiſſet in obſequio viri eiuſdem viri culpa nu. 204
205 Vxor ſeorſum à viro culpa ipſius viri poteſt dotes repetere.
206 Maritus non poteſt vxorem alimentis priuare etiam cum iuramento etiam, quod vxor non vtretur integra valetudine, num. 207. & ſi vir non poteſt ſeruire debet ali à viro quatenus fructus dotis ſufficiunt num. 208. & quod deeſt eſt ſupplendum ab ipſa vxore ſi eſt diues num. 209. & ſi eſt pauper a parentibus, & fratribus ipſius mulieris num. 210. vel in ſubſidium ab ipſo marito. num. 211.
212 Vxor diues tenetur alere maritum pauperem etiã de parafrenalibus, num. 213. etiam quod maritus fuiſſet bannitus. num. 214.
215 Soror tenetur alere nurum.
216 Nurus tenetur alere ſocerum de fructibus dotis ſibi reſtituere immo de proprijs bonis. nu. 217.
218 Priuignus diues etiam quod non ſit hæres patris tenetur alere nouercam.
219 Maritus poteſt compenſare alimenta ſeu intereſſe aliméntorum loco ob dotem non ſolutam ſecus in ceſſionario mariti, num. 220. non ſecus ſi fuiſſet data dilatio ad ſoluendam dotem nec pactitari expreſſè de ſoluendis alimentis. num. 221. nec ſi debitum dotis ſit transfuſum in alium contractum. num. 222. nec quando dos fuiſſet promiſſa vxori. & non marito. num. 223. nec quando maritus fuiſſet debitor, ex alia cauſa dotantis, num. 224. nec quando maritus ſimpliciter dotem petiiſſet. num. 225. In hoc contrarium vide. num. 226. limitatur prima opinio, niſi maritus ſibi prouidiſſet ab initio de ſoluenda certa quantitate pro alimentis, num. 227. ſecundo limitatur in caſu quo dos fuiſſet tantum in iudicio petita non autem ex acta, nu. 228. procederet reſpectu partis exactæ non autem reſpectu partis non exactæ. num. 229.
230 Hæredes viri an teneantur alere vxorem infra annum luctus ſi non habet aliunde, & nu. 231. & 232. tenentur ſupplere de proprio ſi fructus dotis non ſufficiunt. num. 233. & de ratione, num. 234.
235 Statutum banni alimenta infra annũ luctus valet.
236 Pactum taxans alimenta infra annum luctus valet.
237 Alimenta vxori debentur ab hæredibus viri etiã hæreditate non adita.
238 Hæredes viri tenentur ad alimenta etiam quod vxor habeat bona mobilia, ac etiam quod eſſet in poſſeſſione, num. 239. niſi haberet patrem diuitem, num. 240.
241 [illegible] alimenta recepta computare in ſolutionem dotis.
242 Hæredes viri non tenentur ad alimenta ſi vxor habet aliunde etiam ſi eſſent bona mobilia magni valoris. num. 243. Idem ſi ſtatim reſtituant dotem. num. 244. nec ſi dos conſiſtit in immobilibus, num. 245. vel dos non eſſet reſtituenda vxori. ſed extraneo. num. 246. etiam quod aduerſus extraneum. Competat actio dilatio, num. 247. quia nec ipſe erit alendus. num. 248. nec etiam hæredes vxoris, num. 249. neque tenetur caſu, quo vxor tranſiiſſet ad ſecundas nuptias, num. 250.
251 Hæredes viri habent neceſſe alere vxorem ſiue dotatam, ſiue indotatam, ſi dotem perdidit etiam poſt annum.
252 Vidua dotata poſt annum non eſt alenda ab hæredibus viri niſi non haberet, & feciſſet ſuum conatum, vt dotem exigeret. num. 253. ſecus ſi fuiſſet tutrix. num. 254. nec alenda ſi tranſiit ad ſecunda vota. num. 255. habebit tamen illud lucrum quod fuiſſet, ex ſubſtantia pupilli diminutum, ſi dos ſtatim ſibi ſoluitur. numero 256.
257 Hæredes vxoris tenentur alere virum egenum & inopem.
258 Tutor qui propter paupertatem aſſumptũ munus expedire non poteſt, debet ali ex bonis pupilli, maxime quando verſaretur circa confectionem inuentarij: num. 259. vel oporteret iter facere extra ciuitatem, num. 260. & tunc poterit taxari ſalarium per iudicem. num. 261.
262 Filij donatoris omnium bonorum poſſunt petere alimenta à donatario etiam, quod ſint ſpurij. num. 263. quinimo quocunque a poſſeſſore omnium bonorum paternorum titulo lucratiuo. num. 264.
265 Alumnus diues debet alere nutritorem, & nutricem, pauperes.
266 Diſcipulus debet alere magiſtrum ſuum poſitum in neceſſitate.
267 Eccleſia tenetur alere patronum ſuum pauperem, & quando iura procedat, num. 268. etiam ſi dos Eccleſiæ a patrono fuiſſet perempta. numero 269. non tenetur alere vniuerſitatem patronum, ſed rectores ſuos, num. 270.
271 Prædicatores ſunt alendi à populo, ſi aliunde non habent.
272 Sacerdos eſt alendus ab Eccleſia cui ſeruit ſi bona habeat aliàs a parochianis.
273 Decuriones in ſubſidium ſunt alendi à Ciuitate.
274 Sindacus, procurator, negotiorum geſtor, & mandatarius, quando exeunt à ciuitate debet conſequi alimenta, & expenſas.
275 Teſti debent præſtari alimenta expenſas, & ſalarium quod annuatim ſicut debent exhiberi iudicem, & actuario euntis ad examinandum teſtem, num. 276.
277 Epiſcopo eunti ad conſeruandum Eccleſiam debent dari alimenta ſeu expenſæ, ab ipſa Eccleſia ſi Eccleſia habet vnde ſoluat. num. 278. item & exiſtentis in ſignum ſubiectionis. nu. 279. Idem in Archiepiſcopo legato, & alijs prælatis inferioribus quibus de iure, vel conſuetudine competit ius viſitandi, num. 280. & inuitato ad ordinandum Clericos, & viſitando altaria extra ſuam diœceſim. num. 281.
282 Obſidibus debent dari alimenta ab eo qui dederit, niſi ſeruitium ei cui fuerunt dati.
283 Condemnatus pauper debet ali a ſuo creditore aliàs creditore requiſito, & recuſante poteſt à Iudice relaxari, num. 284. in Regno nunquam relaxatur

xatur niſi ceſſerit bonis. num. 285.

286 Confugiens ad eccleſiam debet ali ab ea.

287 Iudex ſecularis impediens præſtationem alimentorum fugienti ad Eccleſiam incurrit excommunicationem.

288 Prælatus, vel Beneficiatus ſine culpa aut delicto depoſitus debet ali de fructibus beneficij ablati.

289 Proprietas venit legato fundo ad Alimenta ſecus ſi fuiſſent conceſſa alimenta ex prædio. num. 290 vel appareret ex coniecturis teſtatorem ſenſiſſe de alimentis ſeu vſufructu. num. 291. & quod ſi conceſſio facta fuerit in contractu. n. 292. & 293. non venit proprietas ſi adiectio eſſet facta per viam cauſæ finalis, & non per viam modi. nu. 294. vel eſſet relicta res alicuius incapaci proprietatis. num. 295. nec ſi pater dediſſet rem ſi io ad alimenta vſū, vel vſumfructum. n. 296.

297 Legatum victus idem importat, quod legatum alimentorum, & idem ſi fuiſſet relictus victus, & veſtitus, num. 298. Item ſi ſit relictum educationis. num. 299. Idem ſi relinqueretur alimonia. num. 300. Idem ſi relictum neceſſarium, vel ſubſidium vitæ. num. 301. Idem ſi ſit relicta ſubſtentatio vitæ. num. 302 ſecus ſi eſſet relicta cibaria, vel diarium. num. 303.

304 Habitatione relicta vxori, cum filiis videntur relicta alimenta. Idem ſi teſtator mandauerit aliquem recipi in domo. num. 305. Idem ſi mandauerit pater filium educari apud matrem quæ videntur matre relicta alimenta nu. 306.

307 Teſtator relinquens neceſſitatem vitæ, cenſetur relicta alimenta. Idem ſi fuerit aliquod relictū vt poſſit ſe ſubſtentare. num. 308. Idem ſi reliquiſſet gubernum domus num 309.

310 Teſtator inſtituto hærede relinquens vxorem dominam in domo cenſetur alimenta reliquiſſe, ſiue mens inſtituerit filium hæredem, ſiue extraneo ſecus ſi nullus eſſet hæres, quia importabit proprietatem. num. 311. Idem quando reliquiſſet eam adminiſtratricem in domo, vel dominam, & adminiſtratricem, vel adminiſtrationem domus. num. 312. conſtitutis tamen filiis. num. 313. niſi fuiſſet relicta plena, & libera adminiſtratio omnium bonorum. num. 314. vel dictum, vt plenariè adminiſtret, vel ſit plenaria adminiſtratrix. num. 315. vel dictum quod poſſit fructus capere, & de eis liberè diſponere, vel equipollentia verba. num. 316.

317 Teſtator mandans aliquem tractari, vti filium debentur ei alimenta intellige ſi abſolutè hoc mandauerit, ſecus ſi limitaret. num. 318. & recomandans aliquem hæredi ſuo cenſetur in caſu neceſſitatis alimenta reliquiſſe. num. 319.

320 Legatum annuum cenſetur in cauſam alimentorū relictum etiā in promiſſione facta in contractu. num. 321. ſi tamen quantitas annua conueniret alimentis. num. 322.

323 Alimenta poſita in conditione non debentur, & exemplum.

324 Diſpoſitio teſtatoris relinquentis vxorem dominam & vſufructuariam inſtitutis filiis reſtringitur ad alimenta, etiam ſi ſolam vſufructuariam reliquerit. num. 325. Idem in marito relicto vſufructuario. num. 326. etiam quod vxor ſit inſtituta cum filiis. num. 327. Idem ſi eſſet relictum vſufructus omnium bonorum, vel vſufructus in ſolidum. num. 328. etiam quod teſtator ſit Princeps. num. 329. & filii offerendo totum vſufructum non liberantur ab onere alimentandi. num. 330. etiam quod vſufructus fuerit relictus concubinæ ſtantibus filiis. nu. 331. etiam quod filii habentes, perfectam ætatem regimen domus obtinerent. num. 332. ſiue ſint filii primi gradus, ſiue alii vlterioris, ipſius teſtatoris. nu. 333. & procedit etiam ſtantibus filiis adoptiuis, vel arrogatis. num. 334. Idem ſtante filio legitimato. num. 335. Idemque ſtantibus filiis naturalibus. num. 336. etiam ſi filius eſſet Clericus ſi teſtator ſit laicus. num. 337. ſecus ſi fuiſſet clericus teſtator. num. 338. procedit etiam quod teſtator eſſet Iudæus. num. 339. Etiam quod relinquatur extraneo ſtantibus inſtitutis. num. 340. & quod filius fuiſſet relictus poſt mortem vxoris fructuariæ relictæ. num. 341. & iſta interpretatio tanquam fauorabilis extenditur, ex identitate rationis ad alium caſum. num. 342.

343 Teſtator relinquens vxori ſuæ vſufructum alicuius rei particularis dicitur reliquiſſe plenum vſumfructum etiam ſtantibus filiis. Idem ſi relictus vſufructus dimidiæ hæreditatis. num. 344. ſecus ſi eſſet relictus omnium bonorum mobilium, & immobilium. num. 345. Idem ſi relictus ſit vſufructus ad certum tempus. num. 346. vel ſi aliàs legatum vſufructus deficeret. num. 347. vel filius inſtitutus fuiſſet ſub conditione. num. 348. vel vſufructus eſſet relictus alterius vxori. num. 349.

350 Vſufructus cenſetur relictus ſi ex verbis teſtamenti ita ſenſiſſe teſtatorem appareret ſi teſtator remiſerit ſatiſdationem de vtendo fruendo vxori. num. 351. vel vxor eſſet liberata ab inuentario conficiendo, aut ratione reddenda. num. 352. vel vxori non nubenti vſufructum omnium bonorum, & nubenti certæ rei. num. 353. vel primo certæ partis, & poſtea omnium bonorum vſufructus reliquit vxori. num. 354. vel relictis alimentis reliquit eidem vxori vſufructum omnium bonorum, etiam in alia diſpoſitione. num. 355. vel reliquiſſet vſufructum in aliis bonis. num. 356. vel ſi reliquerit vſufructum vnà cum filiis inſtitutis. num. 357. vel poſt relictum vſufructum diſponeret, vt vxor ſubſtineret onera hæreditaria. num. 358. vel reliquerit vxori totum plenum vſufructum. num. 359. vel dictum ſit quod poſſit ipſa vxor plenè diſponere. num. 360. vel iuſſiſſet non moleſtari vxorem in vſufructu. num. 361. vel liberaret a reditione rationis fructus perceptorum, vel percipiendorum, & caſu quo moleſtaretur totum ei legaret. num. 362. vel eſſet relictus vſus, & vſufructus omnium, & ſingulorum bonorum. num. 363. vel eſſet relicta vſufructuaria detractis legatis. num. 364. vel quando reliquiſſet vſufructum reuocato legato alimentorum. num. 365. vel inſtituiſſet filium poſt mortem vxoris. num. 366. vel filius eſſet inſtitutus reſeruato vſufructu vxori. num. 367 vel vltra vſufructum fuerit dictum quod vxor poſſit vti, & frui bonis. num. 368. vel quando

eſſet

eſſet reſeruatus victus & veſtitus filiorũ n.369

370 *An legatum de vſufructu vxori reſtringatur ad alimenta extantibus filijs alterius matrimonij, & num. 371. quod non reſtringatur inſtitutis tranſuerſalibus. nu.372. neque inſtitutis aſcendentibus. num.373.*

374 *Legatum vſufructus reſtrictum ad alimenta poteſt capi propria authoritate.*

375 *Vxor conſequitur integrum vſufructum inſtituto filio ſpirituali, etiam quando pro vno anno eſſet legatum pro alimentis, & pro alio eſſet legatum integri vſufructus. num.376. vel quando in alia parte teſtamenti eſſent relicta alimẽta, vel eorũ partem. nu.377. vel ſequeretur præiudiciũ filiorũ. n.378. vel quando filij moriãtur. num.379. nec mortuis filiis extraneis ſuccedentibus poſt mortem filiorum n.380. vel fiſcus ſuccederet publicatis bonis filij. nu. 381. vel ſi filius ſe dederit in adoptionẽ, vel fuerit ingreſſus monaſteriũ. n.382. vel ſuccedẽte ſubſtituto vulgari poſt mortem filij. n. 384. præter tamen legitimã quã habebunt hæredes. n.385 vel ſuccedente ſubſtituto pupillari poſt mortem filij impuberis, & quando. n.386. niſi fuiſſet legatum annuũ ipſi filio iniuncto quod cũ nõ appareat repetitũ à ſubſtituto valebit ſecundũ quoad alimẽta. nu. 387. vel ſi fuiſſet relictũ vxori, per verba ſuſpenſiua. num. 388.*

389 *Legatum, & vſufructus factũ vxori inſtituto hæredi de extraneo nõ reſtringitur ad alimenta, & ſi cũ filio ſit inſtitutus extraneus pro parte extranei. nu.390. etiã addita clauſula quod perciperet alimẽta prout faciebat in vita. n 391. ſecus tamẽ ſi cõſtituet de cõtraria mẽte teſtatoris ẽt inſtituto extraneo. n. 392. & n.393.394.395. & 396.*

397 *Alimenta debita ex diſpoſitione ſtatuti iure actioni petuntur.*

398 *Alimenta in quo loco præſtanda. nu. 399. niſi ſint relicta ſub onere, & conditione habitandi in domo hæredum. n. 400 & tunc debet cum hærede comedere. num.401. niſi alimentarius iuxta cauſa eſſet impeditus, ne moram poſſet cum hæredibus. num.402. iuſta cauſa quæ dicatur. n.403. 404.405.406 407.408. & 409. in dubio loquendo intelligitur de domo hæredis & quæ ſit iuſta cauſa denique remictuntur Iudicis arbitrio num. 411. & quando legatum eſt alternatiuè ſi cum hærede voluerit, vel non potuerit ſufficit quod legatarius nolit. num 412. nec habet locum in hærede hæredis. num.414.*

413 *Hæres inuito legatario poterit præſtare alimenta extra domum.*

415 *Et in ſuo domicilio non autem vbi alimentarius degerit.*

416 *Alimenta debentur ſecundum dignitatem perſonæ etiam ſi filio ſpurio deberentur ſecus ſi filius legitimam ſuam diſſipauerit. num. 417. nec ſi ſit pauper qui tenetur præſtare alimenta. nu. 418. vel alimenta eſſent taxata. num.419.*

420 *Alimenta relicta ex certo fundo debentur integra quamuis fructus ſufficientes ex eo percepti non non fuiſſent, & quando hoc procedat. n. 421.*

422 *Alimenta finiuntur cum morte illius cui debentur, & quod ſint relicta cum certo determinato tẽpore. n.423. & etiã quod debeantur ex ſtatuto. num.424. & ſimpliciter eſſent relicta. n.425. & relicta vt præſtẽtur ab vſufructuario eo mortuo extinguuntur ante mortẽ legatarij. n.426. niſi ſimpliciter, & nõ de vſufructu eſſent relicta. n.427.*

428 *Alimenta quæ loco legitimè debentur morte non extinguuntur.*

429 *Et relicta ob cauſam ceſſante ceſſant, ſi cauſa eſt finalis ſecus ſi impulſiua. num.430.*

431 *Repetitio alimẽtorum datur etiã quod fuerint præſtita cum animo gerendi alterius negotium non datur ſi maritus ſe proteſtauerit. num.432.*

433 *Liber poteſt priuari alimentis, ex iiſdem cauſis ex quibus poteſt exhæredari.*

434 *Pecunia ad alimenta relicta deponi debet apud mercatorem ad honeſtum lucrum.*

SINGVLARE XCVII.

IN cap. Regni Regis Alphon. ritus 133. in textu. ibi cauſæ alimentorum futurorum, nota ſingulariter hanc materiam, inprimis,
1 vt etiã de iure cõmuni cauſa alimẽtorũ † ſũmariè eſſet tractãda, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 2. nu. 1. & decis. 323. nu. 5. Gloſ. in ver. ſummatim, l. 3. §. ſciendum, ff. ad exhiben. gloſ. 1. §. præiudiciales, Inſtit. de actio. Bar. in l. de alimentis, num. 2. C. de tranſact. Foller. in l ſi. ff. de appell. recip. & in l. cum hi, in princ. vbi Iaſ. num. 9. ff. de tranſact. Bald. in l ſi quis in ſuo, vbi etiam Iaſ. vterque, num. 3. C. de inoffic. teſtam. idem Bald. in l. 2. num. 6 C. de fideicomm. Maran. de ord. iud. par. 4. diſtinct. 9. num 168. Gigas in tract. de penſio. quæſt. 51. num. 28. gloſ. fin. l. fin. C. de alim. liber. Aiiran. Clemens in tract. de patr. poteſt. effectu 17. num: 57. Iaſ. in dict. §. præiud ciales, num. 24. Ludou. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 2. cap. 15. num. 75. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, num. 1. ff. de liber. agnoſc.

2 Intellige 1. vt in † cauſa alimentorum non requiratur libellus, Surd. in tract. de alim. tit.
3 8. priuil. 2. num. 3. Nec qualis † petitio, Surd. in d. priuil. 2. ſub num. 4.

4 Intellige 2. vt in † cauſa alimentorum non requiratur litis conteſtatio, Surd. in d. priuil. 2. num. 5. meus Abb. in cap. an. num. 10. extra de offic. iud. Mara. in Specu. diſt. 9. num. 20. Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 18. vbi teſtatur commun. opin.

5 Intellige 3. vt in † cauſa alimentorum breuiores dilationes cõcedi debeantur, Surd. d. priuil. 2. num. 6. Bart. in l. 2. colum. penult. verſ. item eſt, ff. de iud. & in l. mela, ff. de alim. & cibar. lega. pract. Papienſ. in forma libelli, quo agit pro leg. rei ſing. in princ. num. 85. Gigas in tract. de penſion. quæſt. 51. num. 23. Curt. Iun. in l. 1. num. 34. C. de procurat. Specul. tit. de actore, col. 2. Cephal. conſ. 485. num. 85. Menoch. de arb. iud. caſ. 52. num. 12. & in tract. de adipiſc. poſſe. remed. 3. num. 60. Foller. in pract. cenſuali, in ver. iuris moderando rigorem, num. 85. Cordub. in d. §. ſi vel parens, num. 27.

6 Intellige 4. vt in † cauſa alimentorum procedi poſſet die feriata, Surd. in d. priuil.

Digitized by Google

2. nu 7. l. 2. ff. de ferijs, Specul. tit. de ferijs, §. ſequitur, nu. 7. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. excipiũtur, ff. de ferijs, ille num. 2. iſte num. 7. Idem Alexan. ad Bart. in l. ſi quis a liberis, §. ſi quis ex his, ff. de liber. agnoſc. Bald. Nouell. in l. 1. nu. 460. ff. ſolu. matr. vbi teſtatur comm. opin. Etiam
7 † in honorem Dei, quando tractaretur de alimẽtis præſentibus, vel futuris ſecus ſi de præteritis, Surd. d. priuil. 2. numero, & 14. Gloſſ. cap. fi. extra de ferijs, Bart. in l. ſi filiusfamilias, nu. 5. ff. de donat. Cordub. in d. §. ſi vel parens, nu. 6. arg. cap. etiã diſtinc. 78. cap. nunquam, de conſecr. diſtin. 5. cap. cum ad monaſterium, § in refectorio, extra de ſtatu monac. cap. licet etiam, extra de ferijs, Bart. in l. de alimentis, C. de tranſact. Ioan. Battiſt. Aſin. in praxi iudiciar. §. 3. c. 31. num. 6. Ac etiam quod
8 † deberentur iure actionis ſi à paupere petatur, Surd. dicto priuil. 2. num. 16. Alexan. in l. 1. §. excipiuntur, num. 5 ff. de ferijs.
9 Alimentorum autem appellatione † veniunt cibaria, & ea omnia, ſine quibus humanum corpus ſuſtineri non poteſt Bar. in tract. de alim. num. 1. Surd. in tract. eiuſdem tit. quæſt. 1, num. 1. & 2. l. legatis, ff. de alim. & cib. lega. Deci. in l. de alimentis, colum. 1 C. de tranſact. Paul. de Caſtr. conſ. 437. num. 2. vol. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 157. num. 13. Ant. Cordub. in l. ſi quis ex liberis §. non tantum, num. 2 ff. de lib. agnoſc. Menoch. de arb. iud. cent. 2. caſ. 170. num. 29. & 30.
10 Declara 2. vt † reus teneatur edere actori inſtrumenta ad fundandam eius intentionem in cauſa alimentorum, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 3 no. 2. Butrius in cap. 1. nu. 10. verſ. idem poſſet dici, extrà de prob at. Etiã
11 quod † ſubeſſet facultas actori aliundè probare, vel eius culpa facultas probandi periſſet, Surd. in d. priuil. 3. num. 6.
12 Declara 3. vt † iudex poſſet interponere officium ſuum, etiam non requiſitus in cauſa alimentorum, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 3 nu. 2. Alexan. in l. Diui, num. 7. ff. ad leg. Falcid. Aretin. in cap. 1. nu. 23. verſ. 2. quia, extrà de probat. Ripa in l. 4. §. hoc autem, num. 26. ff. de dam. infect. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. 152. priuil. circa fin. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verum, num. 11. ff. de lib. agnoſc.
13 Declara 4. vt † fauore alimentorum pactum nudum à cauſa, vel verbis producat actionem, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 5. num. 3. l. inter ſocerum, §. conuenit, ff. de pact. dotal. Faber in §. in perſonam, Inſtit. de act. Roman. ſing. 528.
14 Declara 5. vt licet † inter patrem, & filium nulla eſſe poſſet, neq; obligatio lis cum nemo ſibi ipſi poſſet obligari, tamen fauore alimentorum pater conuenitur, atquè ita oritur lis, & obligatio, Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 6. num. 5. & 6. Gloſſ. in verſ. cognoſcet, l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſc. Gloſſ. l. his nulla, ff. de iud. l. nec filium, C. de patr. poteſt. l. fi. §. ipſum autem, C. de bon. quæ liberis, Bart. in l. ſi conſtante, num. 69. ff. ſol. ut. matrim. Socc. reg. 244. limit. 2. Cordub. in l. ſi quis à liberis, in princ. num. 43. ff. de liber. agnoſc. Beer. deciſ. 130. num. 7.
15 Declara 6. vt † ſeruo factum legatum alimentorum valeat, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 7. n. 2 l. ſeruos, ff. de alim. & cibar. lega. l. quidam §. illo, C. de neceſſ. ſerui. hæred. Inſtit. l. ſeruo alieno, §. ſi quis poſt tempus, ff. de leg. 1. Bart. in l. ſi conſtante, num. 69. ff. ſolu. matr. Feder. de Sen. conſ. 41. colum. 1. Iaſ. in l. ſi victum, num. 6 ff. de re iud. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verum, num. 12. ff. de liber. agnoſc.
16 Idem eſſet ſi † fuiſſet factum pro modico tempore fratribus minoribus, Surd. in d. priuil. 7. num. 4. & 11. Bart. in l. ſeruo alieno, § 1. ff. de lega. 1. & in l. ciuitatibus, nu. 5. ff. eod. & in tract. minoricar. lib. 2. diſtin. 7 cap. 3. num. 40. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verum, nu. 12. ff. de liber. agnoſc. Valeret
17 † etiam legatum alimentorum factum damnato in metallum, Surd. in d. priuil. 7. num. 5. l. ſi is, cui, ff. de alim. & cib. lega. l. ſi in metallum, ff. de his, quæ pro non ſcripto, Gloſſ. & Salic. in l. deportati, C. de bon. proſcript. l. legatum, ff. de capit. dimin. Aretin. in tract. de teſtam. gloſ. 45. num. 10. Iaſ. in l. 1. num. 1. limit. 3. C. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. ſi victum, nu. 4. ff. de re iud. Mara. io l. is poteſt, num. 109. ff. de acquir. hæred. Cordub in l. ſi quis à liberis, §. ſed verũ, nu. 4. ff. de liber. agnoſc. Simon. de Præt. de coniect. vlt. vol. 1. interpret. num. 18.
18 Declara 7. vt † minor poſſet adire iudicẽ, & petere alimenta ſine tutore, vel curatore, Surd. de alim. tit. 8. num. 2. quia (inquit) ven-
19 ter † non patitur dilationem, l. 1. C. de alim. pupill. præſt. Specul. tit. de actore, in princ. num. 3. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verũ, num. 16. ff. de liber. agnoſc.
20 Declara 8: vt † pro alimentis alicui debitis poſſet adiri iudex eccleſiaſticus, Surd. in trac. de alim. tit. 8. priuil. 9. num. 2. cap. ſignificantibus, extra de offic. deleg. Bart. in l. ſolent, nu. 13. ff. de alim. & cib. lega. Imol. in cap. relatũ, el 1. col. 2. verſ. nota, quod valet, extrà de teſtam. Gemin. & Præpoſ. in cap. ſi quis deliquerit, 3. diſtin. Ioan. Lup. in cap. per veſtras, in 2. notab. in princ. nu. 19. extrà de don. inter vir. & vxor. Couarr. in epit. de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 6. Cordub. in l. ſi quis à liberis, in princ. num. 39. ff. de liber. agnoſc. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 2. cap. 15. num. 76.
21 Declara 9. vt lite † pendente ſuper validitate matrimonij decernenda ſint alimenta vxori, Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 10. num. 3. Specul. tit. de appellat. §. penult. verſic. illud autem.
22 Declara 10. vt † creditor ex cauſa alimentorum agere poſſet infra tempus ad conficiendum inuentarium, Surd. in tract.
23 de alim. tit. 8. priuil. 11. num. 3. † quia (inquit) fames eſt acutiſſimus enſis, Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, num. 16. verſ. ſecundo fallit, ff. ſi cui pluſquam, per leg. Falcid. Iacob. de S. Georg. in fin. §. donec, num. 2. C. de iure deliber. Iaſ. in l. eam quam, num. 10. verſ. 3. notabiliter limita, C. de fideicomm.

Duen.

Duen. reg. 167. num. 4. Fanucc. in tract. de inuent. par. 4. num. 8.

24 Declara 11. vt † legatũ alimentorum præſtari debeat, etiam hæreditate non adita, Surd. in tractat. de alimen. tit. 8. priuil. 12. num. 2. Com. in l. eam, num. 24. C. de fideicom. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verum, num. 26. ff. de lib. agnoſc. Rip. in l. 1. nu. 17. ff. quor. legat.

25 Declara 12. vt † legatum alimentorum à legatario paupere poſſet impunè capi authoritate propria, Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 16. num. 4. Ripa in l. 1. num. 17. ff. quor. legat. Menoch. in tract. de ad p. ſc. poſſ. remed. 2. num. 60.

26 Quis de legato † alimentorum, ſicut ad alias pias cauſas, non detrahitur Falcidia, vnde ceſſante ratione prohibitionis, ne legatum propria authoritate accipiatur, vt Falcidia ſcilicet detrahetur, debet ceſſare ipſa prohibitio, Surd. in d. priuil. 16. num. 7. Corn. conſ. 140. colum. fin. volum. 1. Capra, conſ. 3. in fine, tetigi in tract. de caſib. conſcien. cent. 1.

27 Declara 13. vt † fauore alimentorum, opus non cenſeatur iniunctum cauſa legati, ita vt deficiente onere, non deficiat legatum, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 23. num. 2. l. 2. C. de legat. gloſſ. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. Bart. in l. an teſtamento, l. a. 1. circa prin. ff. de cond. & demonſtr.

28 Declara 14. vt † legatum alimentorum in dubio præſumatur annuum, & nõ vnicum, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 25. nu. 5. l. legatum, l. annua, Stitia, ff. de ann. lega. l. eum, qui ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat. Bar. in l. cum hi, verſ. plane, ff. de tranſact. per l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3. Socci. conſ. 48. in fin. vol. 3. Tiraq. in §. hoc ſermone, limit. 3. num. 6. in fin. Natt. conſil. 379. nu. 2. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volun. dub. 11. num. 95.

29 Idem eſſet, quando † legatum fuiſſet collatum in tempus reiterabile, Surd. in d. priuil. 25. num. 8. Bar. in l. cum quidam, ff. de annuis legat. Alexan. in l. eum, qui Kalendis in prin. ff. de verb. oblig. Tiraq. in §. hoc ſermone limit. 20. num. 2. Natt. conſil. 379. nu. 4.

30 Idemque eſſet ſi † legatum relictum fuiſſet modicum, & perſonæ multum dilectæ, Tiraq. in d. limit. 20. num. 4. Surd. in d. priuil. 25. num. 9. Paul. de Caſt. in l. apud Iulianum, §. quid alicui, ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. C. de fideicomm. Rom. Sing. 491. Alexan. in l. diuortio, §. ob donationes, col. pen. verſ. ſoluta, ff. ſol. matr. Grat. in memor. incip. legatum, quod vxori.

31 Declara 15. vt † pater dilapidator cogatur aſſignare filio honeſtam portionem, pro alimentis neceſſariis, & legitima, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 26. num. 5. Bald. in l. 2. nu. 3. verſ. ſed pone pater habens, C. ſi in fraud. patro. Socci. reg. 183. fall. 1. Duen. reg. 276. in 12 ampl. in fin. Pinell. in 1. a. par. 3. num. 27. C. de bon. mater. Cagnã in l. fin. nu. 190. C. de pact. Ioan. Lup. in cap. per veſtras, §. 17. nu. 14. extra de don. inter vir. & vxor. Suarez in Theſaur. recept. ſent. in ver. filius, nu. 2038. Cuccus, in tract. de legitima, rubr. legitima, an augeatur, num. 8. in fin. Aſcan. Clemens in tracta de patria poteſt. effect. 16. num. 61. & effect. 1. num. 56. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum, num. 15. ff. de lib. agnoſc. vbi teſtatur commun. opin.

32 Declara 16. vt † debitor, qui poſt ceſſionẽ bonorum peruenerit ad pinguiorem fortunã conueniri debeat deducto ne egeat, etiam in foro conſcientiæ, Surdin. in tract. de alimen. tit. 8. priuil. 28. num. 2. quia (inquit) ſi cauſa famis licebit furari de alieno, multo fortius

33 licebit retinere, id quod alii debet, Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 1. numero 6. tetigi in meo tract. de caſibus conſcien. Cent. 1.

34 Declara 17. vt † ſi teſtator certum quid legauerit, & interim annuam quantitatem ſolui pro alimentis mandauerit, valebit legatum, Surd. in tracta. de aliment. tit. 8. priuil. 29. num. 3. Socc. in l. 2. num. 9. ff. de his, quæ pœnæ nom. Par. ſ. in cum venerabilis, colum. 9. extra de except. Alciat. conſ. 8. nu. 5. Bologn. conſ. 9. Cagn. in l. curabit, num. 14. verſ. ſecundus caſus, C. de act. empti, Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 1. circa fin.

35 Declara 18. vt † ſi vxori alimenta relicta fuerint intelligantur de prima, & ſecunda vxore, Sur. in tract. de ali. tit. 8. priuil. 31. nu. 2. & 5. vbi concordat contraria, Alex. conſil. 71. num. 3. verſ. ſupereſt modo, vol. 2. Soc. conſil. 48. num. 4. vol. 3. Gramm. deciſ. 102. num. 14. Tiraqu. in l. Boues, §. hoc ſermone, in 3. limit. num. 13. ff. de verb. ſign. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. verum, num. 34. ff. de liber. agnoſc. Socc. Iun. conſil. 172. num. 29. volum. 2. Surd. conſil. 125. num. 25.

36 Declara 19. vt † exequutor teſtamentarius poſſet conuenire hæredem ad ſoluendum legatum alimentorum, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 32. num. 1. l. nulli, C. de Epiſc. & Cler. l. a liõ hærede, ff. de alim. & cibar. lega. gloſſ. l. ſi quis ſitio, ff. de leg.

37 Declara 20. vt † delinquens taliter, quod bona ipſo iure confiſcentur poterit poſt talem delictũ bona alienare pro alimentis ſibimet præſtandis, Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 35. num. 4. Bapt. in l. poſt contractum, num. 14. ff. de donat. vbi etiam Picus, num. 44. verſ. ſecunda limita, Ant. Gomes, tom. 3. in tract. delict. cap. 4 de confiſc. bonor. delinq. num. 4. verſ. item poteſt alienare.

38 Licèt regulariter † fiſcus poſſet reuendicare alienata, etiam ante declaratoriam factã, Surd. d. priuil. 35. num. 2. & 3. Ioann. Andr. Anchar. Zenzelin. & Geminia. in cap. cum ſecundum daharet. lib. 6. Felin. in cap. Rodulphus, n. 23. ver. limita 3. extra de reſcr. Dec. conſ. 735. nu. 4. Crot. in l. 2. §. qui præſens, ff. de verb. oblig. Beroconſ. 97. num. 20. & 15.

39 Declara 21. vt † pater poſſet alienare aduentitia pro alimentis ſuis irreuocabiliter in præiuditium filii, Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 37. num. 4. Cordub. in l. ſi quis à liberis, in prin. ff. de lib. agnoſc.

40 Declara 22. vt † fauore alimentorum li-
ceat patri vendere, pignorare, & permutare
filium ſuum, Surd. in tract. de alim. tit. 8. pri-
uil. 38. nu. 7. 9. & 12. vbi teſtatur com. op. gloſſ.
l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr. vbi Bal. nu. 5. Co-
uarr. lib. 3. var. reſolut. c. 14. n. 4. verſ. 2. eadẽ,
Cagno. in l. non debet cui, nu. 4. ff. de reg. iur.
Fulgoſ. in l. 1. C. de patrib. qui fil. diſtrax. Gã-
mar. in tracta. extenſ. num. 103. Pincl. in rub.
41 de bon. mater. par. 2. nu. 26. Non etiam † in-
telliges procedere in quacunque alia cauſa
ſimili, vel maiori, Surd. in tract. de alim. tit. 8.
priuil. 38. nu. 14 gloſſ. d. l. 2. Sylu. Aldobr. in-
ſtit. de patria poteſt. in prin. Couar. in d. c. 14.
num. 4. ver. etiam ſi liceat, Benincaſ. in tract.
paup. 8. q. in 5. Speciali in contract. num. 16.
Aſcan. Clemenſ. in tract. de patria poteſt. in
42 1. effe num. 6. Nequè † procedere in filio emã-
cipato, Arius Pinell. in rub. C. de bon. mater.
par. 2. num. 23. Rebuff. tomo 1. Conſt. Regiar.
in proem. glo. 5. num. 62. Licèt contrarium
probauerit Surd. in d. priuil. 38. ſub num. 15.
43 Nequè procedere in filio † clerico, Surd. d.
priuil. 38. num. 16. Hoſt. in c. Iudæorum, extra
de æta. & qual. Anan. in c. ſi quis. col. 2. verſ.
ſuade, extra de furt. Gerard. Sing. 100. nu. 6.
Marſil. in rub. ff. de fideiuſſ. num. 120. & ſing.
10. Cagno. in l. non debet, nu. 4. ff. de reg. iur.
Couarr. d. cap. 14. nu. 4. Aſcan. Clem. in tract.
de patria poteſt. eff. 1. nu. 53. Benincaſ. in
tract. de pauper. in 5. ſpeciali circa contra-
ctus, Coraſius in l. qui liberis, nu. 14. ff. de ritu.
44 nupt. Nequè procedere in auo † materno (quià
in auo paterno omnes aſſentiunt) Surd. in
d. priuil. 38. nu. 21. & 22. Bald. & Sal. c. in d. l. 2.
C. de patrib. qui filios diſtrax. vterquè, nu. 3.
45 Et talis filius † à patre alienatus non ammit-
teret libertatem, nec ſeruus efficeretur, ſed
ſeruiens, atquè ità poterit aliundè acquire-
re, Surd. d. priuil. 38. num. 22. Nicol. de Mate-
rell. Bald. & Caſtre. in d. l. 2. C. de patrib. qui
filios diſtrax. Poteritquè cògere † patrem
ad redimendum, ſi peruenerit ad pinguiorẽ
fortunam, vel ex proprijs bonis ſeipſum re-
dimere, Surd. in d. priuil. 38. nu. 24. & 30. Bal.
circa prin. C. de patrib. qui filios diſtrax.
47 Declara 23. vt † forenſi poſſent relinqui
alimenta non obſtante ſtatuto, vel conſuetu-
dine, quod forenſi non valeat aliquid dona-
ri, vel relinqui: Surd. in tract. de alim. tit. 8.
priuil. 41. nu. 3. Zabarel. conſ. 66. circa fin. Io-
ann. Baptiſt. Plot. conſ. 19. num. 84. vol. 2. conſ.
crim. diuerſ. Lancell. Gall. in conſ. Alex. in
ver. ſolidos, num. 9. & 12.
48 Declara 24. vt † neceſſitate famis oblata-
re vicino niſi repræſentetur pecunia poterit
alteri vendi abſque metu retractus, Surd. in
tracta. de alim. tit. 8. priuil. 44. num. 2. Bal. in
tract. de iure prothom. n. 7. verſ. quid ſi vẽdo
iuxtà mercedẽ, Afflict. in tract. eiuſdẽ tit. §. 2. nu.
16. Tiraq. de retr. ſangu. §. 36. gloſſ. 1. num. 27.
Benincaſ. in tract. de pauper. 8. quæſt. in 5.
ſpeciali iudiciorum, num. 26.
49 Declara 25. vt † neceſſitas alimentorũ ſit
iuxta cauſa alienandi bona minorũ, Surd. in
tract. de alim. tit. 8. priui. 45. ſub nu. 7. gl. 1. l. ob
es, C. de præd. min. Bar. in auth. res quæ, cir-
ca fi. C. com. delegat. Ang. in l. non ſolum, ff.
de pet. hæred. Duen. reg. 187. l. in. 14. Paſil. in
50 d. auth. res quæ, nu 81. ac èt bona † eccleſiæ,
Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 46. num. 1. l.
Sancimus, l. 1. C. de Sacroſ. Eccl.
51 Declara 26. vt † pro alimentis dominus
poſſet mutes vaſſallos alienare, Surd. de a-
lim. tit. 8. priuil. 42. n. 2. Dyn. in l. 2. ff. ſol. matr.
Cyn. & Alber. in l. 1. C. de potus. Beninc. in
tract. pauper. 6. ſpeciali iud. num. 24. l. patro-
nus, & l. medicus, ff. de oper. liber.
52 Declara 27. vt † recipiens donationẽ cũ
onere præſtãdi alimẽta purgare poſſet mo-
rã lite nõ conteſtata intra modicũ tẽpus, ſi
aduerſarij non interſit, Surd. in tract. de alim.
tit. 8. priui. 47. nu. 3. Cyn. in l. 1. circa fin. C. de
don. quæ ſub modo Bal. conſ. 412. n. 2. vol. 2.
53 Declara 28. vt † filij teneantur ex mutuo
recepto à patre pro eis alendis, & familia,
Surd. in tract. de alim. tit. 8. priuil. 68. num. 8.
Bart. in l. his ſolis circa fin. ff. de cond. indeb.
Rom. ſing. 113. Cepoll. cautela 243. Iaſ. in l. cũ
ſeruũ, n. 1. ff. ſi cer. pet. Crem. ſing. 37. Io. Lup.
in rub. de don. inter vir. & vxo. § 66 n. 6. Cor-
dub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, n. 83.
ff. de lib. agn. vbi teſtatur hanc eſſe veriorẽ, &
receptiorẽ opinionẽ, arg. l. planè ſi filiũ, §. 1.
ff. de leg. 1. l. 2. verſ. æquiſſimum, ff. ad l. rhod.
de iactu, l. fine, & titium, ff. ſi cer. pet.
54 Declara 29. vt † hypotheca legalis vxori
non ſolum detur pro dote, ſed etiam pro ali-
mentis, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 49. nu. 1. Spe-
cul. tit. de don. intèr vir. & vxor. ſummatis,
verſ. ſed nunquid bona, nu. 15. Bald. in l. vnica,
§. & vt plenius, C. de rei vxor. actio. Præpoſ.
in c. 1. extrà de don. intèr vir. & vxo. Aret. in
§. fuerat, num. 11. inſt. de act. Camp. de dote,
par. 2. quæſt. 63. Neguſ. in tract. de pign. 4.
memb. 2. par. num 47. & 55. vbi teſtatur mag.
comm. op. Berous conſil. 55. num. 13. volu. 2.
Affl. deciſ. 10. num. 3. Rebuff. in Conſt. Regijs
tomo 1. tit. de ſent. prouiſ. art. 3. glo. 1. nu. 18.
55 Et † èconuersò datur viro pro alimentis ob
retardatam dotis ſolutionem, Surd. in tract.
de alim. tit. 8. priuil. 50. num. 1. Neguſ. in tra-
cta. de pign. 4. memb. 2. par. prin. num. 54.
342 Iurari in litem poteſt in omnibus actionibus perſonalibus in rem ſcriptis. & in actione fauiana, qua patronus aliena a in ſui fraudem per libertum renocat n. 343. & in actione rerum amotarũ n. 344 & in actione, quod metus cauſa n 345 & in actione de dolo n. 346 & in omnib. interdictis nu. 347. & in actione finium regundorum quatenus rei reſtitutionem continet n 348.

349 Iurari in litem poteſt in actionib. bonæ fidei ad reſtitutione rei non ſolum directus, ſed etiam cõtrarius numero 350.

351 Iurari in litem poteſt in actione locati. & quia contra eum, qui locaſſet operas ſuas n 352. & 353. neque agẽſ actione contraria nu. 354.

355 Iurari poteſt in litem in actione cõmodati pro re commodata reſtituẽda. & quando n. 356 & 357

358 Iurari poteſt in litem in petitione hæreditatis, & exempla n. 359. 360. 361. 362.

363 Iurari poteſt in litem in actione exempio quatenus [illegible] fuiſſet adiectium cõſtitutum. & exempla n. 370. 371. 372. 373 374. 375 & 376.

377 Depoſitum vero non dicatur, & nu. 378.

379 Iurari poteſt in litẽ ĩ actione familiæ herciſcũdæ & communi diuidẽdo ex pla n. 380. 381. & 382.

383 Iurari poteſt in litem in actione dotis ſoluẽdæ. vel repetẽndæ cõtra ſocerũ, vel vxorẽ dolo malo nõ ſoluẽtẽ, vel nõ tradẽtẽ contra maritum ſcienter alienãtẽ fundũ dotalẽ n. 384 & correlatiue contra ſcienter ementem; vel aliter acquirentẽ fundum dotalem n. 385. vel iurabitur ex parte mulieris contra debitorem moroſum n. 386.

387 Iurari poteſt in litem in actione pro ſocio. & exẽpla n. 395. 396. 397. 398. 399. 400 & 401.

402 Iurari poteſt in litem in actione negotiorum geſtorum & exempla n. 403.

404 Iurari poteſt in litẽ in actione ſtricti iuris perſonali ad reſtituẽdũ rẽ alteri ob cõtumaciã, & dolũ in parẽdo iudici reſtituentẽ ſiue iubẽti, & ſeu contra conuentu conditione furtiua, & condẽnatũ volẽtẽ rẽ reſtituere ad iudicis præceptum

n. 405. idẽ cõtra cõdẽnatũ cõditione ob cauſã ad rẽ reſtituẽdã ſi iudici non paruerit n. 406. & in re cõditione indebiti petita n 407 & in actione præſcriptis verbis ad rẽ reſtituẽdũ inſtitata n. 408. exẽpla n. 409. & 410. & aduerſus reum, qui non paruerit iudicij præcipienti aliquod factum promiſſum num. 411.

412 Diſtinctio dicta actionũ procedit in iuramẽto in litẽ affectionis, ſed quod ad iuramẽtũ in litẽ veritatis ſufficeret dolus, vel difficultas probandi, vel rerum iactura.

413 Vniuerſitas poteſt iurare de affectione in litem.

414 Fiſcus poteſt iurare.

415 Iuramentum in litem non defertur iis, quorum teſtimonium eſt reprobatum, & multo minus periuro n. 416 nec bonis cedenti vel infami n. 417. nec ceteris infamibus infamia facti nume. 418.

419 Iurari non litem poteſt contra hæredem non exhibentem in inuentario deſcripta per creditoris vel legatarios.

420 Mulier poteſt iurare in litem in repetitione dotis probans intuliſſe bona mobilia in domum viri ſi ea non exhibeantur aduerſus virum.

421 Hæres poteſt iurare in litẽ cõtra vſufructuarium nõ cõficientem inuẽtariũ de reb. ſibi relictis a teſtatore in vſufructum, & de ratione n. 422. & 423

424 Fideicommiſſarius poteſt iurare de veritate contra hæredem grauatum de reſtituendo inuentarium non conficientem n. 425.

426 Iurari in litem poteſt cõtra Reges, & Imperatores ac etiã cõtra perſonas eccleſiaſticas n. 427. & cõtra quoslibet etiã bona fama n 428 cõtra adminiſtratores etiã ſanguine cõiunctos pro reb. dolo geſtis n 429. & ſi ſanguine coniuncti non tenentur ita ſtricte rationem dare n 430.

431 Mercator poteſt iurare in litẽ contra mercatorem librũ rationũ ſeu cõputorum non conficientem, vel non edentem, & doloſè ſe in negotijs gerẽtẽ

432 Filius contra patrẽ adminiſtrantẽ eius bona poteſt iurare, vel litẽ ſi pater tenetur reddere rationẽ adminiſtrationis bonorum ad eum pertinentiũ nu. 433 Benè tamen contra matrem n. 434.

435 Iuratur in litẽ cõtra cuſtodẽ publicarũ ſcripturarũ eas nõ exhibentẽ, & cõtra obligatũ alio iure ad exhibendum inſtrumentum n. 436.

437 Iuratur in litem contra lacerantem inſtrumentum doloſè de veritate etiam, quod fuiſſet minor, & quando non num. 438.

439 Iuratur in litẽ probato furto cõtra furẽ circa quãtitatẽ & pretiũ rerũ furtiuarum non poteſt deuenire ad iuramẽtũ reo ſubſiſtente tortura ex primis probationibus & de ratione n 440. Idẽ contra doloſè damnũ inferentem n 441. Idem contra eum, qui inſtrumentũ ſubtraxiſſe conſtito de furto n. 442. & idem contra doloſè comburentem inſtrumenta alterius n. 443.

444 Iurari poteſt in litẽ cõtra iudicẽ doloſè iuſtitiã adminiſtrãtẽ cõſtito prius de concuſſione. vel volẽtia idẽ ſi dolo aliquẽ bannierit n 445 idem ſi alterius debitorem doloſè aufugire feciſſet n. 446.

447 Iuratur in litem contra notarium, qui doloſè inſtrumentum conſcripſit.

448 Iuratur in litẽ contra ſtupãtẽ virgine & quomodo

449 Intereſſe paſſũ ob calũniã aduerſarij in iudicio agitato per iuramentum in litem probari poteſt

450 Iuramẽtũ in litẽ an poſſit deferri cõtra vniuerſitatẽ

451 Exſtimari non probetur pro iuramentum in litem

ad effectum, vt reus criminaliter puniatur.

452 *Facultas iurādi in litē trāſfertur in hæredē. & in ſingularē ceſſionariū veriſimiliter informatū n. 453. alias non poſſet n. 454. non tamē iuratur in litē contra hæredē doloſi n. 455. niſi lite conteſta ſuper crimine contra defunctū n. 456. vel niſi lite conteſtata cum defuncto fuiſſet per ipſos hæredes dolus commiſſus n. 457. vel niſi ipſi hæredes condemnati ad reſtitutionem doloſe, & cōtumaciter reſtituere renuerint n. 458.*

459 *Iuramento in litem probatur ſubſtantia rerum dolo ablatorum, & earum extimatio, vt ſolum extimatio probetur n. 460.*

461 *Iuramentum in litem debet preſtari in termino cauſæ probatorio.*

462 *Sacerdos ſeu quilibet alius, cui debetur decima ſeu pars fructū poteſt iurare in litē contra colligentē fructus ſpreta prohibitione ipſius, & pro ſuo intereſſe poteſt deſcribere fructus in agro pēdentes n. 463. & prohibere ne abſq; ſui, vel eius nuntij præſentia fructus colligant n. 464.*

465 *Scienter faciens rē prohibitam dicitur in dolo,*

466 *Iurari in litem poteſt contra colonum partitariū, qui non vocato cum ſocio fructus colligit.*

467 *Iudex debet taxare quantitatem altam quando fuſſet iuratum in litem aduerſus eū qui non reſtituit, & dolo deſceſerit poſſidere, & dicta taxatio in iuramēto affectionis poteſt præcedere, vel ſequi iuramētū n. 468. in iuramento veritatis iudicis taxatio præcedere oportet n. 469 & poſtea ſubſequta nō validabit iuramētū veritatis n. 470*

471 *Iudex in taxatione quātitatis qualis eſſe debeat, & cū debeat excedere dupplū valoris rei n. 472. & 473.*

474 *Pars debet citari in taxatione fienda per iudicem nō tamē requiritur in deferendo iuramētū in litem n. 475. licet tutius eſſet partē citare nu. 476.*

477 *Taxatio de qua ſuper an poſſit per iudicem reuocari poſt iuramentum in litem & nu. 478.*

479 *Appellatio datur a prædicta taxatione.*

480 *Iurari in litē poteſt cōtra mēdaces itē contra negātes poſitiones veras ſuper dānis intereſſe, & expenſis n. 481. itē cōtra negantē mutuū depoſitū aut cōmodatum aut alium titulū de mēdacio cōuictum ſuper quātitate n. 482. niſi prædicta fuiſſent accepta ſed nō in tāta quātitate n. 483. itē contra vēdentē rē alteri obligatā & aſſerentē rē illā liberam, & nomini obligatā n. 484 & cōtra aſſerentē animal non eſſe morboſum conſtito de mendacio n. 485 niſi mendacium dictum ſit abſq. dolo putans dixiſſe veritatem ex aliqua colorata cauſa n. 486.*

487 *Iuramentū in litē poteſt deferri in cauſis criminalib. etiā criminaliter intentatis, vel mixtus etiā contra vulnerantē ſeu occidentē in dolo malo n. 488. ſecus ſi ſine dolo n. 489 cōtra victū in duello per vincētē ad oīa dāna intereſſe & expēſas n. 490. niſi in locis vbi duellū eſt prohibitū n. 491.*

492 *Duellum vbiq. apud Chriſtianos recuſari poteſt, & quando dicatur proprie duellum n. 493.*

494 *Iurari poteſt in litē cōtra falſificantē ſcripturā, & contra teſtes falſū dicentes, & quādo n. 495. & contra prohibentē aliquē teſtari n. 496. contra incendiarium dolo malo n. 497. & contra ſpoliantem, vel turbante ſuper intereſſe, & fructibus n. 498. & quo caſu nō poſſit, contra ſpoliantē n. 499. contra exercentes iuriſdictionē cōtra libertatē eccleſiæ, & perſonas eccleſiaſticas ſuper dānis, & expenſis, n. 500. & contra officialem ſugientem à ſindicatu per quærelantes n. 501.*

502 *Iurari poteſt in litem contra omnem, qui tenetur ad cuſtodiā rei ſi rē illā nō cuſtodiat, & amittatur, vel deterioretur ſup extimatione, & intereſſe*

SINGVLARE C.

IN conſtit. Regni crebra nota ſingulariter hanc iuramenti materiam in primis, quod
1 iuramentum eſt † aſſertio, vel negatio de aliquo licito, honeſto, & poſſibili Sacræ rei acteſtatione firmata, Hoſt. in ſumm. titul. de iure iura. quem ſequitur meus Abbas in rub. extra eod. Ang. de Claua in Summ. tit. de iuram, el 1. Corſett. in tractat. de iuram. & eius priuil. quæſtio. 2, numero 1. Iuramentum au-
2 tem ius † iurandum, & ſacramentum ſunt, ſi nomina in idem recidentia, Corſett. de iure iuran. quæſtio. 3. num 4. Abb. in rub. extra de iure iuran. l. iuſiurandum, ff. eod. auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. capit. 6. item ſacramenta de pace iura. firm. capit. querelam, extra de iure iur. capit. qui ſacramento, 24. quæſt. 4.
3 Declara 1. hanc iuramenti materiam; vt ad iuramenti ſubſtantiam requirantur verba, Ioann. de Selua in tractat. de iure iuram. par. 1. quæſt. 2. nume. 2. verſ contrarium, vbi teſtatur han opinionem eſſe de iure veriorem, Roman. & Aret. in l. 1. ff de verb. obl. Bart. in l. qui iuraſse, ff. de iure iuran. & in l. & per ius iurandū ff. de accept. Crot. in d. l. in prin. vbi teſtatur comm. opin. Tiraquell. de ll. connub. gloſ. 5. num. 18. Pariſ. conſil. 46. num. 42. libr. 1. Cephal. conſil. 396. num. 30. lib. 3. Honded. conſil. 37. num. 40. vol. 1.
4 Contrariam ſententiam, vt ad † iuramenti ſubſtantiam non requirantur verba tenuit Cyn. Iaco. de Rauen, & Petr. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. Bald. in rubr. ff. de iure iuran. in cap. cum apud, extra de ſponſal. Alex. in l. 1. ff. de verb. obl. Corſet. in tractat. de iure iuran. quæſtio. 6. num. 20. & 21. vbi etiam teſtatur communem veriorem & in practica quotidiè ſeruata, Ioſeph Ludouic. concl. 2. tit. de iure iur. vbi eam teſtatur veriorem, & communiorem. Alciat in rubr. extra de iure iuran. num. 29. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 15. num. 187. & 188. Menoch. conſ. 37. num. 49. lib. 1.
5 Declara 2. vt † iuramentum ſit licitum, quando iuratur ex cauſa neceſſaria, & honeſta, Ioa. de Selua in tractat. de iure iura. par. 1. q. 3. n. 1. c. & ſi Chriſtus, extra de iure iura. ſignificaſti, extra de electio. Gugl. Vorſillo ſuper 3. Sent. diſtinct. 38. par. 2. concl. 2. Nicol. de Niſe in tract. nuncupato gemma prædicāt
6 rub. de iuram. Veluti † ſi propter pacem iuretur propter famam propter fidem, propter reuerentiam, vel propter damnum, gloſ. in cap. ſignificaſti. extra de elect. Ioan. de Selua in d. quæſt. 3. num. 5. & 6.

Decla-

5 Declara 3. vt † iuramentum debeat habere tres comites, veritatem ſcilicet, iudicium, & iuſtitiam Ioann. de Selua in tractat. de iure iur. par. 1. quæſt. 3. num. 9. Phanut. in tracta. de milit. iuram. par. 1. capit. 4. num. 53. gloſſ. & Abb. in cap. ſi Chriſtus, extra de iure iuran. Alciat. in cap. cum contingat. numero 135. extra eodem, Menoch. libr. 2. de arbitr. iud. caſ. 260. num. 35. Oſaſc. deciſ. 41. nu. 1. Boniſ. Roger. conſ. 16. nu. 64. vol. 1. Maluaſ. conſ. 65. num. 27. & conſ. 79. num. 15. & conſil. 69. num. 10. & conſil. 116. num. 34. Marth. Bruni conſil. 37. num. 9. à Vall. conſil. 69. numer. 68. volum. 4.

8 Declara 4. vt † hodiè forma iuramenti per atteſtationem fiat, per Deum per ſancta Dei Euangelica per fidem per corpus Chriſti, per ſanguinem ipſius, per Crucem ſanctam, per altare benedictum, per aliquem ſanctũ, vel per aliquas reliquias, Ioann. de Selua in tract. de iure iur. par. 1. quæſt. 4. num. 2. Corſett. in tract. eiuſdem tit. quæſt. 4. num. 6. Iu-
9 ramentum vero, † quod fit per execratione͂m pluribus modis interponitur, vel adiuuet me Deus, aut Deus non miſereatur mei, aut veniat mihi tale malum, aut Diabolus ferat animam meam, vel crede mihi, vel per fidem meam, vel per verbum veritatis, vel in periculo animæ meæ, Ioann. de Selua in
10 d. quæſt. 4. num. 3. & 4. Verum † tamen olim in veteri teſtamento, ſeu primitiua Eccleſia iurabatur, viuit Deus, viuit anima mea, hoc faciat mihi Deus, teſtis ſit mihi Deus teſtis ſit mihi conſcientia, coram Deo loquor, Io. de Selua in d. quæſt. 4. numer. 1. gloſſ. in ſum. 22. quæſt. 1. Corſett. in tracta. de iure iur. qu. 4. num. 6. vbi ſubijcit, quod hodiè de conſuetudine non curatur his formis aliquibus caſibus exceptis.

Declara 5. vt † clerici conſtituti in ſacris iurent per eorum ordinem, ſeu conſcientiam Ioann. de Selua in tractat. de iure iur. part. 1. quæſt. 5. num. 5. Bal. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. Corſet. in tracta. de iur. quæſt. 4. num. 8. cap. ſi quis præsbyter 2. quæſt. 5.

12 Declara 6. vt † non liceat iurare per creaturas, quaſi eſſet in eis credere, Ioann. de Selua in tracta. de iure iur. par. 1. quæſt. 5. nu.
13 2. in fin. 5. Matthe. cap. 5. Niſi † inuocaretur creatura in teſtem in quantum in ea reluceret Diuinæ veritatis veſtigium, Ioann. de Selua in d. quæſt. 5. num. 3. Hoſt. & Goffred. in cap. & ſi Chriſtus, extra de iure iur. Angel. de Claua in ſumma tit. de iuramen. l. 1. §.
14 2. Vel † niſi per imprecationem, puta viuat Don Petrus filius meus, Ioan. de Selua in d. qu. 5. nu. 2.

15 Declara 7. vt iuramentum non extendatur, niſi ad ea de quibus cogitatum fuit, aut cogitari debuit Io. de Selua in tracta. de iure iur. p. 2. quæſt. 2. num. 1. cap. quinta Vallis. & cap. veniens extra de iure iur. c. ex multiplici extra de decim.

16 Declara 8. vt † ex iuramento oriatur actio, & obligatio Ioan. de Selua in tract. de iure iura. p. 3. quæſtio. 1. num. 5. Corſett. in rubr. extra de iure iur. quæſt. 11. Abb. in cap. per tuas col. 3. extra de arbitr. Corſet. de iur. iur. quæſt. 11. num. 66. & 71. vbi teſtatur com. opin.

17 Intellige 1. vt † non procedat, quando iuramentum contineret peccatum mortale, quia tunc ex eo non oriretur obligatio, Io. de Selua in d. q. 1. num. 10. verſ. 1. fallit cap. 1. extra de iure iur.

18 Intellige 2. vt non procedat, quando tenderet in mortem alterius, quia tunc nõ obligaret Ioann. de Selua d. qu. 1. num. 11. gloſ. & Abb. in cap. ſi vera extra de iure iur. Ang. l. de Clauaſ. in ſumm. tit. de iuram. el 5 § 7. Et
19 † multo fortius ſi tenderet in mortem propriam. Ioan. de Selua in d. quæſt. 1. n. 12. Abb. in cap. ſi vero, extrà de iure cap. ſi non licet 23. quæſt. 5.

20 Intellige 3. vt non procedat in iuramento vergente in priorem exitum. Ioa. de Selua in d. qu. 1. num. 17. verſ. 5. fallit Abb. & Fel. in c. ſi vero extra de iure iur. Archid. in c. ſi aliquid 22. q. 4.

21 Intellige 4. vt non procedat in iuramento excludente opus ex neceſſitate faciendũ, Ioan. de Selua in dicta quæſt. 1. num. 20. meus Abbas in c. ſi verò, col. 5. verſ. 4. extra de iure iur.

22 Intellige 5. vt † non procedat in iuramento quo quis iurat propter bonum publicum euitandum, numquam eſſe Epiſcopum, clericum, vel monachum, quia tale iuramentum non obligaret Ioan. de Selua in d qu. 1. num. 21. Abb. in cap. ſi verò, column. 2. extra de iure iur. niſi (inquit) iuraret non acceptare Epiſcopatum propter bonum ſuum particulare, quia tunc eſſet tale iuramentũ obligatorium, Archid. in c. ſi aliquid, & in capit. innotens 22. quæſt. 4. gloſſ. in c. Archidiaconus 85 diſtinct.

23 Intellige 6. vt non procedat in iuramento quod excluderet opus indifferens pro intentione pro Deo, aut proximo faciendum, Io. de Selua in d. q. 1. n. 22. Abb. in c. ſi vero, col. 3. extra de iure iur.

24 Intellige 7. vt † non procedat in iuramento calore iracundiæ, quia non obligaret, Io. de Selua in d. quæſt. 1. num. 26. Abb. in cap ſi vero col. 4. extra de iure iur. Roman. ſingul. 407. Caroc. de iuramen. deciſ quæſt. 3. quæſt. 9. princ. num. 5. vbi teſtatur com. opin. Ioan. Andr. in cap. ſicut ex literis extra de iure iur. Iaſ. in l. filiam ſub num 4 C. de inoff. teſtam. Dec. in l. quicquid calore, num. 4. ff. de reg. iur. Tiraquell. de pæn. cauſa 1. num. 26. Anton. de Petrucc. in repet. l. 1. effect. 51. num. 299 ff. de iure iur. Burſ. conſ. 437. num. 20. volumin. 4.

25 Subintellige, vt † non procedit in quãuis ſpecie iracundiæ, ſed in ea, quæ mentis alienationem induceret, Caroc. in dict. quæſt. 3. num. 5. verſ. limitatur ſecundo meus Abbas in d. cap. ſicut ex literis, num. 3, extrà de iur.

& in cap. dilecti filij, col. fin. extra de except.
Bauer. de virt. iuram. verſ. 78. Dec. & Cagn.
in d. l. quicquid calore, ff. de reg. iur. ille, nu.
1. iſte, n. 4. Seraph. de iuram. priuil. 143 circa
26 fi. Et † talis iracundia excuſaret periurum
a peccato, Caroc. in d. q. princ. nu. 5. verſ. vnde periurum. Abb in cap. 1. in 2. not. extrà de
his, qui fil. occid. Felin. in c. ſicut, nu. 2. extra
de iure iur.

27 Intellige 8. vt † non procedat in iuramento præſtito contra bonos mores naturales,
Ioann. de Selua in d. quæſt. 1. num. 42. c. non
eſt de reg. iur. lib. 6. Bauer. in tr. de virt. iura.
ſub nu. 45.

28 Intellige 9. vt † ex iuramento deciſiuo
formiter præſtito oriatur actio vniuerſalis
ex eo contractu Caroc. in tract. de iuramen.
deciſiuo, quæſt. 18. num. 2. & 3. vbi declarat
eſſe formiter præſtitum, quando in eo fuiſſet expreſſa cauſa, quæ ſi vera fuiſſet obligatoria foret. glo. l. ſi duo patroni, §. ſi quis iu-
29 rauerit, ff. de iure iur. Si † vero fuiſſet informitèr præſtitum ex eo orietur actio in factum, Carocc. in d. quæſt. 18. numer. 6. Bald.
Ang. & Cyn. in l. actori, C. de reb. cred. Alexan. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit ff. de iure iur. ille nu. 3.
iſte nu. 1. hic n. 2. idem Iaſ. in d. §. item ſi quis,
n. 34. inſt. de actio.

30 Intellige 10. vt † non procedat in iuramẽto præſtito contra primum iuramentum,
quia tale iuramentum non obligaret, Ioan.
Selua in d. qu. 1. n. 43. Abb. in c. intellecto extra de iure iura. gloſſ. c. licet mulieres de iure iur. lib. 6. Ant. Gabr. lib. 2. cocnl. tit. de iure
iura. concl. 1. n. 1.

31 Subintellige primo, vt † non procedat,
quando is cum quo actus ſecundo loco geritur eſſet ignorans primi iuramenti, Anton.
Gabr. d. concl. 1. n. 6. Alex. conſ. 16. col 3. vol. 3
Curt. conſ. 158. col. 3.

32 Subintellige ſecundo, vt † non procedat
quando actus primus ſuper quo præſtitum
fuerit iuramentum fuiſſet licitus, & iuri cõmuni conformis, & dependeret à mera voluntate contrahentis, quia tunc valeret ſecundus actus iuratus licet contrafaciens ſit
periurus, Anton. Gabr d. concl. 1. nu. 7, Abb.
in d. c. intellecto, col. 2. Corn. conſ. 102. col. 2.
vol. 2. Aret. in l. qui iuraſſe, §. fi. circa fin. ff. de
iure iura.

33 Intellige 11. vt † non procedat in iuramẽto tendente in præiuditium ſuperioris, Ioan.
de Selua in d. quæſt. 1. n. 48. c. viuentes extra
de iure iura.

Declara 9. † vt pars cuius intereſt poſſet
remittere iuramentum iuranti abſque alia
abſolutione, Ioann. de Selua in tractat. de iure iura. par. 4. quæſt 4. num. 1. Abb. in cap 1.
num. 4. extra de iure iura. capit. 2. extra de
iure iura. cap. 2. extra de ſponſal. cap. 2. extra
de renunt. cap. ſignificauit extra de cenſibus
Fælin. in d. cap. 1. num. 2. Oldrad. conſil. 241.
circa fin. Couarru. in cap. quamuis, part. 1. §.
3. num. 1. de pact. libr. 6. Menocch. conſil. 343.
35 ſub num. 48. vol. 4. Licet ab eadem † parte
periurium remitti non poſſet, Ioſeph Ludouic. concl. 1. tit. de iure iur. vbi teſtatur hanc
opin. eſſe veriorem Bald. in authen. ei qui nu.
3. C. de ſecun. nupt. Bart. in l. labeo, ff. de iure iur. Affl. deciſ. 36. nu. 2. Crauett. conſil. 151.
nu. 9. Natt. conſil. 497. num. 2. Berous quæſt.
familiar. 79. nu. 5. à Vall. conſ. 34. num. 3. vol.
2. Menoch. d. conſ. 343. num. 48. Bart. in l. 1. §.
& poſt operis, nu. 3 ff. de op. no. nunt. Feder.
de Sen. conſ. 301. in fin. Anchar. conſ. 198. col.
vlt. Roman. ſing. 493. Felin. in cap 1. n. 3. extra
de iure iur. Ferrat. caut. 11. nu. 4. Pariſ conſil.
96. nu. 91. lib. 1. & conſ. 69. num. 106. lib. 2. Couarru. in cap. quamuis, par. 2. §. 3. num. 2. de
pact. lib. 6. Neuizz. conſ. 23. num. 8. Menoch.
conſ. 24. num. 17. lib. 1. Alex. conſ. 222. num. 9.
vol. 2. Dec. conſ. 442, col. pen. Gozzad. conſil.
69. num. 21. Natt. conſ. 10. nu. 5. & conſ. 223. n.
3. volum. 1.

36 Declara 10. vt † ſtante iuramento in obligationibus facti quis præcisè obligetur ad
factum, Corſett. in tract. de iure iura. quæſt.
8. num. 26. & 27. vbi teſtatur hanc eſſe communem opin. legiſtarum, & canoniſtarum,
Bauer. in tracta. eiuſdem tit. nu. 13. vbi teſtatur com. opi. Alex. conſ. 37. vol. 2. Anto. Gabr.
lib. 2 concl. tit. de iure iura. concl. 8. num. 1. &
2. vbi teſtatur hanc eſſe magis comm. opin.
Menoch. conſ. 27. num. 9. vol. 1. & de arb. iud.
caſ. 336. num. 35. & de recuper poſſ. remed. 9.
nu 368. Honded. conſ. 18. nu. 4. vol. 1. Peregr.
conſ. 8. num. 45. vol. 1. Craſſ. lib. 2. com. opin.
cap. 1. quæſt. 17. circa med Oſaſc. deciſ. 92. nu.
19. Vegius conſil. 68. nu. 30. Cephal. conſ. 41.
nu. 2 Mandell. conſil 338. n. 3. Turret. conſil.
48. n. 22. vol. 1. & conſ. 46. nu. 20. vol. 2. Maluaſ.
conſ. 1. num. 23. Seraphin. de priuil. iuram. 74.
priuil. nu. 2.

37 Intellige primo, vt † non procedat in hærede iurantis qui ad factum præcise cõpelli
non poſſet, Ant. Gabr. in d. concl. 8. n. 3. Bald.
in prælud. Feud. col. 4. verſ. in iuramento autem, Corn. conſ. 256. col. 1. verſ. tamen his nõ
obſtantibus vol. 4.

38 Intellige ſecundo, vt † non procedat, quãdo præcisè factum à iurante, impleri non
poſſet, quia tunc iurans excuſatur ab implemento, Ant. Gabr. in d. concl. 8. nu. 4. Crauet.
conſ. 12. col. 1. verſ. ſed poſito Barba. in apoſt.
ad Bal. in l. vnica, C. de ſent. quę pro eo quod
intereſt.

39 Intellige tertio, vt † non procedat in obligato cum iuramento ad ſoluendum docto
de vſuraria prauitate parte patiente, Ioſeph
Ludou. concl. 3. limit. 1. tit. de iure iur. Grammat. deciſ. 45. num. 3. par. 15. conſ. 45. numer.
9. lib. 1.

40 Intellige 4. cum ſolutio fit † facti, l. conſilio, §. fin. ff. de cur. furioſ. Bertach. in reper.
in ver. ſolutio in principio. Obligatus cum
41 iuramento ſoluere in pecunia numerata nõ
poſſet offerre creditori bona mobilia, vel
ſtabilia, Circhou. cent. 3. comm. opi. concluſ.
62. in litera O, nu. 2. vbi teſtatur com. opin.

Iaſ.

Iaſ. conſ. 9. num. 9. & 10. vol. 1. à Vall. conſ.
53. num. 46. vol. 1. Oſaſc. deciſ. 92. num. 9.
Caualc. deciſ. 9. num. 51. par. 1. Benintend.
deciſ. 28.
42 Declara 11. vt † ſtante iuramento in con-
tractibus innominatis non ſit locus pœniten-
tiæ, Ant. Corſett. in tract. de iure iurand.
quæſt. 8. num. 29. vbi teſtatur comm. opin.
gloſſ. & Salic. in l. ſi pecuniam, ff. de cond. ob
cauſam, Imol. in l. 2. §. ſed et ſi quis, ff. de do-
nat. Bauer. in tract. de virt. iuram. numer. 15.
Bald. in cap. quæ in eccleſiarum, col. 10. ex-
tra de conſtit. Ant. Gabr. lib. 2. concl. tit. de
iure iuran. concl. 9. num. 2. vbi teſtatur com.
opin. Ferrat. cautel. 30. col. 2.
43 Declara 12. vt † ſtante iuramento non
requiratur interpellatio, Corſett. in tractat.
de iur. iuran. quæſt. 8. num. 31. Specul. tit. de
aduoc. §. 1. verſ. ſed nunquid 15. Barba. in rubr.
extra de iure iuran. l. eum, qui, §. ſi iurauero,
ff. eod. Bauer. in tract. de virt. iuram. num.
18. & 56. Ant. Gabr. lib. 2. concl. rubr. de iur.
iurand. concl. 2. num. 1. & 2. vbi teſtatur
hanc eſſe mag. comm. opin, Dec. in l. quod
te, nu. 11. ff. ſi cert. pet. vbi teſtatur com. opin.
Gomes in §. item ſi quis poſtulante, col. 6.
inſtit. de act. Rip. in l. 4. §. Cato, num. 59. & in
l. ſi inſulam, num. 91. ff. de verb. obl. Affl. de-
ciſ. 174. num. 5. Crauett. conſ. 57. numer. 2.
Rip. reſp. 7. num. 2. libr. 3. Claud. in l. non ſolū,
§. morte, col. 16. ff. de oper. nou. nunt. Menoc.
conſ. 128. num. 15. vol. 2. à Ponte conſ. 76. nu.
3. Surd. conſ. 221. num. 40. vol. 2. & conſ. 296.
num 33. eod. vol. Turret. conſil. 74. numero
14. vol. 1. Maluaſ. conſil. 111. numero 30.
44 Declara 13. vt † ſtante iuramento etiam
in materia contractus ſit locus remiſſioni,
Corſett. in tract. de iure iura. quæſt. 8. num. 31
verſ. 5. Ang. in l. hæres abſens. §. 1. ff. de iudit.
§. ſi vero auth. de exhib. reis iud.
45 Declara 14. vt † iuramentum habeat vim
clauſulæ rato manente pacto Corſett. in tra-
ctat. de iure iur. quæſt. 8. num. 32. vbi teſta
tur comm. opin. Bart. in l. ſi quis maior, C.
de tranſact. Alex. conſ. 37. vol. 2. Bauer. in
tract. de virt. iuram. num. 21. Ant. in cap. dile-
cti, col. antepenult. extra de arbitr. Craſſ. lib.
1. com. opin. cap. 7. verſ. iuramentum, quæſt.
4. vbi teſtatur comm. opinio. Mara. in Specu.
rubr. de appell. numero 253. Caualcan. deciſ.
35. nume. 10. part. 1. Vegius conſ. 68. nume. 85.
Cephal. conſ. 35. nume. 25. Marcabr. ab An-
guill. conſ. 94. num. 146.
46 Declara 15. vt † ſtante iuramento in con-
tractu venditionis non ſit neceſſaria denū-
tiatio per emptorem, Burſat. conſ. 194. nume.
23. vol. 2. vbi teſtatur hanc eſſe communiorē
opin. Seraſin. de priuil. iuram. 49. priuil. nu. 2.
Caualc. deciſ. 8. nu. 20. par. 1.
47 Contrarium & † receptius tenui libro 1.
quæſt. 62.
48 Declara 16. vt † iuramentum habeat vim
clauſulæ derogatoriæ, Corſett. in tractat. de
iure iur. quæſt. 8. num. 32. verſ. ſeptimum, &
num. 55. Bart. in l. ſi quis in prin. ff. de leg. 3. &
in l. omnes populi in 3. quæſt. princ. circa fin.
ff. de iuſt. & iure, Bauer. in tract. de virt. iura.
num. 7. Cephal. conſ. 41. num. 18. volu. 1. Mar-
cabr. ab Anguill. conſ. 17. num. 20.
49 Declara 17. quia iuramentum † accumu-
lat forum foro, Corſett. in tract. de iure iura.
quæſt. 8. num. 33. & 53. verſ. trigeſimum, & ſub
num. 67. cap. fin. de foro com. lib. 6. Alex. in
l. ſi conuenerit, ff. de iur. omn. iud. Bauer. in
tract. de virt. iuram. num. 19. vbi ſubijcit ideo
50 laicum † poſſe conueniri coram iudice eccle-
ſiaſtico ad obſeruantiam contractus iurati,
Roman. ſing. 222. Seraſin. de priuil. iuram.
67. priuil. num. 1. Ant. de Petruſ. in l. 1. verſ. 3.
effectus, num. 229. extra de iure iuran.
51 Declara 18. vt † iuramentum habeat vim
clauſulæ codicillaris, Corſett. in tract. de iure
iur. quæſt. 8. num. 33. verſ. nonum, per l. cum
patri, §. filius matrem, ff. de leg. 2. Seraſin. de
priuil. iuram. num. 97. priuil. num. 1. Iaſ. in §.
item ſi quis poſtulante, col. 2. inſtit. de actio.
Bellon. conſ. 53. num. 17.
52 Declara 19. vt † iuramentum habeat vim
litis conteſtatæ. Carroc. de iuram. deciſi. qu.
22. num. 1. vbi loquitur in iuramento deciſi-
uo, l. nam. & poſtea, §. ſi is qui temporariæ, ff.
de iure iur. Gomes in §. item ſi quis poſtulā-
te. col. 2. inſtit. de actio. Seraſin. de iuram. pri-
uil. 50. vbi ampliat ad omnem iuramenti ſpe
ciem, Honded. conſ. 82. num. 60 vol. 1. Seraſin.
de priuil. iuram. priuil. 48. num. 5. Afflict. dec.
174. nu. 5. in fin. Gozzad. conſ. 57. nu. 13. Craſſ.
libr. 2. comm. opin. cap. 1. ver. mora, quæſt.
17. circa med. Oſaſc. conſ. 21. nu. 7.
53 Declara 20. vt † ſtante iuramento præſtito
per fideiuſſorem non requiratur excuſſio de
bitoris principalis, Corſett. in tract. de iure
iura. quæſt. 8. num. 36. vbi teſtatur ita in fac-
to obtinuiſſe, Bal. Abb. Ancha. in c. p. ex re-
ſcripto extra de iure iura. Alex. conſ. 32. vol.
4. Bauer. in tract. de virtu. iuram. n. 23.
54 Declara 21. vt † ſtante interceſſione iurata
non ſit neceſſe, quod mulier certiorata re-
nunciet velleiano, Corſett. in tract. de iure
iura. quæſt. 8. num. 37. gloſſ. & Abb. in capit.
ex reſcripto, extra de iure iura. Bar. in l. ſi
quis pro eo, ff. de fideiuſs. Bauer. in tract. de
vir. iuram. ſub num. 29. & 31. vbi teſtatur hāc
eſſe magis com. opin. Tiraqu. in l. ſi vnquam
in princ. nu. 131. C. de reuoc. donat. Alex. conſ.
27. num. 18. vol. 1. vbi teſtatur com. opin. Ant.
de Petru. in l. 1. num. 149. ff. de iure iuran. Sera
ſin. de priuil. iur. 63. priuil. num. 3. & priuil.
99. num. 1. Ant. de Burg. in cap. cum cauſam
num. 36. extra de empt. & vendit. Brunor. à So
55 le, quæſt. 22. num. 26. Et † generaliter, quod
ſtāte iuramento nō ſit neceſſaria aliqua certi
ficatio in muliere, vel minore tenuit, Anto.
Gabr. lib. 2. concl. tit. de iure iur. concl. 3. verſ.
contrariū, vbi teſtatur hanc eſſe magis com.
opin. Bart. in l. ſciendum, col. 2. ff. de verb. obl.
Natt. in cap. quamuis, col. 13. de pact. lib. 6.
Alex. conſ. 27. col. 2. vol. 1. Affl. in §. item ſa-
cramenta in 3. not. num. 58. de pace iuram.
firma.

firma. Bertrand. conſ. 46. col. 1. vol. 2.

56 Declara 22. vt † promittens factum alienum cum iuramento intelligatur promiſiſſe ſe facturum, & curaturum, Corſet. in tract. de iure iur. quæſt. 8. nu. 38. gloſſ. Abb. Ant. & Bald. in capit. ex reſcripto, extra de iure iur. gloſſ. cap. quoties cordis 1. quæſt. 7. gloſſ. in verſ. nihil in cap. vnico 30. quæſt. 2. Bauer. in tract. de virt. iuram. nu. 6. Roman. in l. ſtipulatio iſta, ff. de iure iur. Seraph. de priuil. iura. 87. priuil. n. 1.

57 Declara 23. vt † iuramentum debeat ſeruari in forma ſpecifica, Corſet. in tractat. de iure iuran. quæſt. 8. nu. 39. vbi teſtatur com. opin. cap. ad noſtram el 1. extra de iure iura. Bauer. in tract. de virt. iuram. nu. 57. Tiraqu. in l. ſi vnquam in verſ. reuertatur num. 253. C. de reuoc. dona. & de l. connub. gloſſ. 7. num. 159. Thuſ. decis. 70. num. 8. verſ. ſed contrarium in fin. Affl. decis. 162. nu. 2. & 3. Caualc. decis. 49. nu. 7. par. 1. à Vall. conſ. 69. num. 32. volum. 4.

58 Declara 24. vt † iuramentum impediat moram purgationem, Menoch. conſ. 718. nu. 8. 9. 48. Oſaſc. deciſ. 49. circa fin. Grat. conſil. 53. num. 69. vol. 1. Iaſ. in l. duobus reis, num. 22. ff. de iure iura. Menocch. conſ. 410. numer. 25. vol. 5. Rip. in l. ſi inſulam. num. 94. in fin. ff. de verbor. obl. Oſaſc. conſ. 4. num. 34. Mantuaſ. conſil. 58. nu. 4. Seraphin. de priuil. iura. 48. priu. n. 4.

59 Declara 25. vt † non ſit locus pœnitentiæ vbi interuenerit iuramentum de proroganda iuriſdictione, Corſett. in tractat. de iure iur. quæſt. 8. numer. 41. & 42. vbi teſtatur com. opin. Ang. Iaſ. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. & Alex. in l. ſi conuenerit, ff. de iur. omn. iudic. vbi etiam Dec. col. 2. teſtatur comm. opin. Imol. & Aret. in cap. 1. extra de iudit. Ant. Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de iure iur. concluſ. 9. nu. 12. vbi teſtatur comm. opin. Anchar. conſ. 192. col. penult. verſ. dixi tertio Dec. in dicto cap. 1. col. 12. verſ. 6. fallit vbi etiam Fælin. col. 4. idem Fælin. in cap. ad noſtram, colum. penultim. verſ. 3. pro iſta parte extra de iure iur. Ferrari cautel. 37. col. 1. Marian. in capit. ſignificaſti col. 19. verſ. & aduerte extra de foro comp. Bald. in cap. P. & G. col. 2. verſic. ſed nunquid extra de off. delegat. Dec. in l. ſi quis in conſcribendo, col. 4. verſ. ſed reſponderi poteſt C. de pact. Brun. cõſ. 12. col. 7. verſ. operatur itaque gloſ. conſuet. Turonenſ. fol. 117. col. 4.

60 Declara 26. vt † fauore iuramenti lex loquens de contractu habeat locum in diſtractu, Corſet. in tractat. de iure iur. quæſt. 8. nu. 43. verſ. 18. vbi teſtatur comm. opin. gloſſ. in verb. contractibus auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. Bald. in rubr. extra de iure iura.

61 Declara 27. vt † iuramentum interpoſitũ à minore faciat eum cenſeri maiorem, Corſet. in tract. de iure iura. quæſt. 8. nu. 44. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. gloſſ. l. 2. C. de reſc. vend. Bauer. in tractat. de virt. iuram. num. 59.

62 Declara 28. vt confeſſio facta in teſtamẽto iurato inducat omni meliori modo plenam probationem contra ipſum teſtatorem, vel eius hæredem Corſet. de iure iura. quæſt. 8. nu. 44. verſ. vigeſimum Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis ff. de legat. 3. Bauer. de virt. iuram. nu. 5. verſ. quinta, vbi ponit exemplum in teſtatore iurante eſſe creditorem in decem, quia videtur reliqua nõ confeſſata dimiſiſſe per fideicommiſſum, Bartol. in l. ex ea ſcriptura, col. penult ff. de donat.

63 Declara 29. vt † iuramentum ſit tranſmiſſibile ad hæredes quo ad eius obſeruantiam non autem quo ad effectum periurij Corſet. de iure iur. quæſt. 8. nu. 45. Bal. in l. final. verſ. ſed hic incidenter C. de pact. Paul. de Caſtr. conſ. 65. col. 2. volum. 1. Ant. Gabr. lib. 2. concluſ. tit. de iure iur. concl. 6. nu. 3. Alex. conſ. 76 col. 2. vol. 6. & conſ. 29. circa fin. vol. 7. Bald. in auth. ſacramenta puberum circa fin. C. ſi aduerſ. vend. Socc. conſ. 77. col. fin. volum. 1. Iaſ. conſ. 76. col. 1. volum. 1. Cepoll. conſ. 30. col. 3. Guid. Papa quæſt. 414. & ſingul. 345. Caſſan. conſ. 47. col. 3. Fælin. in cap. cum ſit generale nu. 9. extra de foro comp. Socc. Iun. conſ. 67. col. 5. vol. 2. Ruin. conſ. 195. col. pæn. volum. 1. Surd. conſ. 165. num. 3. vol. 2. Menoch. conſil. 508. nu. 14 vol. 6. & conſil. 24. n. 22. vol. 1. Dec. conſ. 31. num. 76. volum. 1. Burſ. conſ. 361. nu. 48. vol. 4. vbi teſtatur comm. opin. Bologn. in l. ſi quis maior nu. 20. C. de tranſact. Ludou. decis. Peruſ. 15. n. 12. Rimin. Iun. conſ. 814. nu. 62. vol. 7. Vegius conſ. 68. nu. 171. Hier. Gabr. conſ. 144. n. 76. vol. 2.

64 Intellige primo, vt ſi defunctus iurauerit ſuper contractu inualido, eius hæres non cogeretur petere abſolutionem a iuramento, Ant. Gabr. in d. concl. 6. nu. 5. Alex. conſil. 129. col. fin. vol. 6. & conſ. 151. col. penul. vol. 7. Socc. conſ. 151. col. 4. Ruin. conſ. 107. num. 18. vol. 1.

65 Intellige ſecundo, vt hæres defuncti non poſſit conueniri vigore iuramenti præſtiti a defuncto coram iudice Eccleſiaſtico, Ant. Gabr. in d. concl. 6. num. 6. Dominic. in cap. fin. de foro comp. lib. 6. Fælin. in cap. cum ſit, nu. 9. extra de foro compet. Marian. in cap. cum ſit generale, col. 8. verſ. & hæc procedunt extra eod. Bauer. in tracta. de iuram. effecti 45.

66 Intellige tertio, vt iuramentum ſit etiam perſonale ex parte eius cui præſtatur, Ant. Gabr. d. concl. 6. n. 7. Fælin. in cap. primo, col. 10. extra de iure iura.

67 Intellige quarto, vt poſſit agi contra hæredem iurantis indirectè implorando officium iudicis Eccleſiaſtici, vt ſatisfaciat exonerando animam defuncti iurantis, Anton. Gabr. in d. concl. 6. num. 12. vbi teſtatur com. opin. Abb. Fælin. & Marian. in cap. cum ſit extra de foro compet. Alex. conſ. 19. col. pænult. vol. 4. Gomes in §. actiones, nu. 6. inſt. de actio. vbi teſtatur com. opin.

68 Declara 30. vt † generalis diſpoſitio, ſeu decio-

Digitized by Google

derogatio ſtatutorum non tollat diſpoſitiones iuratas, niſi de ipſo iuramento fieret ſpecifica mentio Corſet. in tractat. de iure iur. quæſt. 8. nu. 46. cap. conſtiturus extra de reſci. gloſſ. cap. cum non deceat de elect. libr. 6. Roman. ſing. 6. & 7. & conſ. 9. col. 4. Anchara. conſil. 308. col. 1. Abb. in cap. 1. extra de his quæ fiunt à maiori parte, Capic. Bauer. in tracta. de virt. iuram. num. 17. Ant. Gabr. lib. 2. concl. tit. de iure iura. concl. 5. nu. 1. vbi teſtatur hanc eſſe comm. & vulgarem regulã, Ioann. Andr. in reg. quod ſemel de regul. iur. Innoc. in cap. cum inter circa fin. extra de renunt. Alex. conſ. 110 col. 3. vol. 4. Dec. in l. pacta nouiſſima col. 2. C. de pact. Iaſ. in l. quoties, col. 1. C. de precib. imp. offer. Marſil. cõſ. 307. col. 2. Iaſ. conſ. 216. col. 3. vol. 2. & conſil. 173. col. pæn. vol. 4. Gozzad. conſ. 16. colum. 4. Bertran. conſ. 41. col. pæn. vol. 1. Ruin. conſil. 161. col. fi. vol. 4.

69 Intellige 1. vt procedat etiam in Põtificis diſpoſitionibus, ſeu ſtatutis Ant. Gabr. dicta concl. 5. nu. 18. Ruin. conſ. 100. col. fin. volum. 3. Bertrand. conſ. 41. col. pæn. vol. 1. Alexandr. conſil. 38. col. 2. vol. 3. Roman. conſ. 404. circa finem.

70 Intellige 2. vt † procedat etiam ſi verba fuerint geminata, quia adhuc compræhenderent diſpoſitionem iurat. Ant. Gabr. dicta concl. 5. num. 7. Alex. conſ. 137. col. 2. vol. 6. & conſil. 38. col. 2. vol. 3.

71 Intellige 3. vt † procedat etiam in omnibus alijs diſpoſitionibus priuatorum, quia & ipſe referri non poſſent ad diſpoſitionem iuratam Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 8. Dec. in l. pacta nouiſſima, col. 2. C. de pact. Iaſ. conſil. 173. col. pæn. vol. 4.

72 Intellige 4. vt † procedat etiam in conſuetudine, Ant. Gabr. in d. concl. 5. n. 27. gl. conſ. Biturig. f. 64. col. 3.

73 Intellige 5. vt non procedat in Principis diſpoſitione facta motu proprio, quia illa operaretur etiam quo ad iuratam diſpoſitionem, Ant. Gabr in d. concl. 5. nu. 28. Rota deciſ. 294. in nouis Phil. Franc. in c. 1. col. fin. de iure iur. lib. 6. idem Philip. Franc. Anchar. Lap. & Domin. in c. 1. in prin. col. pæn. de filijs præsb. lib. 6.

74 Intellige 6. vt † non procedat quando ex rationabili cauſa poſſet quis recedere à iurata diſpoſitione Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 30. Rota deciſ. 294. in nouis Philip. Franc. in c. 1 col. fin. de iure iura. lib. 6. Felin. in c. conſtitutus, col. 3. extra de reſcrip.

75 Intellige 7. vt † non procedat quando diſpoſitio Principis emanaret per viam legis, quia tunc derogaret etiam diſpoſitioni iuratæ, Ant. Gabr. d. concl. 5. nu. 34. Ioan. Andr. Lap. Abb. Anchar. & Domini. in cap. cum non deceat de electio. lib. 6. Felin. in cap. conſtitutus col. 3. extra de reſcr. Gome. c. 1. de conſt. lib. 6.

76 Intellige 8. vt † non procedat ſtante clauſula pro expreſſis, quia per eam cenſeretur derogatum etiam conſtitutionibus iuratis, Anton. Gabr. d. concl. 5. n. 36. Socc. conſ. 169. col. 6. vol. 4.

77 Declara 31. vt † clauſula ſeu licentia de extendendo inſtrumentum, prout notario, vel iudici videbitur non operatur, quod legitime poſſent addere iuramentum Corſett. de iure iura. quæſt. 8 nu. 52. vbi etiam ſubijcit non poſſe ſupplere ſtipulationem Ant. Butr. & Abb. in c. pænult. extra de iure iur. Bauer. in tract. de virt. iuram. num. 40. Dec. in cap. conſtitutus, col. 2. extra de reſtit. Ant. Gabr. lib. 2. concl. rubr. de iure iur. concl. 5. num. 9. Socc. in l. gallus §. idem credendum col. 2. ff. de liber. & poſth. Marſ. ſing. 123. conſ. 45. col. 3. vol. 1. Cagnol. in l. ſi librarius nu. 50. ff. de reg. iur.

78 Declara 32. vt iuramentum excuſet ſuccumbentem à præſumpta calumnia, & ab expenſis, Corſet. in tractat. de iuram. quæſt. 8. num. 52. verſ. 28. vbi teſtatur hanc eſſe magis com. opi. gloſ. in §. oportet auth. de iudit. gl. in cap. finem litibus extra de dolo, & cont. gloſſ. in c. in primis 2. q. 1. Bauer. in tracta. de virt. iura. nu. 66.

79 Declara 33. vt † exceptio iuriſiurandi impediat litem conteſtatam, Corſet. in tractat. de iure iura. quæſt. 8. nu. 53. l. nam, & poſtea, verſ. neque actio, ff. de iure iurand. iuncta, l. amplius non peti, ff. rem ratam hab. gloſſ. in l. ſi poſtea ff. de pecul. Bauer. in tractat. de virt. iuram. num. 71. Alex. in l. 1. ff de iure iurand. Caroc. in tracta. de iuram. deciſ. 1. qu. 9. princ. numer. 1.

80 Intellige 1. vt † procedat etiam quod iuramentum fuiſſet præſtitum extrà iuditium ex partium conuentione, vel coram ſuperiore non in forma iuditij, Caroc. in d. quæſtio. 1. quæſt. 9. princip. num. 8. gloſſ. fin. cap. ſuper hoc, extra de renunt. Felyn. in cap. exceptionem num. 30. extra de renunt. Blanch. in tractat. de comprom. qu. 4. in ver. iuſiurandi num. 18.

81 Intellige 2. vt procedat etiam quod exceptio prædicta iuſiurandi fuerit per partem ommiſſa, quia poſſet ſuppleri per iudicem, Caroc. in d. qu. 1. queſt. 9. prin. nu. 12. Anchar. conſ. 370. col. 6. Bologn. conſ. 28. col. 1. verſic. plus dico.

82 Intellige 3. vt † procedat etiam quod fuerit petita abſolutio à iuramento Carocc. in d. quæſt. 1. quæſt. 9. princ. numero 13. Felyn. in cap. 1. extra de iure iur. Grat. reſp. 118. nu. 6. lib. 2.

83 Intellige 4. vt † procedat etiam quod cum exceptione iuriſiurandi fuerit oppoſita exceptio pacti, & rei iudicatæ. quia ſimul proponi poſſent, Carocc. in d. quæſt. 1. quæſt. 9. prin. num. 14. Dyn. in cap. nullus pluribus, in prin. lib. 6.

84 Intellige 5. vt exceptio iuriſiurandi deciſiui oppoſita in vim declinatoriæ, & non admiſſa poſſet opponi, iterum in vim peremptoriæ, quaſi videatur reiectus modus, & non exceptio, Caro. in d. quæſt. 1. quæſt. 9. in prin. nu. 16. niſi (inquit) primo loco fuiſſet oppo-

ſita.

ſita,& plenariè diſcuſſa, Bal.in l.ad peremptorias C.ſent.reſc.nō poſſe. Miſing.centur. 4.obſeru.14. Iaſ. in l.ait prætor n.40.vbi etiā Bal. ff de iure iur.

85 Intellige 6. vt † non procedat, quando talis exceptio iuriſiurandi requireret altiorem indaginem, Caroc.in d.qu.1.quæſt. 9. princ. nu. 17 Bart.& Bal.in l.nam, & poſtea ff.de iure iur.Grat.reſp.15.nu.42.lib.1. Seraphi. in tract.de iuram.priuil. vlt. ſub nu.16.Sebaſt. Medic.in tract.de compenſ.par.2. quæſt.31. num. 8.

86 Declara 34.vt † exceptio iuriſiurandi impediat fieri compromiſſum non obſtante ſtatuto, quod cauſæ inter coniunctos compromittantur, Carroc.in tractat.de iuram.deciſ. quæſt.1.quæſt. 9.princip.num.2. vbi teſtatur com.opin.Bal.in l.fratris,C.de trāſact.Corn. conſ.90.col.pænult.vol.1.Capic dec ſ.66.nu. 3.Corn.conſ.117.col.1.in fin.vol.1. & conſil. 46.col.1. & conſ.65.column. 2.vol.2. Alciat. conſil.394.num.11.Aret.conſ.99.col.2,Sebaſtia.Medicea in tract. de compenſat.part.2. quæſt.31.nu.7.in fin. Maran.in Specul.par.5. in ver.compromiſſum limit.4.nu.17. Ioann. Arno.coment. 3.in fin.

87 Declara 35. vt † iuramentum faciat valere actum omni meliori modo,Corſett.de iure iuran.quæſt.8.nu.54.verſ.32. per l.cum pater,§ filius matrem,ff.de legat.2. Bartol. in l.ſi quis maior, C. de tranſact.Bauerius in tractat.de virtute iuram. num.1. vbi teſtatur commun.opin.Menocch conſ. 683, numero 34.volum.7.Peregrin.conſil.8. numer. 44.& conſil.76.numero 37.volum.1.Oſaſc.deciſio. 75.nu. 7.& deciſ. 92. numero 23. Riminald. Iun.conſil.771.numer.31.vol. 7. & conſ.103. num.24.volum.1.Vegius conſil.71. num. 24. Hieron.Gabriel concl.144.num.51.volum.2. & conſil.137.numer.25 vol.1. Cephal.conſil. 159.numer.19.vol 2 & conſil.41.num. 17. & conſ.147.num.13.volum 1.Pancir.conſ.1.nu. 60.& conſ.14 num 4.Maluaſ.conſil.56.num. 5.Eugen.conſil 26.num.30.Tob.Non.conſil. 15.numer.13.& conſ.1.numer.9. Seraphin.de priuil.iuramen.98.priuil.num.1.vbi teſtatur com.op.,Tiraq.in praſ.t.l.ſi vnquam. n.133. C.de reuoc.don.

88 Declara 36. vt † iuramentum appoſitum in ſecundo teſtamento habeat vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ appoſitæ in primo Corſett.in tracta.de iure iuran.quæſt.8. num.55.verſ. trigeſimum quartum, Bald in l.ſancimus col.vit.C.de teſta.Bauer.in trac. de virt.iuram.n.68.Tob.Non.conſ.56.num. 23.Ant.Gabr.lib.2.concl.tit.de iure iur.cōcl.4.num. 2.

89 Declara 37.vt † fideiuſſorum iuramento teneatur in cauſam duriorem, quam principalis.Corſett.in tract.de iure iur. quæſt.8.n. 55.verſ.trigeſimum quintum, Bar. in l.ſi quis pro eo,col.vit.ff.de fideiuſſ.Bauer.in tract.de virt.iuram.nu. 2.

90 Declara 38. vt † iuramentum habeat vim expreſſi Corſett.in tracta.de iure iur. q.8.n. 56.Bal.in l.1.verſ.2.quæritur C.comod.Ang. in l.fin.C.qui teſt.facere poſſ.Bauer.in tract. de virtute iura.n.8. Caroc.in tract.de iuram. deciſ.q.9.q.13.prin.n.7, Tiraq.de ll.connub. gl.7.n.252.Socc.Iun.cōſ.136.n.26.vol.1.Grat. reſp.17.n.13.vol.1. Gozza.conſ.69.n.19. Seraphin.de iura.priuil.26.n.1.Dec.conſ. 345.ſub n.4.Menoch.conſ.289.num.32.vol. 3. Oſaſc. deciſ.256.n.5.Becc.conſil.108.num. 21. Hier. Gabr.conſ.144.nu.54.vol.1. Ceph. conſ.410. n.5.vol.3.& conſ.58.n.26.vol.1. Tur.conſ.51. n.12,vol.1.& cōſ 46.n.14.vol.2. Maluaſ.cōſ. 1.n.24.Brun.conſ.43.nu. 3. Gabr.lib.2.concl. tit.de iure iur.concl.4.n. 1.

91 Contrariam † ſententiam tenuit Bart. in lege ſed etſi quis,§.quæſitum,ff.ſi quis caut. Alex.cōſ.28.col.fi.vol.1.& conſ.31.col.2.vol. 2.Io.Andr. Abb.Butr.& Anchar.in c.1. extra commoda.Bal.conſ.70.col.fi.vol. 3. Iaſ.conſ. 173.col.pen.vol.2.Curt.conſ.76.col.7. Grat. conſ.15.col.2. vol.1.Gramm.deciſ.57.nu. 28. Ruin.conſ.6.n.8.vol.3. Alij fecere diſtinctionē, qua vtramq; ſententiam concordarūt, vt prima procederet quando conſenſus minime deficeret in diſpoſitione, ſecunda vero quādo deficeret, inter quos fuit Gabr. libr.2.cōcluſ.tit.de iure iur.concl.4.n.3 verſ. concorda Salic.in l.1.C.commo.Pariſ.conſ.20.col.fi. vol.1.& conſ.14.col.3.vol.2.& conſ.49.col.7 vol 3.Buer.deciſ.3.n.7. & 8.

92 Declara 39. vt † in his quæ ab animo pendent ſufficiat iuramentum præſumptione in contrarium non exiſtente. Corſett. de iure iura.quæſt.8.num 60.Bart. in l.inter omnes, §.recte col.vlt.ff. de furt.& in l.2.§.ſi à pupillo ff.pro empt. gloſſ. capit.præsum tur de reg.iur.lib.6.gloſſ. §.ſed iſte inſtit. de action. gloſſ in verb. vel melius, l. at qui natura §. cum me abſente ff. de negot. geſt. gloſſ. l.1. §.2. ff. de itin.actuque priua. gloſſ.l.2.C.de ſeruit.gloſſ.l fin.Cod.de aqua.excep.Bauer. in tract.de virt.iuram.num.81.& 82.verſ.13. Iaſ.in l.admonendi, nu.256.ff.de iure iuran. gloſſ.in verb. ſi ita eſt cap.ſignificaſti extra de homicid.Menoch.conſ.149.num.49.volum. 2.& lib.1.præſump.quæſt.77.num.14.& de retin.poſſ.remed 5.num.12.Hieron.Gabr.conſ. 168.num.20. vol. 2 Seraſ.de priuil.iuram.8. priuil.nu.3. Ac † etiam ad probandam ignorantiam Iaſ. in d.l.admonendi nu.255.gloſſ. l.ſi cui §. iiſdem ff. de accuſ. gloſ. fin.cap.ad audientiam,extra de reſcr.gloſſ. & Bald.in l. 1.C.ad macedon.gloſſ.in verb.affectata cap. fin.de tempor.ordin.lib.6. gloſſ.in capit.propoſuiſti 82.diſtinct.gloſ.in ver.ignorare cap. qui,& humanis 12.quæſt.2. Et † ad probandum caſum fortuitum per non obligatum ex contractu Maſcar.vol.1.de probat. concl. 272.num.13.16. & 17. vbi ſubijcit procedere in reo non autem in actore, Bar.in l.ſciendum §.ſufficit, ff. de excuſ.tut. Alex.conſil.58.nu. 6.vol.1.Marſil.in l.de minore §. plurimum quoque num.67. ff. de quæſt.Salic.in l.fin.nu. 6. C. de fide inſtrum. Alex.in l.2.§.quod diximus,num.1.& 2.ff.ſi quis caut.Et † ſtatuſ-

93

94

95

Iuramento mulieris fuiſſe cognitam à viro
ſtuore matrimonij, Maſca. vol. 1. de probati.
concl. 312. num. 24. vbi ait hanc ſententiam
cunctis placere, Hoſt. Ant. Abb. & Præpoſ.
in capit. duo pueri extra de deſp. impub. Hen
96 ric. in capit. continetur extra eod. Et †
probatur damnum per iuramentum illius, qui
damnum paſſus eſt, Maſc. volum. 1. de prob.
concl. 471. num. 1. Iaſ. in l. ſi quando, nu. 27. C.
vnde vi Igneus in l. neceſſarios, §. non alias,
nu. 212. ff. ad Sillan. Berengar. Paulach. us in
l. vnica, numer. 164 C. de ſentent. quæ pro eo
97 quod intereſt, Burſat. conſ. 40. nu. 33 Et † ſta-
tur iuramento exequutorum teſtamenti de
expenſis exiguis factis ratione rerum exe-
quendarum, Maſc. vol. 2. de probat. concl.
910. num. 32 & 8. Iaſ. in l. ſ. imus, § in compu
tatione, nu. 5. C. de iure delib. l. ſi quis pro re
demptione, C. de donat. Bal. in l. nulli. ſub nu.
15. C. de epiſc. & cler.

98 Declara 40. vt † iuramentum validet ſti-
pulationem nomine abſentis factam, Hond.
cons. 37. nu. 21. volu. 1. Rum. conſ. 49. col. fin.
vol. 1. Port. conſ. 176. num. 3. Pariſ. conſ. 107.
nu. 51. vol. 3. Natt. conſ. 506 num. 17. vol 3. à
Vall. conſ. 19. nu. 30 vol. 1. Couarr. in rub. de
pact. lib. 6. relect. 2 par. § 4. nu. 11. vbi teſtatur
com. opin. Rimin. Iun. conſ. 37. n. 63. & conſ.
103. num. 16. vol. 1. & conſ. 234. nu. 308 vol. 3.
Serafin. de priuil. iurs. 24. priuil. numero 2.
Ioann. Bert. conſ. 58, numero 26. Caualc.
decis. 42. num. 14. Peregr. conſ. 8. nu. 44. in
fin. vol. 1. vbi teſtatur comm. opin. Vegius
conſ. 57. nu. 12.

99 Contrarium † ſenſit Theſaur. deciſ. 70. n.
8. verſ. verum, G. br. conſ. 112. n. 7. vol. 1. Corn.
conſ. 211. num. 3 vol. 3.

100 Declara 41. vt † ad iurandum requiratur
mandatum ſpeciale, Corſet. in tractat. de iu
re iurand. qu. 8. nu 61 per cap. ſi vero aliquis
extra de ſent. excom. capit. fin. extra de iura.
calum. Alex. conſil. 140. colum. 2. Burſat.
conſil. 285. numer. 24. vol. 3. Beroua conſ. 1.
39. num. 43. vol. 2.

101 Declara 42. vt † renuntiatio generalis iu-
rata comprehendat legitimam, Roma in l. 1.
§. ſi quis ita, ff. de verb. obl. quē refert Bauer.
in tract. de virt. iuram. nu. 9. verſ. 2. Cephal.
conſ. 94. nu. 7. & conſ. 147. num. 12. vol. 1. Tur-
rett. conſ. 90. num. 13. vol. 1. Maluaſ. conſ. 61 nu.
24. & 36. & conſ. 79. num. 7. Dec. conſ. 26. col.
1. Boer. deciſ. 62. num. 13. & 14.

102 Contrariam † ſententiā tenuit Burſat. conſ.
102. nu. 13. vol. 2. Pariſ. conſ. 43. num. 38. vol. 3.
Rimin. Iun. conſ. 72. num. 139. vol. 1. Serafin. de
priuil. iura. 70. priuil. num. 16. & 17. Ant. Gab.
lib. 6. concl. tit. de legit. concl. 8. num. 9. vbi te
ſtatur eam eſſe magis comm.

103 Declara 43. vt † diſpoſitio iurata trahatur
etiam ad incogitata de iure non autem de fa-
cto, Bauer. in tract de virt. iuram. num. 29. &
30. vbi teſtatur hanc eſſe magis comm. opin.
Bart. in l. ſciendum, ff. de verb. obl.

104 Declara 44. vt † verba enuntiatiua propter
aliud emiſſa diſponāt ſi fuerint iurata, Bauer.
in tract. de virt. iuram. num. 32. Angel. in l. ex
his verbis, C. de teſtam. milit.

105 Declara 45. vt † maior pars creditorum
non poſſit concedere dilationem quinquen-
nalem in præiuditium creditoris, cui cum iu-
ramento aliter indultatus fuiſſet obnoxius,
Bauer. in tract. de virt. iuram. numer. 34. Bal.
in cap. conſtitutus, col. 2. extra de reſcript.
Ant. Gabr. libr. 2. concl. tit. de iure iurand.
concl. 5. num. 21. Alex. conſ. 205. col. fin. volu.
2. & conſ. 38. col. 2. vol. 3. & conſil. 37. colu. 2.
vol. 6. Iaſ. in l. quoties, col. 1. C. de precibus
Imper. off. Marſil. ſing. 515. Ferrat. cautel. 55.
Boer. deciſ. 296. nu. 5. vbi tamen ſubijcit non
ſeruari de conſuetudine.

106 Declara 46. vt † ſtatutum annullans actum
defectu ſollemnitatis non extendatur ad ac-
tum iuratum, Bauer in tract. de virt. iuram.
num. 36. Alex. conſ. 125. vol. 1. & conſ. 37. vol.
2. & conſ. 38. vol. 3. & conſ. 102. vol. 4. Ant.
Gabr. lib. 2. concl. rub. de iure iur. concl. 5. n.
14. Corn. conſ. 36. col. 2. vol. 1. Dec. in l. de ali-
mentis col. fin. C. de tranſact. Roman. conſ.
417. col. fin. Iaſ. cōſ. 173. col. pænult. vol. 4. Mar-
ſil. conſ. 107. col. 2. Pariſ. conſ. 97. colum. 1. vol. 5
